
Giesler



FRIDERICI SAMVELIS BOCK,
SACR. REG. MAI. PRVSS. IN SENATV ECCLESIASTICO CONSIL. S. THEOL. DOCT. GRAEC. LITER. IN ACADEMIA REGIOMONTANA PROF. ORDIN. ET BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTI PRIMARII,

HISTORIA ANTITRINITARIORVM, MAXIME SOCINIANISMI ET SOCINIANORVM

QVORVM
AVCTORES, PROMOTORES, COETVS, TEMPLA, MINISTRI, SCHOLAE PRAECEPTORES, OFFICINAE TYPOGRAPHICAE, BIBLIOTHECAE, COLLOQVIA, SYNODI, SECTAE, PACIFICATIONES, STVDIA IRENICA, INDOLES, DISPVTATIONES, FATA PROSPERA ET ADVERSA, SCRIPTA TYPIS EXPRESSA PARITER ATQVE INEDITA, NEC NON OPERA ILLIS OPPOSITA,

EX

FONTIBVS,

MAGNAMQVE PARTEM

MONVMENTIS ET *DOCVMENTIS MSSCCTIS*

RECENSENTVR.

TOMI PRIMI,

PARS II.

CVM INDICE PERSONARVM ET RERVM MEMORABILIVM.

REGIOMONTI ET *LIPSIAE*,
IMPENSIS GOTTL. LEBR. HARTVNGII. MDCCLXXVI.

BIBLIOTHECA ANTITRINITARIORVM,

MAXIME

SOCINIANORVM.

Siue

Recensus eorum, qui ex hac familia, duobus abhinc saeculis cum dimidio, celebrem famam, vel Scriptis *editis atque ineditis, vel munere ac negotiis in commodum coetus sui praestitis, sunt consecuti; quorum vita, fata, munera, labores*

EX IPSIS FONTIBVS, ET EX PARTE ACTIS SYNODALIBVS MSSCCtis;

Libri vero, vel impressi, vel calamo excepti, quam plurimi ex oculari inspectione allegantur, horumque, praecipue rariorum *argumenta exponuntur, additis accuratioribus Eruditorum iudiciis, variisque obseruationibus litterariis; qua opera non tantum*

CHRISTOPHORI SANDII, *Iun.* BIBLIOTHECA ANTITRINITARIORVM

emendata, supplementis aucta et continuata, verum etiam quodammodo

PRESBYTEROLOGIA SOCINIANA

per Poloniam, Transyluaniam *et* Prussiam *exhibetur.*

A V C T O R E

FRIDERICO SAMVELE BOCK.

PARS POSTERIOR.



LECTORI BENEVOLO S.

Quae me ita praenuntiante superiore anno in lucem prodire debuerat *altera Bibliothecae Antitrinitariorum Pars*, qua Volumen primum *Historiae Antitrinitariorum*, *maxime Socinianismi et Socinianorum* absoluitur, nunc demum comparet. Morae huius caussa in me nulla haeret, qui potius aegre tulerim, quod promissis in praefatione ad *priorem Bibliothecae partem* datis non responderit euentus. Omnis potius cunctationis culpa in *Bibliopolam*, qui fidem prodituri statuto tempore operis certissimam mihi fecerat, coniicienda, qui tamen ipse omnino excusandus est. Officina enim, cui imprimendi libellum hunc typis chalcographicis opera concredita est, multis adeo negotiis dilationem nullam admittentibus, biennio abhinc onerata fuit, vt operarii eius exscribendo huic opusculo, vix tantum temporis lucrari potuerint, quantum requirebatur, ad illud hoc ipso tandem anno perfici-

ficiendum. Ad hanc forte alia acceſſit ratio, animi nimirum ſuſpenſio in mercatore librario, Viro caeteroquin adiuuanda eruditorum conſilia promtiſſimo. Sumtus preli chartaeque, nec non exportandi in exteras regiones mercem librariam, certiſſimi ſunt, ac ſatis graues; lucri vero, vel aliquando etiam indemniſationis adeo ſpes, admodum incerta atque ambigua, quae ex vtraque parte conſiderata quemcunque prouidum ac ſibi proſpicientem in diuerſum trahere queunt, ſi libri ipſius, in quem ſumtus impendendi ſunt, ea eſt conditio, vt lucri ſpes anceps videri debeat. Sunt enim non adeo multi noſtra aetate ſcriptorum latino idiomate concinnatorum lectores coemtoresque, qui ad expenſa eroganda animum addant, quod mercaturae librariae operam nauantes ſuo ſaepius damno experiuntur. Aliae praeterea rationes, ex communi ſaeculi huius conditione, et libri argumento, quod pluribus ad Socinianismum vbique locorum propendentibus vix arriſurum eſſe facile praeuideri poteſt, derivandae, Viro, ex honeſto lucro vitae neceſſaria acquirenti, maximam circumſpectionem, operisque ſumtuoſi et quo ad fata et fortunam dubii retardationem potius, quam accelerationem ſuaſerunt. Moram igitur imprimendi libri Bibliopola vltro admiſit, vt euulgata *Parte prima*, antequam *alteram* typis exſcribi curaret, vel fauoris et applauſus, vel etiam taedii et reprobationis ab orbe erudito experimentum faceret. Cum vero prima operis Pars laude quadam ornata, totumque Syſtema luce non indignum a publico litterario decla-

declaratum fuerit, in fufcepto negotio absque formidine iacturae pergendum effe ftatuit. Propitia Virorum, quorum infignis apud omnes litteratos auctoritas, fides ac aequitas eft, iudicia de *priore Bibliothecae* ac fimul totius hiftoriae, quam exponendam aufpicatus fum, parte, potiorem procraftinati adhuc operis materiam remotura, eidemque maiorem amatorum emtorumque numerum conciliatura effe, certa fpe fruor.

Pars enim prior, reliquarum quafi praenuntia, quae eruditorum oculis vifendam fe committere periculum fecit, ab aequis ac probatiffimis ftudiorum litterariorum arbitris beneuolo fufcepta eft, totiusque fyftematis hiftorici exfpectationem promouit. Non quidem omnium eruditorum cenfuram mihi prorfus ingratam praemetuebam, qui me omnino perfuafum habuerim, operam hanc haud paucis rei ecclefiafticae et litterariae amatoribus et monumentorum cupidis non inutilem, nec vulgarem et ab ipforum defiderio plane alienam fore. Sed ad commendandum aliis hunc laborem beneuola aliorum Virorum in fumma exiftimatione conftitutorum fententia, haud parum fubfidii conferre potuit, vt nifi ab omnibus, a quam multis tamen exciperetur, et hoc ipfo animus fubminiftranti impenfas inftillaretur ad opus iam inchoatum intrepide perficiendum. Me ipfum quoque iudicium a Viris Celeberrimis ex voto latum, alacriorem et ftudiofiorem reddidit, ftrenue in ftadio, quod ingredi coepi, pergendi, reliquamque operam in emendando ac poliendo fyftemate hifto-

 rico,

rico, alioquin abſoluto et in litteras iam redacto, ſubeundi.

Adſpirarunt nimirum meis conaminibus *Celeberrimi nouorum litterariorum Goettingenſium Scriptores*, quorum iudicium a partium ſtudio remotum, apud omnes ſumma in exiſtimatione merito eſt, in *nou. litter.* anni praeteriti N. 99 p. 844 et ſeqq. qui partim vniuerſum operis huius conſpectum ſuo probarunt calculo, partim etiam priorem *Bibliothecae Antitrinitariorum faſciculum* laude ſua exornarunt, quam permagni facio et gratus agnoſco, quamuis mihi ipſi imbecillitatis meae, variorumque erratorum ac defectuum conſcius eſſe non deſinam.

Gedanenſium relationum de recentioribus libris theologicis *Auctores doctiſſimi* ſuo ſuffragio *Part* 73. p. 583. in genere ſtudium meum exceperunt, atque in iis, quae placide monuerunt, mecum conueniunt et blande conſpirant. Quosdam enim in hoc cenſu obuios eſſe, de quibus nondum certo conſtat, quod ſcriptum aliquod editumque librum reliquerint, ipſe in praefatione priori Bibliothecae Parti praemiſſa ſignificaui; quos tamen non praetereundos iudicaui, eo potiſſimum fine, quo non Bibliothecae tantum, ſed quoque *Presbyterologiae Socinianae* vicem, maxime quoad *Poloniam*, *Tranſyluaniam* et *Boruſſiam*, explere poſſit Primum hoc Volumen; ſiquidem iuxta ſcriptores libris ſuis famam conſequutos, ad Antitrinitarios in his terris olim maxime inclutos inſuper oculum intendi. Virorum quoque iſtorum, qui, licet non ſcriptis, ſed conſiliis et patro-

trocinio opibusque ſuis ad imprimenda ſcripta collatis rem Socinianorum iuuarunt, magna in *Actis Synodalibus tertio Volumine* comparituris celebratur fama, quos in anteceſſum noſſe *Lectorum*, vt putaui, intererat. Ne dicam de quibusdam in ſcenam productis probabile videri, quod etiam ſcriptis rem coetus ſui iuuerint, et fortasſis aliquando compertum iri, quosnam ingenii ſui foetus excluſerint. Recenſita in hac Bibliotheca quaedam eſſe ſcripta, quibus nihil prorſus, quod ad myſterium SS. Trinitatis negatum faceret, admixtum ſit ab illorum auctoribus, ipſe in Praefatione ad *Partem priorem* p. XXIX. iam monui, meque hoc reſpectu excuſatum putaui, quod non *Bibliothecam Antitrinitariam*, ſed *Antitrinitariorum* concinnandam curauerim. Fuſiorem, quam par ac vtile erat, iſtorum librorum recenſionem me aliquando inſtituiſſe, ex allegata *Ier. Felbingeri compendii Politicae Chriſtianae* recenſione non conſtare videtur, quippe quae nec diffuſa, nec parum ad rem praeſentem faciens, cum ſcriptum iſtud ad controuerſias de Magiſtratu politico huiusque poteſtate inter Socinianos ſummo feruore agitatas, ac proinde ad hiſtoriam huius ciuitatis vtique momentum aliquod conferat.

Plures inchoati operis cenſurae ad oculos meos nondum peruenerunt, habiturum tamen iſtud eſſe, imo habuiſſe quoque alios praeter hos, iudices aequos pariter, ac infenſos, beneuolos ſuarumque imbecillitatum memores, vel etiam rigoroſiores, antequam in lucem prodiret publi-

)(5 cam,

cam, indubitate auguratus ſum. Illorum iudicia grato mentis adſectu excipiam, iisque ad expoliendum et emendandum librum me prouocatum ſentiam; horum vero ſugillationes et contumeliarum aculeos, quibus noſtro tempore quidam recentiorum ſcriptorum cenſores, ipſis ſibi malam contraxerunt famam, plane dedignabor atque omnimodo ſilentio deſpiciam. Facilius eſt aliorum labores contemtim diiudicare, quam emendare et meliora in medium proferre. Omnibus opus meum, quod iam quoad primum Volumen prodiit et ſucceſſiue proditurum eſt, exemptum eſſe erroribus, memoriae lapſibus et varii generis defectibus, qui in huius indolis ſyntagmate vix omnes euitari poſſunt, nunquam mihi perſuaſi, imo me ipſum quaedam errata iam commiſſa non fugiunt. Ab aliis mihi amice monſtrata cognoſcam et emendabo docentique me comiter meliora, grates ſoluam maximas. In tanto Pelago, cui me commiſi, nunquam a recta aberrare via, a conditione humana alienum eſſe puto.

Quae de *parte* hac *Bibliothecae altera* ſpeciatim dici debeant, pauca admodum ſunt, cum ea, quae ſcire *Lectorum* refert, de tota Bibliotheca, imo vniuerſa Socinianismi hiſtoria, in Praefamine priori parti praefixo dicta fuerint, non quidem copioſe, at tamen ſufficienter. Hanc ipſam priori in omnibus eſſe ſimillimam ocularis inſpectio docebit.

Quin *Bibliothecam Antitrinitariorum Sandii*, correctiorem, ac innumeris additamentis locupleti-

pletiorem exhibuerim, nemo dubitabit, qui hanc noſtram perluſtrare et cum illa comparare non grauatus fuerit. Duplo maior numerus auctorum in recentiore Bibliotheca occurrit, quam qui in *Sandii* opuſculo comparet, et quamuis articulos longiores, qui apud *Sandium* maximum libelli ſpatium explent, adhuc praeterierim, hosque in aliis operis mei capitibus tractandos ſervarim e. g. *Bernh. Ochinum*, *Mich. Seruetum*, *Laelium* et *Fauſtum Socinos*, Antitrinitarios Belgicos, Anglicanos etc. haec tamen Bibliotheca, in molem quadruplo, imo quintuplo maiorem illa *Sandiana* excreuit.

Hi ipſi vero tituli in vtraque operis Bibliothecarii parte adhuc omiſſi, illud incompletum et mutilatum arguerent, niſi in toto opere hiſtorico adlata fuerint, quae ad ſupplendam hanc Bibliothecam facere poſſint; cum vniuerſa *Hiſtoria*, quam condidimus *Antitrinitariorum*, *maxime Socinianismi et Socinianorum*, litteraria ſit, quae cognoſcendis ſcriptoribus, editisque ab iisdem variis ſcriptis, oppoſitisque orthodoxorum refutationibus maxime inſeruiat, ac Bibliothecae ſupplementa et illuſtrationes ſit allatura.

Non igitur male feram eorum iudicium, qui Bibliothecam hanc mancam et incompletam cenſebunt, cum ſeparatim conſiderata omnino abſoluta non ſit, quae proinde cum toto ſyſtemate, cuius tantum pars eſt, conferri et ex hoc redintegrari et perfici debeat. *Poſteriorem* hanc *Partem* aeque correctam ac ab erratis typographicis purgatam eſſe atque priorem, ocularis

laris


laris inſpectio euincit. Sphalmata extantiora, quae ſenſum interrumpere poſſint, quantum in me, nulla obſeruaui, excepto vnico, quod p. 637. occurrit, vbi lin. 8. loco *Ioanne Somero*, legi debet: ERNESTO SONERO, N. 2. Alia minoris momenti raro quoque obuia erunt, vt veniam mihi hanc ob cauſſam expetendi a Chalcographo nulla ſubminiſtrata fuerit anſa, quod, vt ego quidem arbitror, in libro, ob nominum propriorum ac numerorum magnam copiam, prae aliis typothetarum lapſibus obnoxio, non minimi aeſtimandum. Pauca Volumini huic ſubtexui ſupplementa et emendanda, plura omnino in promtu habui; quae ſex vel ſeptem plagularum ſpatium vix capere poſſent; nolui autem harum augere numerum, ne volumen mole ſua incommodum euaderet, nec dubito, quin in hiſtoriae huius compage, locus adhuc conueniens ſe oblaturus ſit, cui haec ſupplementa aliquando inſeri poterunt. Si vero is non obtigerit, ad calcem totius operis addenda et corrigenda, quae ad vniuerſam hiſtoriae huius expoſitionem ſpectant, non minus apte collocari queunt. Paucorum praeterea virorum coetui Antitrinitario ſine omni dubio adnumerandorum nomina inter ſupplementa proferre viſum eſt, de quibus plura vitae memorabilia narrare non contigit, nec reſcire, an vmquam ſcripta quaedam ad fulciendam hanc ciuitatem et diſciplinam concinnauerint. Locum hunc interea iſti occupent, cui aliquando inſeri poſſint, ſi plura de iisdem noſſe datum nobis vel aliis fuerit,

rit, imo quoque ſcripta ab iis in lucem emiſſa videre obtigerit. Omnia enim in hoc genere nos habere comperta, nec plura ad notitiam noſtram peruentura, nobis nequaquam perſuademus.

Quamuis auctores librorum aliique Antitrinitarii, qui ſcriptis non inclaruerunt, ordine alphabetico collocati ſint, vt locus, quo de iisdem exponitur, ſine omni temporis diſpendio reperiri poſſit; nemo tamen indicem adpoſitum perſonarum et rerum memorabilium, qui non absque omni moleſtia adornatus eſt, ſuperfluum iudicabit. Haud pauca enim momenta in vitae memorabilibus pariter, ac in librorum cenſu hinc inde occurrunt intexta, quae absque indice difficulter, hoc vero paginam ſignificante facile reperiri poſſunt; quod non omni caret emolumento, laboremque libro hoc vtentibus facilitat.

Iam nihil, quod addi magnopere interſit, ſignificandum arbitror.

Vale, *amice Lector*, meisque non male de re ſacra et litteraria promerendi conatibus, ſi calculo tuo non prorſus indigni videantur, in poſterum quoque fauere perge. Dab. in *Regio monte Boruſſorum*, *Prid. Id. Martii*, a. o. r. MDCCLXXVI.



CON-

CONSPECTVS
TITVLORVM IN ALTERA BIBLIOTHECAE ANTITRINITARIORVM PARTE OCCVRRENTIVM.

NB. Nomina a *Sandio* inique in hunc numerum ſuſcepta *aſteriſco* notata ſunt.

Ruarus,

Trille-


Antitrinitarii quidam suo loco Bibliothecae inserendi e supplementis.



BERN-



BERNHARDINVS OCHINVS.



Senenſis Italus, Antitrinitariorum numero omnino non eximendus, cui etiam merito a *Sandio* inſeritur, licet Obſeruatores Halenſes, T. IV. p. 406. ſeq. aliique haud pauci, et inter hos quoque SALIGIVS, eundem hoc numero eximi voluerint. Falſiſſimum eſt, quod *Godofr. Arnoldus* in H. E. P. II. p. 320. perhibet: Die Theologi geſtehen, daß er auſſer der Meinung von der Polygamie orthodox geweſen. Contrariam nonnullorum Theologorum magni nominis de *Ochino*, quem etiam *F. Socinus* et *Lubieniecius* coetui ſuo vindicant, eſſe ſententiam, alio loco euictum dedimus, vbi quoque de eius fatis ac ſcriptis, quantum ſatis nobis viſum, expoſuimus in *Hiſt. Socin.* Tom. II. c. 2. Effigiem eius aeri inſculptam exhibuit Lutetiis DESROCHER, in forma 8.

OKELEVICIVS.

In *actis MSSCC.* aliquando ſcribitur eius nomen OCKIELEVICIVS. A. 1637. ſtudio Theologico ſemet dicauit, et inter coetus alumnos ſuſceptus eſt, in qua ſtatione tanquam beneficiarius poſt ereptam Racouiam et Kiſielini a. 1638. ſeruatus eſt. A. 1640. PAVLO BRZESCIO liberorum paedagogus conceſſus. Plures quoque OKELEVICII

nomen ſuum Socinianis dederunt. A. 1645. enim ſtatutum, vt filius natu maior defuncti OKELEVICII, ad STAN. ORZECHOVIVM ſemet conferret, ad inſtituendum, vt arbitramur, eius liberos.

IACOBVS OSTENS.

Belga, miniſter coetus Roterodamenſis Mennonitarum, qui *Waterlandi* adpellantur. Obiit ibidem 1579. Vid. *Sandius* l. c. p. 168.

SCRIPTA:

1. De Aan-teickeningen over de Belydeniſſe van G. Aldendorp etc. i. e. ***Animaduerſiones in confeſſionem G. Aldendorp, Arnoldi a Heuven, Ioannis Andreae et Wilhelmi a Maurick*** (Paſtorum Eccleſiae Vltraiectinae Mennonitarum) ***concernentes praecipuos articulos religionis Chriſtianae, minus ſolide et infeliciter defenſae per C.*** GENTMANNVM, ***concionatorem Reformatorum Vltraiecti, pro ipſo et pro ipſius ſociis, impreſſae*** a. 1665. 8.
2. Vreede-Zon, i. e. *Sol Pacificus* et alia.

CHRISTOPHORVS OSTORODVS.

Inter primarios doctiſſimosque Socinianorum Magiſtros, nec non laborioſiſſimos et vigilantiſſimos eorum duces referendus, quem ipſe ALB. GRAVERVS, loco infra allegando, hominem adpellat pereruditum ac artis diſputandi optime gnarum etc. Patriam habuit *Goslariam*, patrem *Henningum Oſtorodum*, *Einbeccenſem* primum, deinde *Goslarienſem* ad templum *S. Coſmae* et *Damiani*, et denique ad *S. Stephani* paſtorem, matremque paſtoris ad *Stephani* templum filiam. Hiſtoriam CHRISTOPHORI longo ambitu expoſuit Io. MICH. HEINECCIVS *in antiquit. Goslarienſ.* p. 518. ſeqq. quae inſertae ſunt ſcriptoribus

rerum

rerum german. Francof. ad M. 1707. fol. Exhibita ſunt in illis acta OSTORODIANA cum Goslarienſi miniſterio eccleſ. ex *MSCto* a IVSTO A DRANSFELD cum HEINECCIO communicata. Multa inprimis ibidem occurrunt de vita et doctrina CHRISTOPH. OSTORODI, nec non de ſeducta ab ipſo ad Socinianismum familia, deque colloquio inter Miniſtros Eccleſiae et CATHARINAM OSTORODAM matrem illius habito. Auctores *recenſ. Nou. antiq.* a. 1704. p. 457. haec quidem *acta* quodammodo ſuſpecta iudicarunt, eo nomine, quod in Goslarienſis miniſterii monumentis illa haud reperiantur aſſeruata; ſed parum inde argumenti peti poſſe recte ſentit ZELTNERVS l. c. p. 1190. Addi his poteſt *Relatio de diſputatione miniſt. Goslar. cum* CHRISTOPHORO OSTORODO e *codice MSC.* emendata, quae ab HEVMANNO inſerta eſt *Bibliothecae Bremenſi* Cl. V. Faſc. V. p. 948. ſeqq. quibus tamen omnibus ſupplementa haud pauca et quaedam emendationes ex *Actis MSSCC.* quae ſtudio noſtro inſeruierunt, addi poterunt.

Dicitur pater eius mala de filio ſuo ominatus coniugi ſuae, et quod iſte huic poſt obitum ſuum calamitatem et periculum concilaturus ſit. Ita enim HEINECCIO teſte l. c. dixit: Chriſtoph mein Sohn iſt ein Schalk, und will nicht folgen, wie die andern, und wird dich, liebe Catharina, wenn ich nun einmal das Haupt lege, in große Noth und Fahr bringen. Puer adhuc ſingularis ingenii ſpecimina ſcholaſtica edidit, et mature omnes aetatis ſuae condiſcipulos anteuertit. Ad ſtudia Academica ſatis paratus, noſtram quoque *Regiomontanam* acceſſit, et a. 1581. d. 21. *Ianuarii* ſub Rectoratu PAVLI VON STEIN in numerum ciuium ſuſceptus, et ita quidem, vt teſtante in albo *Academiae Rectore*, nihil propter paupertatem ſoluerit. Alia manus huic indici verba adſcripſit: *Deinde Neo-Photinia-*

norum Antesignanus factus. Ex Academiis in patriam redux, Cantoris munus ambiuit; hoc vero non obtento, relicta patria in *Pomeraniam* emigrauit, et in hoc Ducatu ad *rectoratum scholae Sluchouiensis* ad terminos Poloniae promotus, vbi vicina Polonia, et confinis ager *Buscouianus* prope *Gedanum*, nec non proficiscentes hinc inde Sociniani proximam ipsi occasionem suscipiendi horum errores obtulerunt. Extra dubium id ponunt *Acta MSCta*, in quibus ad a. 1585. obseruatum legimus, quod scriptis ab Antitrinitariis Gedanensibus acceptis, *Ostorodus* horum placitis fuerit imbutus. Profectus est eodem anno a fratribus Gedanensibus delegatus, ad Synodum Chmielnicensem mense Septemb. celebratam, cum ministro quodam Cuiauiensi ZYBLICZKI, quo loco disciplinam Vnitariorum, habita sollemni ad coetum congregatum oratione latina, publice professus, imo iterato in se Baptismi actu huic societati insertus est (*). Redux ad stationem Sluchouiensem, Socinianismum quouis modo omnibus commendauit, ac de eodem cum ministris Ecclesiae ciuibusque istius loci disseruit; hinc munere scholastico exutus, abeundi inde necessitas ipsi est imposita. Concessit igitur ad tempus *Gedanum*, quo loco eum MATTH. RADECIVS in errore suscepto magis magisque confirmauit. Inde patriam *Goslariam* repetiit, ibidemque matrem suam, iisdem, quibus ipse infectus erat, erroribus imbuit, suisque blandimentis ita occupauit, vt filii placita libentissime hauserit, quam etiam 1586. in secundo ad patrios lares itinere, iisdem obfirmauit, imo quoque inter plures ciues Goslarienses

(*) Iam ante hoc tempus OSTORODI cuiusdam in Polonia mentionem facit *Balthas. Hosloninus*, in epistola ad HOSIVM Wratislauia 1568. 13. Febr. scripta, qui inquit: "In ea ciuitate *(Posnania)* sunt duae Synagogae Satanae Valdensium, cui praeest OSTORODVS, Lutheranorum, cui praeest LVCAS A GORKA." Vid. *Ern Sal. Cypriani Tabularium Eccl. Rom. Sec. XVI.* p. 451.

rienſes coetus ſui doctrinam diſſeminauit. Vid. Heineccivs l. c. qui colloquium a. 1585. d. 3. *Iunii* in aedibus Paſtoris ad templum S. *Stephani* habitum fuſius exponit. Comparuit quidem *Chriſtophori* mater, ſed filius ad materiam colloquendi proponendam inuitatus, colloquium detrectauit, et vix, ac ne vix quidem, perſuaderi potuit, vt *de Deo* paucis diſſereret. Mater ſine omni melioris inſtitutionis ſpe e conuentu diſceſſit, omnesque erudiendi ipſam Paſtorum conatus irritos fecit. Exhibuiſſe Ostorodam matrem in examine inſtituto fidei ſuae confeſſionem, ſine dubio filii calamo exaratam, exinde liquet, quod *Acta MSSCC.* Synodi Lublinenſis referant a. 1598. illam eſſe ſub incudem vocatam, et vt ad hanc refutationem Ostorodvs reſponderet, et reſponſionem prelo committeret, hunc eſſe inuitatum. Cum vero *Oſtorodus* non matrem tantum, verum alios quoque ciues in errorum ſuorum ſocietatem pertrahere non deſiſteret, et femella parum a blasphemiis interdum abeſſet, de eadem ac filio ſuo in carcerem trahendis Magiſtratus conſilia iniit, ne conſortio iſto plurium inficerentur animi. *Oſtorodus* hac de re per ſorores ſuas certior factus, fuga ſemet eripuit; mater vero per ſeptiduum carcere detenta, errorum poenitentiam ſimulans, palinodiam coram conſeſſu edidit, publiceque deprecata; hinc libertati reſtituta; breui tamen tempore prodidit, ſe mentis tantum mutationem ſimulaſſe; quapropter filius de matris ſuae conſtantia in epiſtola, *Heineccii* operi inſerta gloriatur. Reliquos ciues ad meliorem mentem reuerſos iudicat *Heineccius*.

Chriſtophorus vero non matrem tantum, verum etiam ſorores IV. et fratrem Ioannem, quem *F. Socinus* iuuenem egregium et eruditum vocat, totamque familiam ſuam iisdem doctrinae Socinianae funiculis irretiuit. *Ioan-*

nes cum fratre *Chriſtophoro* vna ſe in fugam dederat. Ambo enim in Synodo Chmielnicenſi Menſe Septemb. habita aderant, huic ſignificantes, quod mater ad Vnitariorum partes tranſierit, coetumque Lutheranum non amplius frequentarit, imo ipſa miniſtros Lutheranos auerſetur. Addiderunt, ab his haereſeos accuſatam a Senatu per tres hebdomadas carceri fuiſſe incluſam, et in examine in curia inſtituto miniſtris ipſam ſuffudiſſe pudorem; poſthac carcere quidem liberatam, hac tamen conditione, vt intra ſpatium futuri feſti Michaelis ad coetum Lutheranum rediret. Cum vero in adſcitis placitis conſtantiam declaraſſet certiſſimam, ipſi vna cum IV. filiabus inſtare captiuitatem. His ad Synodum delatis, hanc rogarunt, vt matri ac ſororibus quidam ex coetu Vnitariorum interceſſione ac auxilio ſuccurrerent, ipſisque libertatem et in priſtinum ſtatum reſtitutionem procurarent. Qui in Synodo conuenerant, praeuia longa deliberatione, legationem ſollemnem ad Magiſtratum Goslarienſem eſſe inſtruendam conſtituerunt, quod vero conſilium ANDR. LVBIENIECIVS Synodo diſſuaſit, auctorque fuit, vt modo vir quidam auctoritate et experientia praeditus Goslariam mitteretur, qui libertati ac commodis captiuitate conſtrictarum, quantum poſſit, conſuleret; cumque omnes hoc negotium detrectarent, ipſe illud in humeros ſuos imponi paſſus eſt *Lubieniecius*, ſuam non curans valetudinem infirmam, nec deterritus difficultatum varii generis copia, impenſarum inopia, loci diſtantia, reique ipſius ſuſtinendae periculo, ita vt ipſius in ſubeundo hoc negotio conſtantem animum omnes admirati fuerint. Obtulit ſemet vltro *Lubieniecio* itineris comitem IOANNES BALCEROVICIVS, ciuis Lublinenſis et coetus *Senior*. His quoque litterae fidem facientes ad Senatum Goslarienſem traditae ſunt, ſcriptae 1586.

d.

d. 13. *Sept.* quas integras *Heineccius* l. c. inferuit. Poſt capita doctrinae ſuae breuiter repetita, vim omnem adhibitam cum Chriſti manſuetudine, ipſiusque LVTHERI et BRENTII aliorumque noſtratium Theologorum ſententia pugnare docent, dimiſſionem deinde datarum in cuſtodiam rogant, idque et Deo gratum fore, et ſe nunquam obliuioni daturos pollicentur, omniaque tandem officia viciſſim offerunt. Subſcripſerunt totius coetus nomine GEORG. REBNICIVS, miniſter coetus Cracouienſis, MART. CZECHOVICIVS, miniſter Lublinenſis, PAVL. ab ORGENTE, Pocillator Regius, Io. LAVRENTIVS et KATZENVERSLIN a BIBERSTEIN. *Fauſtus* quoque *Socinus* teſtantibus *actis Synod. MSSCC.* ad Goslarienſes miniſtros litteras latine ſcriptas dedit, quibus hos monuit, Chriſti ciuibus non conuenire, homines ob diſſenſum in doctrina perſequi et conſcientiis cruciatuum terrore imperare. Tandem iter ingredientibus ad ſumtus faciendos 100 flor. ſunt ſoluti. Hi quoque ſine omni mora profecti, ante ſecundam incarcerationem feſto *Michaelis* praeſtitutam *Goslariam* appulerunt, ſuum ibidem hoſpitium in vicinia curiae praeoptantes, rem peragendam magna circumſpectione, cura ac prudentia aggreſſi ſunt. Ante omnia ſtatum fidei et confeſſionis et Dnae OSTORODAE et filiarum eius quouis modo ſcrutabantur, quas in edoctis placitis adhuc conſtantes perſtitiſſe laeti experiebantur. Poſtea Dnae OSTORODAE aduentum ſuum nuntiarunt, expetita a Conſule cum eadem colloquendi copia, et tandem, quam in commisſis habuerunt, rem in conſeſſu totius Senatus patrocinati ſunt. Miſerat enim Senatus ad Legatos polonos Secretarium ſuum ANDREAM LVTHERVM, filium MARTINI, qui illos, vt coram Senatu compareant, inuitaret, ipſisque ſecurum in vrbe hoſpitium promitteret. Illos cum

Senatus Secretario in curiam adſcendentes peregrino ami-
ctu, polonico nimirum veſtitos, magna populi turba rei
inſolitae ac nouae cupida comitabatur. In Senatu ade-
rant duo Conſules et XXV. Senatores, vna cum quibus-
dam a ſecretis Collegii huius epiſtolis. Legatis ciuili more
exceptis locus deſignabatur, quem occuparunt, et Senatui
litteras legationis ſuae fidem facientes exhibuerunt, vota-
que et conſalutationes a Poloniae Magnatibus commen-
data nuntiarunt. Secretarius deinde litteras clara voce
recitauit, venia autem accepta, negotia ac deſideria ſua pu-
blice oretenus exponendi, LVBIENIECIVS fuſiori ſermone
ſignificauit: plures Barones atque Nobiles *Chmielnicii* nu-
perrime congregatos ab OSTORODIS Goslarienſibus, qui
iam Magnatum Polonorum liberis Ephori praefecti eſſent,
certiores eſſe factos, quod mater ipſorum propter quos-
dam religionis articulos carcere incluſa fuerit, iterumque
vna cum filiabus captiuitatis ſqualore terreatur. Nuntio
hoc accepto, Synodum fuiſſe permotam Senatum hiſce
adire precibus per legatos ſuos, vt matri veniam conce-
deret cum filiabus ſuis in Poloniam emigrandi, quo in
regno libero religionis ſuae exercitio frui poſſint. A Ba-
ronibus igitur et Magnatibus Poloniae ſe eſſe delegatos,
vt liberae ciuitatis Imperialis Senatum, cui iuſtitiam abs-
que religionis diuerſae reſpectu adminiſtrare conueniat,
rogarent, nullam hominibus inſontibus inferre vim, qui
nulla re criminali deliquiſſent, nec eos emigrandi bene-
ficio priuare, qui iam ob adſcitam religionem aliam ciui-
tatis huius incolae eſſe nequeant. Nullo ſe agitari dubio,
quin Senatus praeſtiturus ſit, quae legitime ac perhumane
ab ipſo iam ſint expetita.

Propoſitione hac finita, Senatus illis ſignificauit,
praeuia deliberatione eſſe reſponſurum. Quo facto legati
valo-

valedixerunt Senatui, et abeuntes Secretarius in diuerſorium comitatus eſt. Illi exinde conſulibus dona quaedam transmiſerunt, nimirum portionem vini Maluaſiri, quod iſto adhuc tempore ex Turcia terreſtri itinere in Poloniam aduehebatur, non autem maritimo, quod poſtea inualuit; nec non effigiem STEPHANI Regis cerae impresſam, quae munera conſulibus admodum grata et accepta fuerunt. His ita geſtis veniam tradendi miniſterio Eccleſ. eruditorum litteras e Polonia ſecum allatas rogarunt, quam etiam facile impetrarunt. Cumque hoc legatorum deſiderium Paſtori primario denunciatum eſſet, ille et miniſtros ciuitatis XII. et legatos ad ſe inuitauit, qui congregatis et ſalutationes ab eruditis Polonis ſignificarunt, et F. SOCINI epiſtolam exhibuerunt, ad quam miniſterium reſponſoriam daturum pollicebatur. In hoc ipſo conuentu de myſterio S. Trinitatis, aliisque fidei Chriſtianae articulis differuerunt. De petitis legatorum interim in Senatu deliberationes inſtitutae, haeque cum miniſtris Eccleſiae Goslarienſis communicatae, qui omnes explicito in hac re conſilio ac deciſo abſtinendum ſibi, eamque Academiae Helmſtadienſi proponendam et ad diiudicandum committendam eſſe ſuaſerunt, quibus tandem quoque Senatus adnuit. Cum autem Helmeſtadio non ſtatim reſponſum allatum fuerit, Senatus Polonis per *Lutherum* Secretarium ſuum certiores fecit, ſe adſpirare ipſorum petitis, et Dnae OSTORODAE atque filiabus eius veniam emigrandi dare in Poloniam, ſuasque facultates ſecum hinc ferendi, imo eidem etiam pecuniam in legibus ſtatutam 25 Imperialium pro redimendis opibus efferendis remitti, hac tamen expreſſa conditione: ne in poſterum vel ipſa *Oſtoroda*, vel quidam alius familiae huius Oſtorodianae vrbis terminos vnquam tangere audeat; quod Se-

natus decretum Legati in praesentia Secretarii Dnae OSTORODAE exposuerunt.

Prouidentiam ac gubernationem diuinam in hoc negotio maxime demiratur Synodorum scriba, quae ita fata haec direxit, vt Syndicus Goslariensis hoc praecise temporis articulo absens et in negotiis publicis ad aulam Caesaream missus fuerit, qui, si praesens fuisset, consilium de sumendo ignis supplicio ab OSTORODA vrsisset, quique ex legatione sua redux Senatus decretum pessime tulerit. Sic *Ostoroda* cum filiabus suis *Lublinum* deuecta, hocque loco in aedibus *Balcerouicii*, posthac vero in domo *Lubieniecii* hospitio excepta, ibidemque post aliquot annos vita defuncta. Prima filiarum *Elisabetha* nupsit *Gualthero*, mercatori Gedanensi, secunda *Catharina*, *Rudolpho* mercatori germanico, quae enixa est filiam CATHARINAM elocatam *Valentino Piscatori* Chymico et Pharmacopolae Lublinensi. Tertiam *Margaretham* in matrimonium duxit *Iac. Hollaenderus;* quartam ANNAM, mercator quidam Zamoscensis, patria Gedanensis. Vid. *Acta MSSCC.* Synodi Chmielnic. 1586.

Sed ex hac digressione ad *Christophorum* reuertendum, qui cum fratre suo *Ioanne* propenso adfectu a coetu receptus, qui ab eodem maximum aliquando emolumentum et familiae suae incrementum sperauit. Ipse Racouiae in domo *Andr. Lubieniecii* linguam polon. primum addidicit. Huius munificentia omnibus ad victum et amictum necessariis adiutus, ad officia breui tempore praestanda semet parauit, fratremque suum (num *Ioannem*, an alium praeter hunc, plurium enim fieri mentionem, recordamur, nos latet) qui Conitiae scholae praeerat, ad eundem errorem pertraxit. Postquam paululum temporis Racouiae commoratus esset, primum scholae Chmielni-

censi

censi sub charactere COLLEGAE operam suam praestitit; inde a. 1587. ad STAN. et CHRISTOPH. LVBIENIECIOS concessit, in eiusque locum PET. STATORIVS suffectus, Rectorem Chmielnicensem subleuaturus. Teste SANDIO l. c. p. 90. primum *Smiglae* officio pastorali deinde *Gedani*, vel potius *Buscouiae* prope Gedanum praefuit; *Lubieniecius* vero p. 24. et 240. eundem omnium Ecclesiae Racouiensis antistitum primum adpellat, eumque proxime ante PETRVM STATORIVM commemorat.

A. 1598. d. 12. Iulii vna cum ANDR. VOIDOVIO iter in Belgium ingressus est, isto praecipue scopo, vt sectae suae commodis in libera republica prospiceret, illique plurimorum fauorem conciliaret et seminaria quaedam ibidem adornaret. V. SANDIVS l. c. p. 91. Apud HEINECCIVM l. c. perhibetur, iter hoc susceptum esse, quod longior ipsi in Polonia commoratio displicuerit. Intentionem praefixam SCHLICHTINGIVS in Apol. pro veritate accusata f. 34. significare videtur his verbis: "Homines (iuxta OSTORODVM, VOIDOVIVM quoque notans) quos non lucrum, non vllum priuatae rei commodum, in tam longinquas terras egit a domo, a coniugibus et liberis; sed recte agendi, et de humano genere bene merendi conscientia." Vid. *Hist. Socin. Belg.* Proxima itineris suscepti occasio fuit, quod quidam iuuenes nobiles Poloni exteras inuiserent regiones, quibus *Ostorodus* et *Voidouius* vitae ac studiorum moderatores praefecti erant. Quod *Lugduni* vna cum *Voidouio*, SONERVM in eadem Academia isto tempore commorantem ad *Socini* castra perduxerit, ZELTNERVS l. c. C. I. p. 30. exponit. Vtrum etiam IACOB. ARMINIVM, Amstelodami tunc adhuc degentem in Socinianorum partes aliquo modo inclinauerit, quod quidam perhibuerunt, ZELTNERO l. c. p. 282. mi-

nus

nus probabile videtur. Non diu in Belgio ſubſiſtendi locum inuenit, ſed anno ſequente publico decreto proſcriptus, et poſteaquam aliquantisper *Franequerae* adhuc latuiſſet, cum VOIDOVIO in Poloniam remeauit. *Vid. Diar.* SMALCII apud ZELTN. p. 1169. et 1171. Sentiente enim Facultate theologica Lugdunenſi, doctrinam *Oſtorodi* et *Voidouii* impiam ac Mahumedanismo vicinam eſſe, ex decreto ORDD. GENERAL. Belgio expulſi, libris, quos ſecum inuectos diuulgauerant, rogo combuſtis. Expulſi Hollandia, in Friſia delituerunt paululum temporis, teſte VYTENBOGARDO in *Hiſt. eccl.* et apologiam ſuam aduerſus decretum Magiſtratus Franequerae adornarunt.

Quas *Oſtorodus* in agro *Buſcouiano* excitauerit turbas propter rigidiſſimam diſciplinae Eccleſ. obſeruationem, aliasque cauſſas, quae fere in ſchisma abierunt, *Acta Synod. MSSCC.* exponunt. Eo vsque eius proceſſit moroſitas teſte SMALCIO ad a. 1610. l. c. p. 1187. vt vniuerſi coetus ſententiam carperet, et in libros omnium conſenſu editos animaduerſiones, easque rigidas et iniquas ſcribere non dubitaret; quae omnia a nobis in *Hiſt. Socin. Polon. et Pruſſ. ex Actis MSSCC.* ſunt enarrata.

Obiit a. 1611. d. 8. Aug. *Gedani*, vel potius *Buſcouiae*, teſte apud *Zeltn.* l. c. p. 1190. *Smalcio*, qui eundem ſummum ſuum amicum et patrem quodammodò ſecundum fidem vocat, ab eoque initia veritatis (ex mente SMALCII) didiciſſe *Smigliae* perhibet. Cum in Synodo 1611. menſe Sept. Racouiae habita de ipſius obitu loquerentur Synodales, de eodem omnes iudicarunt, quod de Eccleſia Dei optime meritus, religioſus, pius ac inſigni eruditione ornatus fuerit. Ex ipſius, quae ſuperſunt, epiſtolis colligimus imbecillioris eum fuiſſe valetudinis. V. *Opp.* SOCINI, T. I. f. 450. Ex epiſtola F. SOCINI 1602.

17.

17. Febr. ad eum ſcripta colligimus diu aduerſa valetudine conflictatum fuiſſe. Huic enim querenti perpetuas capitis deſtillationes omnis mali apud ſe cauſſam eſſe, *Socinus* varia conſilia medica ſuppeditat, et vt *Moſcorouium* quoque medicae ſcientiae peritia praeſtantem conſulere velit, amice ſuadet. In matrimonio quidem vixit, nec improlis fuit; narrant enim *Acta MSCta* filium eius *Chriſtophorum* a. 1607. in Synodo Lublinenſi comparuiſſe; ſed ſpecialia de coniuge et liberis eius ignoramus.

Quamuis *Oſtorodus* a SOCINO Praeceptore in coetus huius placitis mirifice confirmatus fuerit, multis tamen de rebus ſaepius dubitauit, et epiſtolis ſcriptis SOCINO negotium fecit; imo etiam ipſius ſcripta in quibusdam momentis corrigenda voluit, quod ex prima SOCINI ad eundem epiſtola a. 1595. *Smiglam* perſcripta Tom. I. Opp. SOCINI p. 444. ſeqq. colligimus. Liberior in ſentiendo ipſe aliquando a Praeceptore diſſentiebat, apud quem tamen multum amore atque auctoritate valuit, quod epiſtolae inuicem ſcriptae ſatis comprobant.

SCRIPTA:

1. Bekenntniß von dem einigen Gott dem Vater, und von ſeinem Sohn unſern Herrn J. C. und von dem H. Geiſt, neben etlichen Notis oder Anmerkungen auf CASP. SCHWENCKFELDS Bekenntniß von J. C. Circa a. 1590. vel 91. (vel potius 89.) ſcripta, vid. praefatio praemiſſa *diſputationi aduerſus* TRADELIVM. Hanc confeſſionem OSTORODI innuit TRADELIVS in Tractatu N. 6. allegando.
2. *Diſputatio cum* HIERON. POWODOVIO, *Canon. Poſnanienſi de vnico Deo, quod is ſolus ſit Pater: De Chriſto Domino, Filio Dei; et de Baptiſmo, quod credentibus, non autem infantibus competat.* Habita haec eſt

1592.

1592. *Smiglae* et ab *Ostorodo* polon. in lucem emissa. V. IANOSCIVS *de Biblioth. Zalusc.* p. 12. not. d. quam etiam *Dan. Clementinus* l. c. fol. C. 3. b. H. 1. b. Kk. 3. etc. *disputationem Smiglensem*, vel *coetus Smiglensis* nominat. Ad *Io.* I. 1. ita OSTORODVS fol. 12: "Verbum, quod Deus est, non ab aeterno Deus erat, sed suo tempore, hoc est, Iesus Christus ex Maria natus, qui eam ob rationem Deus est, quia Deus eum sanctificauit, et in hunc orbem misit. De eodem homine loquor, qui ex coelo venit, non antequam natus esset, sed postquam natus erat. Cum Christus Dominus antea non Deus erat, quam ipse natus esset; hinc patet, quod ita sit Deus, vt simul Deum habeat. Et *fol.* 38. Est quidem Filius Dei et Dominus ab eius ortu et natiuitate, item Deus fuit, quam primum munus suum inchoauit, ad quod missus est, vt praedicaret Euangelium; sed eo modo, et ex ea ratione, propter quam post resurrectionem ex mortuis Filius, Dominus et Deus factus est, idem ante resurrectionem non fuit. — — Ante enim resurrectionem ideo appellatur *Filius Dei*, quia ex Spiritu S. conceptus est; *Dominus*, quia eum Deus praeordinauit, vt Dominus nec non Seruator et Iesus adpellaretur: Item nominatur Deus, quia ipsum Deus Spiritu S. sanctificatum misit. Post resurrectionem vero et in aeternum haec nomina ipsi excellentiori modo competunt. Ad dictum *Hebr.* I. 2. hasce glossas exponit: Mundus, cuius hoc loco S. Scriptura mentionem facit, ante Christi natiuitatem non exstitit, nisi tantum in praedeterminatione, ita, vt per Christum aliquando instrui et creari debeat." De Christi inuocatione ita *fol.* 39. inquit: "Nobis incumbit Christo, DAVIDIS semini praestare honorem, quod vos — —

non

non facitis, nec facere vultis, dicentes: Nisi Christus idem vnicus et summus Deus esset, eundem non inuocaremus. Nos e contrario eum inuocamus, licet hoc de eodem non credamus. Nostro iam aeuo, nobis tantum exceptis, nulli in mundo exsistunt homines, qui Christum Dominum inuocent. Alii quidem Deum inuocant, sed non Christum Dominum. Nos vero non Deum tantum, sed et Christum inuocamus." De personis in diuina essentia, haec eius est confessio *fol.* 52. "Quamuis concedamus, quod Filius sit persona, nulla tamen ratione concedere volumus, nec possumus, Patrem quoque et Sp. S. esse personas.

Aduersus hoc OSTORODI scriptum, aliorumque pariter Socinianorum opuscula prodiit: *Theologicum thema de aeterna F. D. diuinitate, firmatum ab aeternitatis attributo, oppositum hodiernorum Ebionitarum in Hungaria et Polonia blasphemiis, elaboratum a M.* IOH. BEHM, Lipf. 1607. 8. Alph. 1. pl. 1.

3. *Compendiolum doctrinae Ecclesiae Christianae, nunc in Polonia potissimum florentis.* (CHRISTOPH. OSTORODO et ANDR. VOIDOVIO auctoribus.) Vid. STANISL. LVBIENIECIVS, *Iunior*, N. 2. Opusculum hoc a. 1598. in Belgio auctoribus ereptum et cum aliis publice concrematum. Iterum tamen prodiit 1630. et cum refutatione Io. CLOPPENBVRGII, *Franeck.* 1652. 4. Quidam CONR. VORSTIVM libelli huius auctorem perhibent. V. *Sandius* l. c. p. 75. 91. 99. et *Io. Ge. Walchii Biblioth. Theol. sel.* T. I. p. 119. Belgico habitu adtextum est belgicae versioni libri F. SOCINI *de officio hominis Christiani in hodiernis istis de religione controuersiis.*

4. *Annotata in aliquot locos difficiliores N. T. MSC.* Eadem occasione, qua opusculum N. 3. flammis subiectum.

5. Una

5. Unterrichtung von den vornehmsten Hauptpuncten der christlichen Religion, in welcher begriffen ist, fast die ganze Confeßion oder Bekenntniß der Gemeinen im Königreich Polen, Großfürstenthum Litthauen und andern zu der Kron Polen gehörenden Landschaften, welche, weil sie bekennen, daß allein der Vater unsers Herrn Jesu Christi der einige Gott, Jesus Christus aber von Nazareth, welcher von der Jungfrauen Maria geboren ist, und kein ander vor oder ausser ihm, sein eingeborner Sohn sey, verächtlicher Weise, wiewohl mit höchster Unbilligkeit, Arrianer und Ebioniten genennet werden: geschrieben durch Christoff Ostorodt von Goslar. Gedruckt zu Rackau, bey Sebastian Sternaßki, *Anno* 1604. 8. pagg. 442. et 51. *praef.* et *indic.* Prodiit haec institutio a. 1612. 8. secunda vice sub eodem titulo, et tertia vice 1625. 8. Tertiae editionis *Sandius* mentionem fecit nullam. Quarta vice 1629. lucem vidisse accepimus, quam tamen ipsi nondum vidimus. Belgice quoque a. 1649. 4. prodiisse *Sandius* l. c. p. 91. indicauit. Repetitae editiones, quanti aestimauerint librum Sociniani, satis commonstrant, siquidem illum adaequatum fidei suae systema, et totius coetus confessionem reputarunt. Tot eiusdem libri editiones raritatem tamen eius vix minuerunt. BALTHASAR MENTZERVS enim in *praefat. exegeseos* A. C. et D. PAVL. ANTONIVS in *praefat. operis Speneriani* von der ewigen Gottheit Christi conqueruntur, semet *Ostorodum* inuestigare non potuisse. Hoc Theologiae Socinianae Compendium, non sine periculo tractandum esse, ab iis, quibus non satis exercitati sunt sensus, ob facilitatis, pietatis et probitatis cerussam, qua totum inunctum, iudicat REIMANNVS in *Biblioth. Theol.* p. 668.

Continet

Continet Capita XLII. quorum C. I. de S. Scriptura. C. II. de fide in Deum. C. III-V. de Deo, eius essentia, personae vnitate et voluntate. C. VI-XIX. de persona Iesu Christi, quod diuina natura careat, nec ab aeterno fuerit, simulque argumenta et S. Scr. oracula contrarium euincentia pessime euertuntur. C. XX. De officio Christi. C. XXI. de diuinis promissis per eundem factis. C. XXII-XXXII. de Christi praeceptis. C. XXXIII. et XXXIV. de libero hominis arbitrio. C. XXXV. de praedestinatione. C. XXXVI. de iustificatione. C. XXXVIII. de S. Coena. C. XXXIX. de aquae baptismo. C. XL. et XLI. de regno Christi. C. XLII. de ecclesia Christi. In praefatione testatur, amore erga populares suos, ciues Germaniae, qua ob confessionem hanc se expulsum esse conqueritur, ad edendam hanc institutionem se esse commotum. Apud ipsos enim, imo eos adeo, qui papatui iam valedixerunt, multum erroris ac insipientiae adhuc superesse perhibet, librum suum omnibus quouis modo commendat, et ne timore haereseos, ab eo legendo et examinando absterreantur, commonefacit. Non enim omnes papatus tenebras, primos ecclesiae reformatores dispulisse; sed subinde viros pios adniti, vt coeptum reformationis opus perficiatur, cum, qui illud primi aggressi sint, haud paucis adhuc praeconceptis opinionibus semet constrictos senserint, nec omnibus vinculis et impedimentis cognoscendae veritatis liberari potuerint. Cum Iudaeorum *Talmud*, et Muhamedanorum *Coranus* a Christi ciuibus legantur, imo ab ipsis adeo Theologis, in notiores linguas, vt legi queant, translati fuerint; omnino et hunc librum institutionum absque detrimento legi posse, cum ab eo

ſcriptum ſit, qui neminem propter opiniones damnat, ſed omnem, qui Chriſtum profitetur Dominum et Seruatorem, huius praeceptis obedientiam praeſtat, eumque diuino cultu proſequitur, tanquam fratrem ſuum ſuſcipit, licet omnino diuerſa ſentiat. Ne autem quis *Ebionaeorum* et *Arianorum* titulo, quo coetus ſui homines vulgo notantur, a legendo libro hoc deterreatur, quantum ille ab Ebionaeis et Arianis diſtet, monſtrare nititur.

Libri huius contenta refutarunt 1) IVSTVS FEWRBORNIVS, ſub tit. *Antioſtorodus ſeu Refutatio inſtitutionum Theologicarum, in quibus Oſtorodus, Religionem Photinianorum blasphemam profeſſus, noſtram Chriſtianam fidem multis modis oppugnauit, et imprimis ſanctam Trinitatem et aeternam Chriſti Deitatem, et ſatisfactoriam noſtri redemptionem negauit, etc. Marpurgi* 1631. 4. Item *Gieſſae et Francof.* 1658. 4. 2) IO. PAVL. FELWINGERVS, Acad. Altorff. Profeſſor, a. 1629. ſub ANTIOSTORODI titulo, 3) IAC. ad PORTVM, Profeſſor Lauſanenſis, in *defenſione orthodoxae fidei, aduerſus* OSTORODI *inſtitut. Geneu.* 1613. 4. qui liber, ita ſentiente ZELTNERO in notis ad RVARI Epp. p. 455. plurimum negotii faceſſiuit et Polonis et Germanis fratribus, tantoque magis viſus etiam eſt lectione et refutatione dignus, quod non ſolum primarium haereſeos compendium aggreſſus erat auctor; ſed opuſculum etiam ſenatui Gedanenſi dedicauerat, eo fine, vt OSTORODO, non procul a pomoeriis ampliſſimae vrbis habitanti, et quascunque potuerit, ex ouili illo abripienti oues, commodius obuiam iri poſſet. 4) GE. ROSTIVS, in libro, cui titulus: Gründlicher Bericht von den neuen Photinianern ꝛc. Magdeb. 1613.

1613. 12. 5) IO. LEVCKENROTH, treuherzige und nothwendige Warnung, wider OSTORODI Unterrichtung ꝛc. *Regiom.* 1604. 4. 6) PAVL FELGENHAVER, in libro: *Myſterium iniquitatis, quo* OSTORODI *Photiniani ſcripta et Catech. Racou. examinantur et refutantur etc.*

6. *Diſputatio* CHRISTOPHORI OSTORODI, wider George Tradeln, beyder Rechten Doctorn, und der Stadt Augſpurg Syndicum, von der Gottheit des Sohnes Gottes, unſers Herrn Jeſu Chriſti, und des heiligen Geiſtes. Zugleich auch von der Reinigung unſrer Sünden durch Jeſum Chriſtum. In welcher Diſputation das *Iudicium* des *Doctoris*, welches er über die Confeßion CHRISTOPHORI OSTORODI, die alsbald nach der Vorred zu finden, geſtellet hat, gründlich widerleget wird. 1 *Tim.* 2, 5. Es iſt ein Gott, und ein Mittler Gottes und der Menſchen, nemlich der Menſch Chriſtus Jeſus. 2 *Cor.* 5, 19. Gott war in Chriſto, und verſöhnet die Welt mit ihm ſelber, und rechnete ihnen ihre Sünde nicht zu. Gedruckt zu Rackau bey Alexi Rodetzki, ſine anni ſignificatione; ſuſpicatur tamen FRANZIVS *diſpp.* in A. C. P. I. diſp. IV. theſ. 63. circa annum 1598. eſſe impreſſum. Secundae editioni haec eidem titulo apponuntur: Zum andern mal gedruckt, zu Rackau durch Sebaſtian Sternatzki, Anno 1625. 4. pagg. 266. et 10. praef. Alteram editionem SANDIVS nunquam vidiſſe videtur, vel ſaltem in eo errauit, quod l. c. p. 90. in forma octaua typis exſcriptam eſſe, prodat. Idem narrat, opus hoc MSC. auctori in Belgio ablatum fuiſſe iuſſu Magiſtratus a. 1598. et ex KOENIGII *Biblioth. Vet. et Nou. exponit:* TRADELIVM, qui obiit a. 1589. librum quendam OSTORODO Photiniano opposu-

posuisse; ad quem sine dubio OSTORODVS, scripto hoc, quod recensemus, illi respondit. Si annus mortis *Tradelii* certus est, opus aduersus *Ostorodum* posthumum fuit, quod a. 1596. prodiisse, *Ostorodus* in praefatione libri sui commemorat, qui titulum scripti TRADELII ita profert: *Iudicium* und Ableinung über eine erschreckliche, Gotteslästerliche, Arrianische in Polen ausgegangene Schrift ꝛc. *Francof. ad Moen.* 1596. 4. Scriptum OSTORODI, cui *Tradelius* refutationem opposuit, illius fidei confessio est, quam Num. 1. allegauimus, quamque, vt ipse narrat in praefatione libri sui, circa annum 1589. rogatu quorundum in Silesia amicorum concinnauerat, eam vero typis exscribi non curauerat, quae quoque nec antea impressa prodiit.

Post breuem confessionem, quae secundae libri huius editioni praemissa, in prima vero non occurrit, opus ipsum tribus absoluitur partibus. In *prima* confessionem suam defendere, et *Tradelii* impetum aduersus eam repellere nititur, habetque capita XII. 1) Quod solus Pater Domini nostri Iesu Christi, vnus ille Deus sit. 2) Vnum solum hunc Deum coelum et terram creasse. 3) Christum adorasse Deum, Patrem suum, huncque Filio superiorem esse. 4) Vnum hunc Deum non solum esse Patrem Domini nostri Iesu Christi, sed eius etiam Deum. 5) Qua ratione vnus ille Deus, caput et Deus Filii sui est; ita quoque Filius, quando ipsi omnia subiecta erunt, eidem Deo subiiciendus est. 6) Hunc ab aeterno praescitum et praecognitum esse a Patre. 7) Semenque promissum ABRAHAMO ac DAVIDI. 8) Iesum Christum Filium Dei factum esse secundum carnem ex semine DAVIDIS.

9) Pue-

9) Puerum Iesum creuisse sapientia, aetate ac gratia apud Deum et homines. 10) Non habere eundem doctrinam suam a semet ipso, sed a Deo Patre edoctum esse. 11) Christum esse nostrum coram Deo summum sacerdotem. 12) De Spiritu S. In *secunda* parte, qua argumenta a TRADELIO pro orthodoxa de Christo et Spiritu S. doctrina prolata, auctor refutare studet, iterum XII. capita comparent. 1) In vna diuina essentia non esse tres distinctas personas. 2) Christum non esse illum Iehouah. 3) Licet quaedam de Iehouah dicta, de Christo quoque praedicentur, tamen ipse non est Iehouah et vnus ille Deus. 4) Nec creator coeli et terrae. 5) Licet nominetur Deus, attamen non est Iehouah vel vnus ille Deus. 6) Non fuit ab aeterno, nec antea, quam ex MARIA virgine natus est. 7) Non ex essentia Patris ab aeterno genitus est. 8) Ex inuocatione Christo exhibenda, non sequi, illum esse Deum illum vnum. 9) Quamuis sit Dominus noster, nosque in eum credere oporteat, tamen ideo non est ille Deus vnus. 10) Nec ex eo, quod Christus sit iustus et sanctus, hominum corda scrutetur, lumen sit, potestatemque habeat vitam suam recipiendi, et quod MELCHISEDECHO comparetur, sequi, illum esse Deum vnum. 11) Filium Dei Iesum Christum non esse vnius eiusdemque cum Patre essentiae. 12) De Spiritu S. In TERTIA PARTE, orthodoxam de satisfactione et merito Christi doctrinam, *Ostorodus* conuellere, et e contrario monstrare allaborat, quaenam vera sit Christi ciuium iustitia. Habet pars haec duo capita 1) Christum non eum ob finem pro peccatis nostris esse mortuum, vt iustitiae Dei Patris pro iis faceret, quod satis est,

 eius-

eiusque aduersus nos iram placaret; sed vt nos a peccatis redimeret. 2) Fidelibus non meritum vel iustitiam Christi, sed fidem ad iustitiam imputari. Praeter confessionem OSTORODI, quae in secunda editione praemissa, huic quoque index libri adtextus est, qui in prima desideratur.

Ostorodi librum aduersus TRADELIVM Msptum in *Bibliotheca Gothana* reconditum esse, ex catalogo codicum Msptorum huius Bibliothecae, quem edidit ERN. SAL. CYPRIANVS, p. 59. N. LXXXI. nouimus. Tertiam partem de Christi satisfactione sub examen vocarunt 1) ALB. GRAVERVS, *de nouo ac horrendo errore circa doctrinam de Satisfactione Christi pro peccatis humani generis, Dissertationes theologicae et scholasticae, exquisitissimis Sophisticationibus ac argutiis* CHRISTOPH. OSTORODI et F. SOCINI etc. *oppositae. Ienae* 1609. 4. et altera editio ibid. 1613. 4. Alph. 1. pl. 2½. 2) D. PHIL. NICOLAI, pro diuina I. C. gloria aduersus Ebioniticos CHRISTOPHORI OSTORODI latratus, *Libb. III. Hamburgi apud Froben.* 1603. 8.

7. *Apologia ad Decretum Illustrium et Amplissimorum Ordinum Prouinciarum foederatarum Belgii, editum contra* CHRISTOPH. OSTORODVM et ANDR. VOIDOVIVM, d. 3. Sept. 1598. *Scripta ab eisdem Christoph. Ostorodo* et *Andr. Voidouio* 1599. *M. Augusto. Edita vero A. Dn.* 1600. *M. Febr.* 4. pl. 5. absque loci, quo impressa est, mentione. P. 3. argumentum primi decreti Ordd. dati die Mart. 3. *Sept.* 1598. et secundi, dati 1699. d. 8. *Martii*, occurrit; nec non Epicrisis Lugdunensium Theologorum data 1598. 12. *Aug.* ad instantiam Ordd. Epicriseos istius auctores fuerunt FRANC. IVNIVS, LVC. TRECATIVS et FRANC. GOMARVS. Vid. eandem apud ZELTN. l. c. p. 31.

8.

8. *De satisfactione Christi.* Videtur idem esse scriptum, quod partem tertiam libri aduersus TRADELIVM euulgati, *Num.* 6. constituit. Fortasse illud antea iam publicae luci commissum, quam operi *Anti-Tradeliano* insereretur.

9. *Animaduersiones in Philosophiam, quatenus scilicet in Theologiae fines irrupit etc.* MSC.

10. *Metaphysica* MSC.

11. *Epistola* ad Dn. NIC. BERNAVD, MSC. cuius meminit F. SOCINVS in ep. ad VALENT. RADECIVM, scripta 1603. Erat BERNAVD nobilis e Delphinatu, F. SOCINO non ignotus, cuius tract. *de auctoritate S. Scr.* in linguam gallicam transtulit. Eidem F. SOCINVS dicavit *defensionem disput. suae de loco VII. Cap. ep. ad Rom.* eumque vocat *Medicum* ac *Philosophum* eximium.

12. Longam OSTORODI epistolam ex agro Buscouiano d. 1. Mart. 1607. germanice scriptam ad fratres Altorph. inprimis GE. LVD. LEVCHSNERVM et NIC. LEIMERVM scriptam in extenso inseruit ZELTNERVS l. c. p. 130-143. Agit ea de disciplina Eccles. et de communi vsu S. Coenae cum Euangelicis.

13. Contra HVTTERIANOS s. MORAVIENSES COMMVNISTAS (qui bonorum communionem commendarunt ipsique obseruarunt; quorum saepius in *Act. Synod. MSSCC.* fit mentio, V. *Hist. Socin. Polon.) libellus.* MSC.

14. Concinnatum esse ab OSTORODO opusculum germanicum *de obedientia hominis Christiani*, ex decretis Synodi a. 1636. Racouiae congregatae discimus, quibus iterata libri huius editio statuta est, inprimis cum quidam Germanus ad sumtus impressionis faciendos per RVARVM quinque aureos Synodo exhibuerit.

15. An, et in quantum Oſtorodus *tranſlationi germanicae librorum N. T.* quae *Racou.* 1630. prodiit manus ſuas commodauerit, alio loco in *Hiſt. Socin. Pol.* expoſitum eſt.

ERASMVS OTVINOVIVS.

SANDIVS l. c. p. 83. Equitem hunc Polonum circa annum 1564. floruiſſe; quando vero natus ſit vel obierit ſibi non liquere, id vero ſe ſcire ſignificat, eum a. 1608. in viuis adhuc fuiſſe et plus, quam nonagenarium obiiſſe. Idem ſane videtur OTVINOVIVS, de quo *Smalcius* in *Diar. Vit.* apud ZELTN. l. c. p. 1202. narrat: quod a. 1614. anno aetatis 85. vel, vt paulo poſt legitur 90. circa finem Menſis *Iunii* obierit, quique ante 50. annos Deum cruſtaceum e manibus ſacrificuli ereptum Lublini pedibus in luto contriuerit. Filiam eius *Annam*, *Chriſtoph. Lubieniecius ſenior* in matrimonio habuit.

SCRIPTA:

1. *Omnes parabolae Domini noſtri I. C.* carmine polonico redditae, dicataeque *Duci* OSTROROGIO, *Palatino Kiiouienſi.* V. *Sandius* l. c.
2. *Omnes foeminae V. et N. Foederis, tam bonae, quam malae*, carmine polonico deſcriptae. Vid. Idem
3. *Heroes Chriſtiani*, i. e. *praeſtantes et inclyti Viri et bellatores Chriſti, per quos Deus in Regno Poloniae et M. Duc. Litthuaniae noſtro aeuo veritatem S. Euangelii, per Filium ſuum traditi, primum reuelare et propagare, errores vero Antichriſti deſtruere dignatus eſt: ex variis ordinibus ac conditionibus huius mundi eos ſeligendo*, carmine polonico deſcripti. MSC. Breuis catalogus earundem perſonarum, cum breui compendio memorabilium ex hoc opere, quod BENED.

WISSO-

WISSOWATIVS in latinum ſermonem transtulit, inſertum eſt WENGERSCII *Hiſt. Eccl. prouinc. Slauon.* p. 529. ſeqq. Idem argumentum, absque tamen reſpectu habito ad originem Socinianismi tractatur in VIRILII MVSAEI HYPOREADIS (*) *Elegia de SS. Euangelii in ditione Regis Poloniae, poſt reuelatum Antichriſtum, origine, progreſſu et incremento*, quae duabus plagulis adtexta eſt operi, cui titulus: *Duae epiſtolae, altera* ALOYSII LIPOMANI etc. *ad Ill. Princ.* NICOL. RADIVILVM etc. *altera eiusd. Ill. Dn.* RADIVILI *ad Epiſcopum et Legatum illum. Regiom. Boruſſ. excud.* IOH. DAVBMANNVS 1556. 4. 244. Diſtich. carm. eleg.

4. *Contentio piſtoris cum pictore de Diis ſuis, cuiusnam ſit praeſtantior?* rythmis polon. MSC. Meminit eius LVBIENIECIVS l. c. L. III. C. I. p. 171. et ex eo SALIGIVS, l. c. p. 670.

GEORGIVS OTVINOVIVS.

Eques Polon. ERASMI frater. Diuerſus ab hoc videtur OTVINOVIVS, et vel GEORGII vel ERASMI filius, qui ſibi a. 1634. teſtantibus *actis MSSCC.* carceris ſqualorem, contraxit, cuius liberandi cura in Synodo Racou. eodem anno habita, quibusdam iniuncta, qui tamen a. 1640. adhuc carcere detinebatur, fratribusque Cracovienſibus et Sendomirienſibus in Synodo Kiſielina commendatus eſt, vt ſuo apud Epiſcopum Cracouienſem patrocinio eius liberationem promouerent, quod tentamen, vt ex *Actis* 1641. conſtat, irritum adhuc fuit.

SCRIPTA:

Liber ſententiarum e SS. literis et antiquis Eccleſiae Doctori-

(*) Latet ſub hoc nomine ANDR. TRICESIVS vel *Trzecieski*, teſte WENGIERSCIO l. c. p. 81. V. Ill. IOS. ANDR. ZALVSCII *Conſpectus etc.* p. 43. N. 320.

ctoribus collectarum, exeunte ſuperiore ſeculo (XVI.) MSC. Vid. LVBIENIECIVS l. c.

IACOBVS OVTERMANNVS.

Harlemenſis, Tritheismi non immerito poſtulatus. De eodem *in Hiſtoria Antitrinitariorum Belgica.*

SAMVEL PACEVICIVS.

Aliquando nomen eius per errorem, vt putamus, calami in *Actis MSSCC.* ſcribitur PACLEVICIVS. A. 1638. inter alumnos, qui Kiſielini ſtudio theologico ſtipendiis coetus adiuti, operam nauarunt, ſuſceptus eſt, quod ſtudium a. 1640. Luclauiciis praelucente SCHLICHTINGIO eius loci miniſtro eſt proſequutus. A. 1641. a Synodo Piaſcenſi cuidam Dnae Palatinidi, liberorum paedagogus conceſſus, anno ſequente 1642. iterum ſe Luclauicias contulit, SCHLICHTINGIO et BAVMGARTIO praelucentibus, in theologicis maiores facturus progreſſus, ſimulque quatuor ſingulis diebus horas informationi ſcholaſticae dicauit, in quo labore a. 1644. adhuc deſudauit. Anno vero 1646. coetui in Samogitia collecto cooperarius deſignatus et a. 1650. initiatione eius ad miniſterium Eccleſ. in Synodo decreta, coetui *Dobrinenſi* miniſter praefectus eſt. A. 1651. *Tauerogiae*, qui terrae tractus in Magno Ducatu Lithuaniae ad Boruſſiae terminos ſceptro Boruſſo-Brandenburgico ſubiectus, miniſter eſt conceſſus, hocque demum anno ſolemni ritu miniſterio initiatus legitur. A. 1662. ad Boruſſiae terminos ſubſiſtere ac exulum Polonorum curam habere, Synodi mandatum accepit.

STANISLAVS PACLESIVS.

Polonus, de quo SANDIVS l. c. p. 53. quod vnus fuerit

fuerit inter primos eorum, qui in dogmata de Trinitate ac Paedobaptismo inuecti ſunt. Eodem teſte, fuit paſtor *Lublini* ſub patrocinio TENCZYNII, Palatini Belſenſis et Satrapae Lublinenſis, qua in ſtatione 1565. obiit.

SCRIPTA:

Teſtamentum vltimae voluntatis ſuae 1565. SANDIO ex allegatione MART. CZECHOVICII tantum innotuit.

IACOBVS PALAEOLOGVS.

Chius, natione graecus. Male proinde *Zeltnerus* (feliciſſimus alias occultarum in Crypto-Socinismo rerum indagator) l. c. p. 353. et in *Not.* ad *Epp. Ruari* p. 176. ſuſpicatus eſt, ſub nomine *Palaeologi*, graecum forte ſe mentientis *Chium*, latere *Iacobum Suterum*, infelicis *Vehii* comitem. Haud pauca de eodem expoſuit *Dudithius*, eumque vel *Chium*, vel *Palaeologum* adpellat in epiſtolis ad eum datis, quae *MSSCCtae* in Bibliotheca Eliſabethana Wratislauiae ſeruantur, ex quibus nonnulla carptim dedit *Stieffius* in vita *Dudithii* p. 225. ſeqq. deſideriumque lectorum plura de illo ex his litteris noſcendi excitauit. Ex Imperatorum Conſtantinopolitanorum proſapia ſatum eum fuiſſe, *Sandius* l. c. p. 58. perhibet; dicto vero teſtimonio nullo fidem fecit. Illum *Franciſco Dauidis* et *Somero* fuiſſe homodoxum, cum *Sandio* omnes ſtatuunt, qui etiam eundem ſcholae Claudiopolitanae Rectoratui, poſt obitum *Someri* praefuiſſe narrat. De eius pugna cum *F. Socino* in huius vita plura expoſui. Defendebat nempe ille aduerſus Socinianos et Anabaptiſtas, cum quibus alias contra myſterium S. Trin. communem cauſſam fecit, Chriſtum non abrogaſſe Magiſtratum politicum, bellum quoque legitimum et arma Chriſti ciuibus eſſe permiſſa, quo ipſo aſſerto ſemet Sociniano

coetui

coetui parum commendauit, cuius tamen fauorem ipse parui aestimabat. Produnt plurimi scriptores, eum sub *Imper.* MAXIMILIANO II. captiuitate constrictum fuisse; eum vero is iam a. 1576. vita hac excesserit, et *Palaeologus* adhuc 1581. in statu libero vixerit; hinc sub *Imp.* RVDOLPHO eum esse captiuatum, in aprico positum est. Incidit vero eius captiuatio, vt probabilissimum videtur, circa finem anni 1581. vel primos anni 1582. dies. Ita enim *Dudithius* in ep. ad *Hagecium* d. 8. Ian. 1582. *Wratislauiae* scripta inquit: *Allatum huc est,* PALAEOLOGVM *ab hero suo in Episcopi Olomucensis manus vinctum esse traditum, idque Domini nostri Clementissimi iussu. Magnam esse caussam oportet et capitalem; ego profecto nihil de illo viro suspicari possum, quod vinculis dignum sit, praeter religionem illam paradoxam, quid caussa sit; doleo hominis vicem; senis, egeni, exteri, cui vxor sit et liberi. O miseram filiolam!* In epistola ad eundem *Wratisl.* d. 29. *Ian.* eodem anno scripta ita *Dudithius* conqueritur: *Vereor ne Romam mittatur. Non videtur ex dignitate nostra esse, vt Pontifici eos ad supplicium dedamus, qui sub vmbra alarum nostrarum nidificant, et ex nostro fonte pullos potant, atque ex nostris pascuis se suosque sustentant.* Easdem querimonias repetit in ep. ad *Pet. Monauium*, *Wratisl.* d. 15. *Martii* 1582. *Rumor est,* PALAEOLOGVM *Romam missum iri; nollem equidem nostros Romanorum voluntati administros esse. Caussam calamitatis aiunt, esse antitrinitariam sententiam.* In *ep.* ad CRATONEM d. 30. *Iul.* eiusdem anni: *Scribitur ex Bauaria, vbi nunc Imperator est, Caesaris iussu, ad Pontificis postulata et legati eius petitionem,* PALAEOLOGVM *Romam missum esse, quod nouas haereses introduceret.* —— *Dolendum est, Caesares Pontificum voluntati ita esse obtemperan-*

perantes, vt eos etiam, quibus annuam ſtipem et ipſe, et pater et auus, niſi fallor, numerarunt, illis, cum poſcunt, ad ſupplicium dedant.

Per triennium fere *Palaeologus* Romae captiuus detinebatur, cum ipſoque examen inſtitutum, anno vero 1585. flammis traditus eſt. Supplicii genus, quod *Dudithius* iam a. 1582. praedixerat, vnusquisque certior factus, quod Romam miſſus fuerit, ſine ſpiritu fatidico vaticinari potuit. Ita autem *Dudith.* ad *Hagecium, Wratisl.* d. 10. *Aug.* 1582. *Palaeologus dicitur Romam abductus, vt Molocho offeratur; O caſum miſerabilem!* Ad ſupplicium ductus, duos cum cerneret Magiae accuſatos ad palum ligatos, et lento igne vſtulatos, terrore conſtrictus palinodiam ſimulabat (*). Abductus vero iterum in carcerem, ſuſceptam Antitrinitariorum diſciplinam iterum confitebatur, hinc ad rogum tractus, d. 25. *Martii (Sandius* d. 22. id eſſe factum perhibet) a. 1585. viuicomburio periit.

SCRIPTA:

1. *De Ripetano iudicio Romae et de damnatione optimorum et innocentiſſimorum hominum, temporibus* PAVLI IV.
2. *De Baptismo liber. In quo adſtruitur, baptiſma de quo loquuntur Euangelia, ad nos, filios teſtamentorum et foederis Dei non pertinere.* Ex iis, quae SANDIVS l. c.

(*) Non meminit *Rob. Bellarminus, Opp.* T. I. p. 58. Col. 2. E. *Col. Agripp.* 1628. fol. palinodiae ſimulatae, iteratique ad priſtinam haereſin regreſſus, ſumptique de eodem ſupplicii; cuius tamen ſilentii Pontificio ſcriptori, rationes fuere. Ita vero inquit: "Vnus eſt, — — — qui ſingulari Dei benignitate a. 1583. in vrbe Roma, poſt multas diſputationes et colloquia, tandem ad ſanitatem rediit, — — omnibus erroribus publice reuocatis eccleſiae Dei reconciliatus eſt." Reuocaſſe interim *Palaeologum, Socinus* confirmare videtur, in Biblioth. FF. PP. T. II. f. 538. quae verba in vita F. S. occaſione certaminis *Socini* cum *Palaeologo* exſcripſimus.

l. c. p. 58. allegauit, ſcriptum hoc GREGORII PAVLI libello infra N. 23. allegando, oppoſitum videtur. In eadem materia, fortaſſis a *Palaeologo*, epiſtolam ad Eccleſ. Polon. de baptismo eſſe conſcriptam ſuſpicamur, quam SANDIVS p. 173. inter ſcripta anonyma allegat. Vid. ſub BLANDRATA N. 25.

3. *De Magiſtratu politico. Loſci in Litthuania* 1573. *apud* IO. KARKANVM. Editionem curauit, teſte SANDIO, SIMON BVDNAEVS. Librum refutarunt *Racouienſes*, maxime GREGORII PAVLI opera. Cui iterum PALAEOLOGVS oppoſuit ſcriptum, cui titulus:

4. *Defenſio verae ſententiae de Magiſtratu politico. Loſci* 1580. BVDNAEI opera impreſſa. Cui F. SOCINVS Oppoſuit: *Ad* IAC. PALAEOLOGI *librum, cui titulus: Defenſio verae ſententiae de Magiſtratu politico, pro Racouienſibus reſponſio, quae primum prodiit* 1581. 4. *ex typographia* THEOPH. ADAMIDAE (polon. *Adamowicz).* Mutato titulo lucem vidit *Racou.* 1627. 8. V. PLACCII *Pſeudon.* N. 2253. p. 529.

5. *Defenſio* FRANC. DAVIDIS, *in negotio de non inuocando I. C. in precibus: opera* IAC. PALAEOLOGI, MATTH. GLIRII et FRANC. DAVIDIS, *filii*, *in lucem emiſſa, Francof.* 1579. et *Cracou.* 1580. 8. apud ALEX. RODECIVM. Vid. ſupra ſub FRANC. DAV. N. 4. Praeter ſcripta ibidem allegata, adtextum quoque eſt opuſculum ab ALEX. VITRELINO concinnatum, cui titulus: *Iudicium Eccleſiar. Polon. de cauſſa* FRANC. DAVIDIS, *in quaeſtione, de vera hominis I. C. Filii Dei viuentis inuocatione;* cui iterum adiunctum eſt, quod ſupra ſub BLANDRATA N. 7. allegauimus; nec non *ſcriptum Fratrum Tranſyluanorum ad NN.* in quo habetur narratio rerum, memoratae controuerſiae cauſſa in Tranſyluania geſtarum, vna cum ſequente PALAEOLOGI libello. 6.

6. *Confutatio vera et solida Iudicii Ecclesiar. Polon. de caussa Dn.* FRANC. DAVIDIS etc. Huic adtextae sunt tres BLANDRATAE ad IAC. PALAEOL. epistolae, quarum mentio facta sub BLANDR. N. 9. Praemissa est praefatio ad omnes fratres et ministros Ecclesiae, vnum Deum profitentis etc.
7. Operam praestitisse Vnitariis (BVDNAEO fortassis) in vertendis S. Scr. libris, SPONDANVS *in Annal. Eccles.* T. II. f. 753. meminit, sed nullo teste allegato.

SALOMON PALVDIVS.

In *Act. MSSCC. Synod.* aliquando celebris Medicinae Doctor dicitur; LVBIENIECIVS l. c. p. 240. eum inter ministros Racou. vltimo loco nominat. Pater eius HENRICVS, minister coetus Milanouiensis, tandem propter senectutem emeritus, stipendiis publicis sustentatus est. *Henricus* ille *Paludius*, qui 1613. Hoistiensi coetui, STOINII collaborator datus, alter HENRICI senioris filius esse videtur. Commemoratur quoque sequenti tempore HENRICVS PALVDIVS inter alumnos susceptus et a. 1634. in Synodo Racou. ad officium Eccles. initiatus, qui fortasse *Salomonis* filius fuit. Mentio quoque fit a. 1612. Io. PALVDII, ob flagitium carcere inclusi, qui sane diuersus ab homonymo, quem VENCESLAVS MORKOWSKY de ZASTRISELE, *Iunior*, in epistola dedicatoria THEOD. BEZAE *poematibus* edit. 1597. 4. praefixa, allegat, cuius quoque epigrammata in obitum POSTHII ibidem p. 140. et in THEOD. BEZAM p. 210. inserta sunt. De SALOMONE a. 1611. in Synodo Racou. statutum, vt eidem sumtus itineris e Silesia Racouiam suscipiendi restituerentur, et ipse aduenturus in alumnorum numerum recipiendus sit. A. 1616. scholae Hoistiensi ex decreto Synodi

nodi Racou. praefectus. Videtur tamen munere hoc ſcholaſtico ſemet abdicaſſe, et, vt theologicis operam nauaret, Racouiam ſe contuliſſe; anno enim 1620. SALOMON PALVDIVS inter alumnos nominatur, et anno ſequente ſolus hoc alumnatus beneficio fruebatur. A. 1623. IOANNI ARCISSEVIO, praedium in Boruſſiae Ducatu poſſidenti, vel Paedagogus vel Catecheta conceſſus, et a. 1625. miniſterio eccl. initiatus eſt. Poſthac Raciborſcenſi coetui praefuit, et tandem 1633. poſt obitum CRELLII Racouiam vocatus, ION. SCHLICHTINGII collaborator exſtitit. ADAMVS quidam PALVDIVS, Nyſſenus, a. 1549. *Rectore Acad. Regiom.* ISINDERO, in numerum ciuium Academ. ſuſceptus eſt, teſte *albo Studioſorum.*

NICOLAVS PARVTA.

Italus, inter eos nominatur qui a. 1546. famoſiſſima Collegia in agro Veneto prope Vincentiam frequentarunt, qua occaſione, quae de ipſo ſcire datum eſt, Parte II. C. 2. hiſtoriae noſtrae narrabimus.

SCRIPTA:

1. *Theſes*, *de Deo trino et vno*, (al. de Trinitate) 1562. Eaedem fortaſſe, quae diſputationi *Albanae* 1568. adiunctae, quarum ſub BLANDRATA N. 14. mentio facta. Dubius eſt SANDIVS l. c. p. 25. vtrum LAELIVS SOCINVS vel PARVTA earum auctor ſit. V. ſub GREGOR. PAVLI N. 19. Duas priores harum theſium commemorat ex FECHTII *Epp. theol. Marbachius* P. III. p. 128. Vid. LAVTERBACHIVS l. c. p. 6.
2. *Epiſtola ad* STAN. LVTOMIRSCIVM etc. *agens de ceremonia Baptiſmi.* 1574. *MSC.* PARVTAE ſententiam de hoc argumento ex BVDZINIO exponit SANDIVS l. c. p. 26. nimirum: Baptizandos eſſe ad Eccleſiam accedentes,

dentes, ob euitanda pericula propter ceremoniam, non inquirendo, an haec rebaptisatio sit necessaria ad consequendam salutem. Eodem tempore LVTOMIRSCIVS quoque ad PARVTAM de hac materia scripsit. *Vid.* sub illo N. 10. p. 463.

3. *De vno vero Deo, liber.* Allegatur a Iudaeo R. ISAAC B. ABR. in *Chissuk Emuna* p. 119. edit. WAGENSEIL. *in Telis ign. Sat.* Vid. WOLFFII *Biblioth. hebr.* P. I. p. 642. IOH. A LENT *Theol. Iud.* p. 113. Idem sine dubio liber, quem *Bibliotheca Vffenbach.* T. III. p. 697. manu descriptum sub hoc titulo allegat: NIC. PARVTAE *de vno vero Deo Iehoua, sobriae orthodoxaeque disputationes.* Eundem Losci in Litthuania a. 1578. per Io. CARTZANVM typis esse exscriptum, VFFENBACHIVS l. c. notauit.

4. Quod GE. BLANDRATA, Catechesin mediante PARVTHA, in publica, seu generali Synodo Radnothim celebrata pronunciari et publicari curauerit, SANDIVS testis est l. c. p. 29.

ADAMVS PASTORIS VEL PASTOR.

Antea RVDOLPHVS MARTINI nominatus, ex Westphalia oriundus, Dorphensis, teste Io. HENR. OTTIO in *annal. Anabapt.* p. 109. a. 1547. in Arianismum a MENNONE defecit. Io. CLOPPENBVRGIO l. c. p. 3. narrante ab a. 1546. inter Anabaptistas in Frisia, SERVETISMVM professus, qui initio cum THEODORO PHILIPPI et MENNONE SIMONIS sociatus in oppugnando Paedobaptismo et origine carnis Christi, a. 1547. habita disputatione cum THEODORO, in oppido *Goch*, Ducatus Cliuiae, sectam fecit Antitrinitariam, summam Christi diuinitatem oppugnando. Eadem refert citante SANDIO l. c. p. 38. BVLLIN-

GERVS L. III. *contra Anabaptistas*, hisque addit: Eum perstitisse in opinione sua, quam potissimum testimoniis ipsius Christi *Io.* XVII. 3. et XIV. 28. stabiliri putauit. Tandem eandem ob caussam a MENNONE caeterisque Anabaptistis excommunicatum, parum id curasse, habuisseque non paucos sectatores, quorum differentia a reliquis Anabaptistis alias vix vlla, nisi quod quidam eorum licitum putent esse interdum, coram Magistratu iurare. Opinionem de persona Christi, ac de verbo, ex S. IOANNIS *initio Euangelii*, eandem cum SERVETO defendisse, SANDIVS ex libris eiusdem colligit. Emdae mortuus narratur, absque notato tempore. Effigiem eius SICHEMIVS aeri incisam forma 4. in lucem exposuit. An idem fuerit, qui in Polonia dictus est SPIRITVS BELGA (de quo ANDR. FRIC. MODREVIVS sylu. L. I.) alio loco differimus. V. *Narratio compendiosa* apud SANDIVM l. c. p. 217. Vid. supra p. 366. GEISTERANVS.

SCRIPTA:

1. *Differentia inter veram et falsam doctrinam articulorum, de quibus controuertitur, lingua Saxonica.* 8. Locus et tempus impressionis non sunt addita. XII. capita, quibus opus hoc absoluitur, SANDIVS l. c. p. 39. 40. enumerauit.
2. *Disputatio de diuinitate Patris, Filii et Sp. Sancti*, quam ADAMVS PASTORIS cum suis asseclis habuit *Lubecae*, ore et scripto, contra MENNONEM SIMONIS et eius asseclas, lingua Saxon. Allegatur colloquium hoc 1552. *Lubecae* habitum, a CLOPPENBVRGIO l. c. in quo, eodem teste, ipse ab initio contestabatur, se perstare in professione, quam ante quinquennium in *Frisia* ediderat, contra THEODORVM et MENNONEM, qui, in dogmate de persona Christi tantum contradicebant origi-

origini carnis Chriſti ex MARIA matre; tuebantur vero fidem orthodoxam de vnitate eſſentiae Dei et Trinitate perſonarum.

3. *Diſputatio* cum THEODORO PHILIPPI, ead. lingua.
4. Adſcribitur quoque eidem libellus *de miſericordia Dei*, in IOECHERI *Lex. Erud. nouiſſ. edit.*

IOACHIMVS PASTORIVS, AB HIRTENBERG vel *Hirtensberg.*

Eques Polonus. Nobilitatis iure ſine dubio donatus, poſtquam tot muneribus inſignitus eſſet; ſed natiuitate *Glogauienſis*, *Sileſius.* Medicinae Doctor, qui Profeſſoris munere in Gymnaſio Elbingenſi et poſtea Gedanenſi functus, in hac ſtatione, vel quod probabilius, iam antea a RVARO ad Socinianorum caſtra ſeductus. In actis MSSCC. et alibi ſub nomine HIRTENII celebratur. Eundem enim notat HVGO GROTIVS in ep. ad RVARVM a. 1639. Lutetiae ſcripta in Epp. RVARI ex edit. ZELTN. p. 164. his verbis; Optimum HIRTENIVM amo, vt certe debeo. Teſtante KOCHOVIO, ab infantia Reformatis ſacris addictus, poſthac SOCINI vexillum ſecutus, cum MART. RVARO, qui ANDR. WISSOWATIO ſtudiorum et itineris moderator datus erat, iter per varias Europae regiones inſtituit; tandem vero rebus Socinianorum ad extrema deductis a. 1658. vt exilii miſeriam a ſe auerteret, Pontificiorum profeſſus ſacra. His ſuſceptis *Protonotarius Apoſt. Canonicus Varmienſis et Chelmenſis*, *Parochus et Officialis Gedanenſis ac Pomeraniae generalis*, *Praepoſitus ad S. Adalbertum*, *R. M. Polon. Hiſtoriographus*, *Regius Commiſſarius*, et in pacificatione Oliuenſi *Secretarius iuratus* fuit. Tot perfunctus honoribus eccleſiaſticis, prope *ad infulas* adſpirauit. Quo praeciſe anno Socinia-

nismum professus, in Actis MSSCC. commemoratum non recordamur; socium vero coetus huius a. 1635. iam fuisse ex *Actis Synod.* docemur, quae scriptam ab eodem vitam CRELLII iam commemorant. Ex iisdem patet, eum isto tempore Ephorum fuisse ex fratre patruelis D. SIENIVTAE, cum quo, vt D. SIENIVTA HIRTENIVM in exteras mitteret regiones, Synodus illum rogauit. Per plures annos suum ad Socinianos accessum dissimulasse videtur. In conuentu Siedliscensi a. 1644. habito, promtum fratribus animum declarauit, in lingua germanica coram coetu quodam conciones habendi; non tamen ideo ministerio Eccles. semet dicasse, ex *actis* consessus Dazuiensis a. 1646. colligimus, in quo RVARO committebatur, vt HIRTENIVM quibuscunque argumentis disponeret ad suscipiendum aliquando ministerium Eccl. Obiit *Frauenburgi* in Borussia 1681. 28. m. *Dec.* anno vitae 71. V. HARTKNOCHII *Hist. Eccl. Pruss.* p. 860. SANDIVS l. c. p. 149. 150. GODOFR. ARNOLDVS l. c. T. II. L. XVII. c. 13. §. 23. LAVTERBACHIVS l. c. p. 358. Io. GOTTL. BOEHMII *Acta pacis Oliuensis inedita*, T. I. Io. FRANC. HACKI, S. I. *Regia via etc.* p. 209. et 210.

SCRIPTA:

1. *Vita* Io. CRELLII, praefixa operibus huius in *Biblioth. FF. PP.* Eadem praefixa CRELLII *Ethicae;* et Belgice prodiit 1663. 4. Ex statuto Synodi, a. 1635. in *actis* exposito, vita CRELLII ab HIRTENIO concinnata vna cum vita SOCINI ab Equite Polono (PRZYPCOVIO) conscripta, eodem anno typis exscribenda erat.
2. *Epitaphium* STANISLAI LVBIENIECII, Senioris a. 1633. vita functi. MSC. teste SANDIO.
3. *Aulicus inculpatus.*
4. *Florus polonicus*, s. *Polonicae historiae epitome*, dedicatus

catus SIENIVTAE. Lug. Bat. 1641. 12. Idem auctus vitis duorum Regum. Amſtel. 1664. 12. *Vid.* DAV. BRAVN *de ſcriptoribus Polon. et Pruſſ.* p. 214. ſeqq. qui quoque IOACH. PASTORII Partem *primam* hiſtoriae Polonae plenioris a. 1680. et *ſecundam* poſt obitum ab haeredibus eius a. 1685. *Gedani* typis exhibitam recenſet.

5. *Peplum Sarmaticum. Dantiſci* 1645. 4.

6. *Character virtutum. Dantiſci* 1650. 4. Et hoc, et praecedens ſcriptum cum aliis prodiit, ſub tit. IOACH. PASTORII *Heroes ſacri, Peplum Sarmaticum, Muſa peregrinans et Character virtutum, Dantiſci* 1653. 12.

7. *Bellum Scytico-Coſaticum, contra regnum Poloniae, ſub Rege* IOANNE CASIMIRO *profligatum, Dantiſci* 1652. 4. Vid. BRAVNIVS l. c. p. 164. qui iudicat, quod non iuſtae hiſtoriae rationem auctor in hoc libello habuerit, tantum vt Regi et Proceribus placeret, (cum adhuc Medicinae Doctor cum titulo Hiſtoriographi Regii, et in eo eſſet, vt eiurata fide Euangelica (*), nomen nobile ab HIRTENBERG, mox et pinguiora eccleſiaſtica munia apud Romano-Catholicos ad dies curtae vitae huius, vir inſipiens, vtut doctus, emendicaret) has pagellas ex commentariis et epiſtolis atque relationibus polonicis, quas in praefatione ad lectorem enumerat, operi plenioris hiſtoriae, quod tunc meditabatur, mature praemiſit.

8. *Palaeſtra nobilium, ſeu conſilium de illuſtrium adoleſcentium educatione.* Idem forte, quod SANDIVS allegat ſub tit. *De iuuentutis inſtitutionis ratione. Ibid.* 1653. 4.

9. *Orationes duae de praecipuis hiſtoriae auctoribus, ibid.*

 1656.

(*) A Socinianis potius ad Pontificios tranſiit.

1656. 4. Praeter has, *Oratio de dignitate historiae, cum honorarium docendae historiae munus aggrederetur, habita Elbingae, Anno Christi Seruatoris* 1651. *Typis Achatii Corelli.* 4. pl. 5½. Temporis et loci, quo impressa, nulla fit mentio. Dicauit eam Reip. Elbingensis Magistratui auctor, hac subscriptione: *Ioach. Pastorius, D. Medicus et Historicus Regius, Physicus Elbingensis, et Hist. ibid. Prof. honorar.*

10. *Syluarum Pars I. Dantisci* 1656. 12.

11. *Tacitus Germano-Belgicus. Colon.* 1658. 8.

12. *Differentiae inter politicen genuinam et diabolicam etc. Francof.* 1659. 12.

13. *Theodosius Magnus*, a. 1662.

14. *Minister status, seu considerationes super vita* NICOLAI NEOVILLI *de Villeroy. Ienae* 1664. 8.

15. *Aurora pacis, seu oratio praesentibus Legatis Caesareis, Polonicis, Brandeburgicis, Gedani circa initia tractatuum Oliuensium habita.* Primum oratio haec typis expressa PHIL. RHETII hoc titulo: *De praecipuis beneficiis et successibus, quibus diuina gratia S. Regiam Maiestatem et Rempublicam Poloniae vniuersam, nec non Principes, Populosque foederatos anno MDCLIX. decorauit.* Deinde sub titulo: AVRORA PACIS, adiecta est FLORO POLONICO, quintum edito, *Gedani* a. 1679. Inseruit eandem Io. GOTTL. BOEHMIVS, *Actis pacis Oliuensis ineditis*, T. I. p. 1 - 45. qui quoque p. 205 - 213. elogium IOACH. PASTORII *ab Hirtenberg* adiecit.

16. Vt HIRTENIVS semet ad conscribendam *Historiam Eccles.* adplicaret a. 1643. admonitus est in conuentu Siedliscensi, simulque statutum, vt ad hoc opus perficiendum, inprimis SAM. PRZYPCOVIVS eidem subsidia

dia atque documenta subministraret. Idem opus ante aliquot annos ipsi PRZYPCOVIO commendatum erat suscipiendum. In conuentu a. 1644. Siedlisciae habito, nuntius adlatus est, HIRTENIVM semet obstrinxisse, et hoc opus, et APOLOGETICVM quoque concinnandi; vtrique etiam STOINIO eodem tempore committebatur, vt a PRZYPCOVIO materialia et subsidia procurarent, eademque HIRTENIO exhiberent. A. 1645. in conuentu Zuliniensi CHRIST. LVBIENIECIO iniungebatur, vt inquireret, quantos in concinnando Opere *Hist. Eccl.* HIRTENIVS iam fecerit progressus.

17. Scripsisse eundem libellum *de caussis et remediis dissidiorum*, ex *actis* conuentus Dazuiensis 1646. constat, qui librum istum prelo subiiciendum RVARO commendauit.

18. *Varia opuscula theologica.* A. 1647. in conuentu Dazuiensi ministris Volihiniensibus committebatur, vt *Hirtenium* commonefacerent, opuscula sua Theologica prelo parata habere.

19. Edidisse ipsum Catalogum Operum a se conscriptorum, inque XI. Voluminibus edendorum, a. 1676. ANTONIVS TEISSERIVS, in *auctuario Catalogi auctorum etc.* p. 127. notauit.

20. *Memoria duorum Gymnasii Elbingensis Rectorum* IOANNIS et MICHAELIS MYLIORVM posthuma, ab eodem TEISSERIO allegatur l. c. p. 269.

21. *Diadema gloriae* MICHAELIS *Regis Poloniae*, 4.

22. Idem quoque vitam F. SOCINI A PRZYPCOVIO delineatam, in idioma germanicum transtulit, quae hoc titulo prodiit: Faustēn Socinen von Sena Leben und Wandel, aus dem Lateinischen ins Teutsche übersetzet, durch *I. P. D.* Im Jahr 1637. 4. pl. 3½. *Vid.* sub F.

SOCINO. Ita autem p 3. inchoat: Faustēn Socinen Leben und Wandel mit kurtzen Worten und nachlesig zu beschreiben, were etwas wieder eines so trefflichen Mannes Würdigkeit; volkömlich aber, und wie es die Sache an ihr erfordert solches zu verrichten, were vieleicht über unsre Kräffte und Vermögen. Denn fürtrefflicher Leute Lob schläfferig und überhin erzehlen wollen, ist der Tugend Ueberdrang thun. Und so jemand irgends gewesen ist, dessen man nit allein mit sonderlichen Fleisse, sondern auch außbündiger Geschicklichkeit gedencken sollte; ist es gewisse dieser Mann gewesen. Aber weil es viel beßer ist, edele und fürtreffliche Gaben mit schlechter Beredsamkeit, und nicht so wie sie wol wert weren, herfürstreichen, als dieselben gar verschweigen, ist es unbillig, daß entweder Fürnehmen Leuten der Redner weinigkeit schaden solle; oder aber, das denjenigen die etwas schreiben geschicklichkeit, umb derer willen die sie loben Fürtrefflichkeit, irgend einen Anstoß gewinne. Mir aber gebüret über das noch in andere wege Verzeihung, als der ich mit vielen Sorgen und Geschäfften umbgeben, umb Kürze der Zeit, diese Arbeit von der Hand habe wegmachen müßen. Sein Vaterland ist die weitberühmte Stadt Sena in Hetrurien gelegen. rc.

23. *Epitome rerum in Europa, praecipue in Polonia ab a. 1665. ad a. 1667. gestarum*, in Bibliotheca Zaluſciana in MSC. ſeruatur, teſte Io. GOTTL. BOEHMIO l. c.

24. *Epiſtola ad Chriſtoph. Hartknoch*, Gedano d. 12. April. 1677. Regiomontum ſcripta ex MSC. inſerta legitur dem Gelehrten Preußen, T. I. p. 26. ſeqq.

25. Poſſedit olim *Paulus Pater*, Gymnaſii Gedanenſis Profeſſor Mathematum, *Ioachimi Paſtorii epiſtolas* in originali, ad Proceres Reip. Polonae et familiares, ob

res

res politicas et hiſtoricas ſtylique elegantiam memorabliles.

GREGORIVS PAVLI.

Breſinenſis, Polonus. A STANCARO aliisque ſaepius MASOVITAE nomine notatur. Teſte SANDIO l. c. p. 43. iam a. 1555. erat Magiſter et Eccleſiae in *Wola* prope Cracouiam miniſter, poſt vero Eccleſiae *Cracouienſis* Paſtor ac Senior. Inter Reformatos magna cum laude docuit. In actis a. 1556. vocatur paſtor Pelsnicienſis. Primum a PET. GONESIO didicerat placita Ariana, (vid. ſub *Io. Paul. Alciato* N. 1. p. 8.) poſtea vero eius partes deſeruit ſtatuendo, Chriſtum ante MARIAM non exſtitiſſe, quod ipſe in oratione quadam fatetur. Vſus eſt patrono eximio, STANISLAO CICHOVIO, *Archicamerario Cracovienſi*, poſtea *Caſtellano Biecenſi* et *exercitus Duce.* Cum a. 1562. ipſo S. Trinitatis feſto circa meridiem, orthodoxam de myſterio S. Trinitatis doctrinam pro concione Cracouiae impugnaret, vertex templi, S. Trinitatis dicti, in quo GREGORIVS ſermonem hunc habuit, fulmine percuſſus, globulusque in apice conſtitutus in terram delatus eſt. An myſterii huius aduerſariis ratio ſuppetat, caſum hunc in bonum ac proſperum cauſſae ſuae omen vertendi, quod vtique faciunt, prudentiores facile iudicabunt. Sed nec quicquam praeſidii caſus iſte orthodoxae veritati adfert. Munere ſuo deiectus et *Cracouia* ob ſuſcepta placita pulſus, *Racouiam* ſemet contulit, ac *Pinczouiae* grandaeuus circa annum 1591. obiit, vno menſe poſt GEORGIVM SCHOMANNVM, ſocium ac coaeuum ſuum. Plura de eodem *Acta Synod. MSSCC.* exponunt. Qua in ſenili aetate vſus fuerit fortuna, et quam de eodem habuerit opinionem F. SOCINVS, ex huius praefatione, libro, qui

continet reſponſionem pro Racouienſibus ad PALAEOLOGVM, prima vice a. 1581. edito, praefixa conſtat, quo loco inquit: "Etſi viuit adhuc GREGORIVS PAVLVS, auctor ſcripti illius contra ſententiam tuam Racouienſium nomine conſcripti, tamen is, vt arbitror, non ſe, ſed coetum illum eius ſcripti auctorem agnoſci vult. Ac praeterea, vt audio, ita prae egeſtate et familiaris curae neceſſario onere, a litterarum ſtudiis iam pridem alienus eſt factus, tamque non bona ſenectute vtitur, et, (quod huc maxime pertinet) tanto praeſertim oculorum perpetuo vitio laborat, vt deſperandum omnino videatur, illum, vt tibi reſpondeat, calamum vnquam in manus eſſe ſumturum. Atqui tu bene cordatum virum et doctum hominem, quique in Dei Eccleſia nec parum, nec ſegniter laborauit, reſponſione tua ad ſcriptum illius, ita conviciis et maledictis inceſſis atque proſcindis, (nam, vt caetera multa omittam, veſanum eum et indoctiſſimum ſcriptorem nominas, et deſidem atque otioſum ventrem appellas) vt maxime pium mihi viſum fuerit, non ſolum ea, quae ab ipſo vere et pie ſunt ſcripta, ſed eadem opera eius quoque famam et exiſtimationem a tuis ſophismatis et calumniis, quantum in me erit, aſſerere ac vindicare." Rem communem fecit cum fratribus Bohemis ac Morauis ſectae Anabaptiſticae, bonorum communionem obſeruantibus; imo horum Dux et Promotor in Polonia exſtitit, narrante id WENGERSCIO l. c. p. 90. Obiurgatum a BLANDRATA GREGORIVM eſſe, quod minime opportuno tempore controuerſiam de PAEDOBAPTISMO mouerit, THEODOR. BEZA teſtis eſt, in *Epp. Theolog.* p. 364. qui BLANDRATAE epiſtolam tenuit, in qua GREGORIVM ſuo quodam iure non tantum de illa *Paedobaptiſmi* controuerſia, non ſatis opportune mota increpat,

pat, verum etiam aperte illum a Tritheismo ad Samosateni dogma reuocare nititur. Vid. sub *Blandrata* N. 3. IOS. SIMLERVS in praefatione operis sui: *De aeterno Dei Filio Dn. et Seruatore nostro I. C. etc.* data 1568. M. Aug. eundem arroganti et vano ingenio hominem vocat, et de eius Chiliasmo narrat, nescio, quod aureum seculum, quo, conuersis ad Christum Iudaeis et Turcis, mille annos in terris feliciter degamus, ad biennium abhinc inchoandum esse vaticinatur. SCHLÜSSELBVRGIVS in *Catal. haeret.* L. I. p. 3. hominem impium, ambitiosum et in blasphemiis effutiendis plane effrontem appellat, quippe qui aliquando in libellis suis scripserit: Vna Dei essentia, vnus Deus in tribus personis, Satanae stratagemata esse.

SCRIPTA:

1. *Tabula de Trinitate.* Ita SANDIVS l. c. p. 43. allegat opusculum hoc ex argumento eiusdem, ad ductum allegationis a CALVINO factae, neutiquam vero ex ipsa eiusdem inscriptione, quemadmodum quoque recensio eius ex quibusdam testimoniis omnino imperfecta et insufficiens est. LAVTERBACHIVS l. c. p. 126. tabulam istam in Polonia se vidisse et cum horrore legisse testatur, sed neque titulum neque speciale scripti huius argumentum exposuit. Notatur vero sine omni dubio liber, qui lingua polon. prodiit hoc titulo: Ukazanie y zborzenie wszystkich wiar od ludzy rozmaitich, o Bogu y o synu iego nawymislanich, przez prawdziwe proste y iasne wyznanie z pisma świętego Prorockiego y Apostolskiego, zebrane. Co wlasnie y bespiecznie nazwac mozesz doskonalym Credem: poczonwszy od przodku az do konca. Luc. IX. 26. i. e. *Significatio et euersio omnium in fide opinionum, per varios homines de Deo eiusque Filio magno numero ex-*

excogitatae et effictae: per ſinceram, ſimplicem et claram confeſſionem ex S. ſcriptura Prophetarum et Apoſtolorum collectam. Quae proprie et vere perfectum CREDO, *ab initio, vsque ad finem appellari poteſt. Luc.* IX. 26. 4. Alph. 1. pl. 8½. Nec auctor, nec locus et tempus impreſſionis indicantur. In titulo ſaltim poëmatis, per modum adpendicis adtexti, ſub inſcriptione: *Antichymn* (Antihymnus) annus 1568. legitur notatus. Opus hoc circa a. 1562. iam fuiſſe concinnatum et euulgatum, ex Io. CALVINI breui *admonitione ad fratres Polon.* quae paulo ante eius obitum a. 1563. ſcripta, adparet, quo loco inquit: *Tabulam nuper in Polonia editam, quae Chriſtum et Sp. S. alios a Patre Deos facit, non ſine acerbiſſimo moerore inſpexi etc.* GREGORIVM PAVLI ſcripti huius eſſe auctorem, variae circumſtantiae infra allegandae veri ſimillimum faciunt. Videtur *Pinczouiae* prodiiſſe, quo loco iam a. 1563. commorabatur auctor, v. *Sandius* p. 48. ibique eodem teſte p. 44. *Explicationem difficilium S. Scripturae locorum* prelo ſubiecerat. Immediate poſt titulum ſequitur *allocutio ad pium lectorem*, verſibus polon. porro ſic dicta *admonitio chriſtiana ad ſincerum et pie animatum lectorem, quo animo, corde et conſcientia, non autem illotis manibus S. Scriptura ſit tractanda atque legenda.* Haec abſoluitur quibusdam dictis S. Scripturae hanc materiam tractantibus, et quoad litteram inſertis, quae ſunt: *Deut.* IV. 2. XII. 32, *Prou.* XXX. 5. 6. *Matth.* XXVIII. 20. *Io.* V. 39. *Rom.* XV. 4. 2 *Cor.* XI. 3. 4. *Gal.* I. 8. III. 15. VI. 16. 1 *Tim.* VI. 3. 1 *Pet.* IV. 11. *Apoc.* XXII. 18. 19. Tertium locum occupat *breuis praefatio*, ſicuti nominatur, ad pium hominem, qui nondum conſcientiam fiducia plenam

habet,

habet, et terrore vnius Dei agitatur. In eadem auctor animare eos ſtudet, qui ſibi conſcientiae ducunt ab edocta olim de hoc myſterio doctrina recedere. Praecipuum operis argumentum ita conſtructum eſt, vt eidem nomen TABVLAE TRINITATIS omnino conueniat. Tribus conficitur partibus: 1) De Deo Patre, ſiue de vero vnico Deo. 2) De vero Dei Filio I. C. cruci adfixo fol. O. cui peculiaris titulus et praefatio praepoſita ſunt. 3) De Spiritu S. quae pars ſecundae per adpendicem adtexta, fol. Dd. 4. p. 202. Totum opus abſoluitur ſolis S. Scr. V. et N. T. teſtimoniis, quoad litteram expreſſis, et ad certos titulos ordinatis. Hoc modo, *Prima pars* exhibet dicta de Dei attributis et nominibus, ad certas claſſes, inſcriptiones et ſummaria praefixa, diſtributa e. g. *Vnicus, nec vllus penes me: Solus, praeter quem nullus eſt: Bonus: Verax: fidus. etc.* His *fol.* N. 5. ita auctor finem imponit: "Ex his perſpicitur, quod hic, et nullus alius idem ſummus Deus ſit, Pater et caput Dni noſtri I. C. illius benedicti et ſancti hominis, qui ex Spiritu S. originem cepit et ex MARIA natus eſt; qui ante poſita mundi fundamenta praeuiſus ac praeordinatus eſt, poſthac vero primis parentibus, deinde ABRAHAMO et DAVIDI addito iure iurando promiſſus et in plenitudine temporis ab eodem Deo, qui ſolus originaliter verus Deus, conceſſus eſt. Cui Deo ſit gloria etc."

Secunda pars hunc indicem prae ſe fert: *De vero Dei Filio, I. C. cruci adfixo.* 1 *Cor.* XVI. 21. In praemiſſa eidem praefatione I. C. adpellat eundem ſanctum hominem, a Deo iam antea praeuiſum etc. His addit: Nullibi a Sp. S. in S. ſcriptura dici: "Chriſtum eſſe Deum, ex Deo, ab aeterno, vel ante hunc mundum

dum genitum, eidem vnico Deo similem, eiusdem cum illo essentiae, secundam in Trinitate personam etc. sed id tantum ab eodem doceri: quod sit dilectissimus Dei Filius, Seruator mundi, per quem Deus mundum secum reconciliauit, per quem et in quo Deus operatus est." Omnino inficiatur, Deum esse hominem factum, et communicationem idiomatum; HYPOSTATICAM hinc vnionem pro figmento humani cerebri declarat, hancque adpellat APOSTATICAM, (quemadmodum in *Explic. difficilium S. Scr. locorum* p. 93. ad marginem ATHANASIVM adpellauit SATANASIVM) nec temeritatem suam temperare potest, quin hanc doctrinam ex 1 *Tim.* IV. 1. 2. 3. doctrinam Antichristianam et diabolicam nominauerit. In ipsa secundae partis tractatione iterum dicta S. Scripturae, in quibus Seruatoris nostri denominationes secundum ipsius humanam naturam obuiae sunt, et quae de eiusdem proprietatibus, muneribus et actionibus tractant, ad certos titulos reducit, e. g. SEMEN ABRAHAMI; DAVIDIS; PROPHETA; REX; SVMMVS SACERDOS; etc. et ex his formulam Symboli, QVASI-APOSTOLICI FOL. P.-Dd. 3. p. 100-202. concinnauit.

Parti huic *tertia* de Spiritu S. adtexta est, in qua tantum de eiusdem existentia, S. Scripturae testimonia verbotenus allegata et inserta sunt. De eius personalitate et diuinitate ne vnico quidem verbo mentionem facit. His reliqua momenta tertii articuli ex symbolo Apostolico per singula segmenta adnectuntur, et dicta S. Scripturae expressis verbis exscripta titulis quibusdam praemissis adnectuntur. p. 202-210. Tandem breuis additur *Epilogus*, qui praemonitionem exponit, ne quis aliquid recipiat, quod ipsissimis S. Scriptu-

Scripturae verbis non continetur. In fine indicis *fol.* Gg. 4. b. auctor hanc de Spiritu S. confessionem adiecit: "Quod Spiritus Dei vel Spiritus S. non sit Deus, vel tertia persona qualiscunque deitatis; sed virtus et effectus Dei, eiusque donum, quod in cordibus credentium, piorum et sanctorum hominum excitet, et non secundum mensuram, sed plene in Iesum Christum effuderit, quo facto Deus per eum effectus omnipotentiae suae praestiterit."

Occasione operis huius Io. CALVINVS in publicam lucem emisit: *Breuem admonitionem ad Fratres Polonos, ne triplicem in Deo essentiam pro tribus personis imaginando, tres sibi Deos fabricent.* 1563. Cui Io. CAZANOVIVS scriptum opposuit, GREGORIVS vero PAVLI aduersus illam semet defendit epistola monitoria, quam N. 5. allegabimus. Oppositum quoque esse GREGORIO PAVLI Opus STAN. SARNICII, COLLATIO, etc. paulo post notabimus ad N. 3.

2. Antichymn zgardzonich slugChrystusa ukrzyzowanego. W ktorym zlemu swiatu y kochankom iego niewinnosci swey sprawe dawaiom, ze i rozmaite bluznierstwa potwarliwie przypisuiom, a o nich acszcziplywie spiewaiom. Teras nowo ku pociesze wiernym uczyniony. Roku od narodzenia Iezusa Chrystusa ukrzyzowanego prawdziwego i wlasnego syna Bożego. 1568. Prou. 26, 4. 5. i. e. *Antihymnus contumelia adfectorum, Christi ad crucem sublati ministrorum, in quo impio mundo huiusque amatoribus et cultoribus, innocentiae suae rationem reddunt, quod in contumeliam horum, variarum blasphemiarum eos accusauerint, et poemata Satyris plena aduersus eos finxerint. Iam nuperrime ad solatio erigendum credentes, compositus. Anno a nati-*

natiuitate I. C. cruci adfixi, veri et vnici Dei Filii. 1568. *Prou.* XXVI. 4. 5. 4. pl. 1. Adpendicis loco operi praecedenti *fol.* Ff. adtextus, verſibusque polon. concinnatus eſt. Sine dubio oppoſitus eſt carmini polonico, cui titulus fuit: HYMNVS, in quo Socinianorum blaſphemiae aduerſus Chriſtum deſcriptae, illique cum IVDA proditore comparati fuerunt. Aduerſarii huius querelae iuſto dolore effuſae, in *Antihymno* GREGORII ſarcaſtice perſtringuntur, et comparatio, modo prorſus inconueniente et inſulſo aduerſus eos retorquetur, qui Chriſtum coeſſentialem cum Patre Deum venerantur. Fortaſſis Hymni iſtius, cui GREGORIVS Antihymnum oppoſuit, auctor fuit MATTHIAS STRICOVIVS, qui teſte STAROVOLSCIO in *Hecatont. Script. Polon.* N. XXX. p. 52. carmen polonicum contra Anabaptiſtas elaborauit.

3. *Turris Babel.* 8. *Francof. ad Oder.* per IOANNEM SCIVRVM VEL EICHHORN. Scriptum hoc GREGORII, vna cum *Tabula* eius N. 1. ſub examen vocatum in libello, cui titulus: *Collatio in qua aperte demonſtratur, blaſphemia* GREGORII BRZEZINEN. *quondam Cracouien. miniſtri, adeo conformis eſſe, in triginta vsque articulis doctrinae Arii, vt ouum ouo non ſit ſimilius.* Ad *Coloſſ.* 2. *Ne quis vobis palmam eripiat in humilitate et cultu angelorum ſibi placens*, in ea quae NON VIDIT *ſe ingerens*, *fruſtra inflatus*, *a mente carnis ſuae.* 4. pagg. 66. Nec auctor, nec tempus et locus impreſſionis libri notantur. Auctor tamen eſt STANISLAVS SARNICIVS, prodiitque circa a. 1563. In opere hoc per ſex capita inter Arianos veteres et recentiores comparatio inſtituitur, ita vt auctor ad TABVLAM de *Trinitate* a GREG. PAVLI editam, nec non ad libellum,

lum, inſcriptum *Turris Babel*, in quam plurimis momentis reſpexerit. Pag. 1. Confeſſio GREGORII PAVLI Breſinenſis polonice concinnata inſeritur, quam *Baliciis* M. Caſtellano Sendomirienſi et IOANNI BONARO, Caſtellano Biecenſi exhibuit a. 1562. Tractationi ſuae, auctor hoc epilogo finem imponit: "Oſtendi GREGORIVM in triginta praecipuis articulis, ad vnguem cum ARIO ſentire, et proinde non in medio collocandum eſſe, ſicuti ipſe vult, ſed in extremo haereticorum ſpurciſſimi ARII, MAXIMINI, SERVETI, GENTILIS, GONESII et aliorum impietatem. Quo fundamento poſito, non opus eſt, coeteros errores, ſtrophas et ſarcaſmos patris mendaciorum multos, quos in ſuis centonibus perplexos et venenatos magiſter GREGORIVS habet, confutare. Sponte enim ſua, ſublato fundamento, cum grandi ſonitu corruent. Ex iſtis igitur meis racemacionibus colligere potes perfacile *bone lector*, qua ratione et in quibus rebus iſti ARIO conformes ſint. Quare cum iſtis non erit opus tibi nouas conſertationes agitare. Sed vbi eos cognoueris incurriſſe in ARII campos, quod iam abunde tibi probatum eſt, non aliud tibi de illis perſuadeas velim, quam de ARIO ipſorum patre, a quo lineam originis ſuae deriuant. Volunt aliqui hodie noua concilia cogere, nouas diſputationes inire; ſed Deus bone! quod concilium celebrius, ſanctius, magisque legitimum reperiri poteſt *Nicaeno?* Si hoc ſpernent, quid non ſpernerent? Suadeo igitur, vt intra metas haereamus, nec a ſententia, quae eſt comprehenſa in tribus vſitatis ſymbolis, nos abſtrahi dimouerique a quoquam patiamur. Quibus repagulis ſemel effractis omnia ſusque deque miſcebuntur, et rurſus omnes haere-

ses, tanquam e pyxide *Pandorae* in medium prorumpent."

Poſt hunc epilogum, inſerta ſunt loca quaedam ex libello HENR. BVLLINGERI *de conciliis*, ex IOSIAE SIMLERI *epiſtola ad Polonos* et ex THEOD. BEZAE litteris ad CHRISTOPHORVM THRETIVM. Tandem occurrit epiſtola GREGORII PAVLI ad quendam nobilem virum Pinczouiae ſcripta, qua veritatem, nondum apoſtata factus, teſtatur GREGORIVS, et aduerſus PETRVM STATORIVM, *Gallum*, aliosque Poloniae eccleſias primum ſuis erroribus turbantes, maſcule decertat, ad quorum caſtra homo inconſtans et turbarum amans poſtea tranſiit.

4. *Antidotum contra articulos fidei nouae a* SARNICIO *Varſauiae exhibitos, tanquam a nouo Papa; ſeu Antidotum contra Canones decretorum* SARNICII. *Nieswiez.* 8 (1563.) ap. DAN. LANCICIVM. Ad Hiſtoriam opuſculi huius ſpectantia quaedam expoſuit HOFFMANNVS de *typogr. polon.* p. 37. quo teſte illud etiam 1578. prodiit.

5. *Epiſtola monitoria ad Tigurinos miniſtros* et CALVINVM: *vbi etiam confeſſionem ſuam de Deo et Dei Filio, tum de Sp. S. edit aduerſus calumniatores.* 8. Circa a. 1563. Reſpicit haec ex parte ad CALVINI *breuem admonitionem ad Fratres Polonos*, ſupra allegatam. Epiſtolae ſuae monitoriae GREGORIVS adtexuit: *Teſtimonia virorum piorum, qui cum Apoſtolis, vel ſtatim poſt illos vixerunt, de hac ſimplici Apoſtolicaque fide, qua illi contenti erant.* Teſtimonia ex IGNATIO, IRENAEO, IVSTINO et TERTVLLIANO allata ſunt. Ad hoc fortaſſis ſcriptum IO. CALVINVS oculum intendit in *Epiſtola, qua fidem* ADMONITIONIS *apud*

Polo-

Polonos confirmat, *Geneuae* 1563. V. CASP. FRISII *Epit. Biblioth. Gesner.* p. 417.

6. *Carmen* ad Io. CALVINVM *et pios fratres*, 8. circa a. 1563. compositum, quod narrante SANDIO p. 44. sic incipit:

"*Maximus errorum, quot sunt, quotque ante fuerunt,*
Quot vel erunt, CALVINE *tuus deprenditur error*:
Qui tam praecipiti calamo, *describis*, *in vno*
Tres residere Deo, *Patrem*, *Verbum et Paracletum etc.*"

7. *De Antichristi Deo essentia personato se ipsum expugnante*, *breuis demonstratio*. 8.

8. *Explicatio difficilium S. Scripturae locorum. Pinczoviae.* Ita allegat *Sandius* l. c. opusculum. Hunc vero liber iste prae se fert titulum: Wyklad mieyle nie ktorych Pisma starego y nowego Testamentu ktore Antychrist Bogiem Troycom y Chrystusem przed Iezusem zmyslonim zatrudnil, gdzie y respons naydziesz na wywody Antichrystowe o iego Troyci. Ioh. XVII. 3. 1 Ioh. II. 22. Ioh. XX. 31. 1 Ioh. V. 1. IV. 2. 3. Tu slyszysz iż Chrystusa zaczyna od Iezusa a urzond iego od ciala a Antichryst od Logusa przed Iezusem zaczyna swego Chrystusa y urzond iego abo przyiscie przed cialem y okrom ciala. 4. i. e. *Explicatio quorumdam dictorum S. Scripturae V. et N. T. quae Antichristus*, *effingendo Deum Trinunum*, *et Christum ante Iesum existentem*, *obscurauit. Adposita his est responsio ad argumenta Antichristi de Trinitate sua. Io. XVII.* 3. 1 *Io. II.* 22. *Io. XX.* 31. 1 *Io. V.* 1. *IV.* 2. 3. *Ita audis initium de Christo*, *isto tempore fieri*, *quo Iesus initium cepit*, *munusque suum*, *eo*, *quo caro factus est*, *tempore inchoat*; *Antichristus vero Christum suum ante Iesum fuisse dicit*, *inchoatque eum a λογῳ*, *eiusque*

minus vel aduentum ante ipsius apparitionem in carne et absque corpore. 4. Alph. 1. pl. 10. Nec auctoris, nec temporis locique impressionis vlla fit mentio. *Breuis relatio, de Typographiis Vnitariorum in Pol. et Lith.* SANDII *Bibliothecae* p. 201. adtexta, prodit p. 202. librum hunc *Pinczouii* apud OLESNICIVM et *Luclauiciis*, regnante adhuc AVGVSTO Poloniae Rege (qui a. 1572. obiit) excusum esse. Scriptum authenticum in lingua polon. exaratum cuius titulum exscripsimus, SANDIVS non pro eodem habuit, quod sub GREGORIO PAVLI p. 44. allegauit, eiusque auctorem ignorauit; hinc titulum libri huius inter scripta anonyma p. 173. exponit. Vid. quae supra diximus p. 10. N. 5. Esse vero eiusdem auctorem GREGORIVM PAVLI, manifesto liquet ex allegata relatione de *Typographiis Vnitariorum* l. c. et ex DAN. CLEMENTINI tract. polon. *Antilogiae et absurda ex opinione Socinit. etc.* qui eundem auctorem expresse nominat et opus hoc per compendium allegat hoc modo: *In LXX. loca.* (na LXX. mieysc). In eo quidem a SANDIO discrepare videtur, qui p. 173. loca 69. in hoc libro explicata esse, narrat. Sed facile ambo sunt conciliandi. Exposita enim sunt 69. dicta S. Scripturae, quot SANDIVS numerat; sed ipse GREGORIVS septuaginta statuit argumenta, additque 69. locis S. Scr. quaedam testimonia ex humanis scriptis, quae sibi fauere putat, iisque numerum septuagenarium explet.

Post breuem *praefationem*, in qua auctor humana Antichristi inuenta in articulo de Deo Trinuno a se manifestata esse sibi persuasit, *ipsa tractatio* tribus absoluitur partibus, in quarum *prima* breuissimis semet expedit, exhibetque ita dictum ab ipso funda-

men-

mentum propheticae et Apoſtolicae fidei, quo Eccleſia Dei et vita aeterna ſuperſtruitur. 1) De vnico Deo, Patre, quatuor theſibus p. 1. 2) De Filio Dei p. 4-9.

Pars *ſecunda* principalior, continet reſponſionem ad argumenta eorum, qui ſentiunt Deum eſſe trinunum, et Chriſtum ante incarnationem, reuera aeternum Deum exſtitiſſe, ex S. Scriptura depromta. Huius generis loca allegat 69. et ad ea reſpondere conatur. *I. Ex libris Moſis* p. 9-30. 1) *Gen.* III. 16. 22. XI. 7. 2) *Gen.* XXI. XXII. *Exod.* III. 3) *Gen.* XVIII. 4) *Gen.* XIX. 5) *Exod.* III. 4. 6. *II. Ex ſcriptis reliquis et propheticis V. T.* p. 34-63. 6) *Ieſ.* IX. 5. *Ier.* XXIII. 6. XXXIII. 16. 7) *Ieſ.* XXXV. 4. 5. 8) *Ieſ.* LIII. 8. 9) *Ier.* X. 11. 10) *Ier.* XVII. 5. 11) *Baruch.* III. 36-38. IV. 1. 12) *Mich.* V. 12. Coll. *Matth.* II. 6. 13) *Zach.* II. XI. XII. *Ieſ.* LVIII. LXI. 14) *Zach.* XIII. 7. 15) *Prou.* VIII. 9. 16) *Prou.* XXX. 4. 17) *Pſ.* II. 7. 18) *Pſ.* LXXII. 5. 19) *Pſ.* CX. 1. 20) *Ieſ.* XLV. 13. 14. *Hoſ.* I. 7. *Zach.* XII. 10. *III. Ex libris N. T.* p. 68-216. 21) *Io.* I. 1-4. 6. 7. 9. 10. 12. 14. 22) *Io.* I. 15. 27. 30. 23) *Io.* I. 18. 24) *Io.* III. 31. 25) *Io.* III. 13. 26) *Io.* VI. 38. 46. XIII. 3. 27) *Io.* VI. 62. 28) *Io.* VIII. 58. 29) *Io.* X. 18. II. 19. 30) *Io.* XII. 41. Coll. *Ieſ.* VI. 31) *Io.* XIV. 9. 10. 32) *Io.* XV. 15. VIII. 38. 33) *Io.* XVI. 28. XIII. 3. 34) *Io.* XVII. 5. 35) *Io.* XX. 28. 36) *Luc.* I. 17. 37) *Luc.* I. 35. 38) *Luc.* I. 43. 39) *Luc.* XI. 49. *Matth.* XXIII. 34. 40) *Matth.* XXVIII. 19. 41) *Act.* V. 3. 42) *Act.* XV. 11. 43) *Act.* XX. 28. 44) *Rom.* I. 3. IX. 5. 45) *Rom.* IX. 5. 46) 1 *Cor.* VIII. 6. 47) 1 *Cor.* X. 9. 48) *Gal.* IV. 8. 49) *Eph.* IV. 9 10. Coll. *Pſal.* LXVIII. 19. 50) *Phil.* II. 6. 7. 2 *Cor.* VIII. 9.

Io. I. 14. 51) *Col.* I. 1. 2. 13-16. 52) *Col.* I. 26. 53) *Col.* II. 9. 54) 1 *Tim.* III. 15. 55) *Tit.* II. 13. 56) *Hebr.* I. 1. 57) *Hebr.* II. 16. 58) *Hebr.* VII. 1. 3. 59) *Hebr.* X. 5. Coll. *Psal.* XL. 7. 60) *Hebr.* XI. 23. 61) *Hebr.* XIII. 8. 9. 62) 1 *Pet.* I. 11. 63) 1 *Pet.* III. 18. 19. 64) 1 *Io.* I. 1. II. 22. IV. 3. 4. 65) 1 *Io.* V. 7. 66) 1 *Io.* V. 20. 67) *Apoc.* I. 8. coll. *Ies.* XLIII. 6. 68) *Apoc.* XIX. 12. 69) *Apoc.* XXI. 22. Loco argumenti 70) circa reliqua S. Scr. dicta prouocat ad CALVINI commentar. in *Io.* X. 30. XVII. 21. VIII. 28. et in Epp. IOANNIS et p. 217. seqq. in praetextum caussae suae allegat N. T. loca, in quibus vel Deus, appellatur Pater Domini N. I. C. vel etiam ortus et initium humanae Christi naturae innuitur.

Parte *tertia* p. 220. seqq. Deitas Sp. S. et p. 224. eiusdem personalitas oppugnatur, quo in argumento in rebus facti ex *Hist. Eccl.* citatis, omnino falsa pro defendenda caussa sua in medium profert; e. g. Ante *Concilium Constantinopolitanum*, neminem inter Christi ciues de Spiritu S. cogitasse quidem, nec in *Symbolo Nycaeno* de eodem quicquam esse decretum; in *Missali Romano* nullam precum ad Spiritum S. directarum formulam reperiri. Iuxta haec oracula adfert, in quibus duarum tantum in diuina essentia personarum expressa mentio fit. e. g. *Io.* XVII. 3. 1 *Cor.* VIII. 6. 1 *Tim.* II. 5. etc. quod in initio omnium S. Pauli epistolarum, in formula salutandi apostolica locum habere perhibet. Tandem per modum adpendicis quaedam momenta adfiguntur. e. g. p. 242. De triplici, res in S. Scriptura repraesentandi modo, nimirum 1) In Vmbra vel figuris in V. T. 2) In corpore in N. T. 3) In Spiritu, vel in mystico et symbolico sensu,

ſenſu, ſub Antichriſto. Hac ratione mortem Chriſti in V. T. in figuris ABELIS, ISAACI, ſacrificiorum (coll. *Apoc.* XIII. 8.) *aenei ſerpentis Io.* III. 14. eſſe praefiguratam; In N. vero T. re ipſa accidiſſe; et tandem in Spiritu ſub Antichriſto perfici, per oppreſſionem Chriſti, ſpiritusque eius et totius Euangelii *Apoc.* XI. 8. Huiusmodi XII. adducuntur exempla. P. 248. ſeqq. De quadruplicis generis deſcriptionibus, in S. Scriptura de Chriſto obuiis, ſecundum ea, quae vel ante et in tempore partim in V. partim in N. T. vel eius cauſſa, vel cum eo acta ſunt, et adhuc vltimo tempore futura ſunt. P. 249. De vario ſenſu et ſignificatu quorundam vocabulorum in S. Scriptura. e. g. *Deus*, *Creare*, *Creatio*, *Mundus*, *Caro* etc. Simile huic opuſculum SANDIVS ſub LAELIO SOCINO p. 25. allegat; nec diſſimile videtur ab eo, quod in adpendice operis ſub BLANDRATA N. 14. p. 58. allegati occurrit. Ad hoc GREGORII PAVLI opus in genere reſpiciunt, quae infra N. 12. allegabimus, et quae ſub ENIEDINO, N. 1. p. 327. diximus.

9. Epiſtola ad BVLLINGERVM, in qua ſententiam ſuam de praerogatiua Dei Patris, contra STANCARVM propoNit: ſcripta 1562. MSC.

10. *Explicatio initii Euangelii Ioannis*, *a* F. SOCINO *compoſita*, *reddita polonice.* Prodiit ea ſub hoc titulo: Wyklad na pirwſzom Kapitule Iana Swiętego Ewangeliey, wedle piſma ſwiętego nowego Teſtamentu. A przytym przydani ieſt na Koncu drugi wyklad Rzymſkiego zboru ktory uczynili Philozophowie ſzkolni, z wielkim zawikłanim proſtoty Ewangeliey ſwiętey, abys dwie rzeczy przecziwne wedle ſiebie położone pobożnie uwazaioni mogł rozſzondzic, a

lepſzom obrae. *Matth.* XI. 12. 13. *Luc.* XVI. 16. *Io.* V. 43. i. e. *Explicatio primi capitis Euangelii S.* IOANNIS, *ex tenore S. Scripturae Noui T. In fine additamenti vice adtexta eſt alia explicatio Romanae Eccleſiae, quam Scholaſtici Philoſophi magna ſimplicis Euangelii S. contorſione fecerunt. Quo duo ſibi aduerſa, iuxta ſe poſita eo melius conſiderari, ab inuicem diſtingui, et id, quod melius eſt praeoptari poſſit. Matth.* XI. 12. 13. XIV. 17. *Luc.* XVI. 16. *Io.* V. 43, 4. pl. 9½. absque mentione auctoris, interpretis, loci et temporis impreſſionis. Locus et tempus ſine omni dubio conueniunt cum opere praecedente; quamuis ipſa verſio aliquot ante annos adornata fuerit, quod ex SANDIO l. c. p. 23. colligitur. Prima editio Racouienſis apud ALEX. RADECIVM allegatur ab HOFFMANNO *de typograph. Polon. p.* 39. Praefatio MOSCOROVII, et adtextae in fine exceptiones CZECHOVICII, cum ſolutione SOCINI, quae in editione latina Racou. 1618. 8. occurrunt, in verſione polon. non comparent, in fine quoque ab interprete quaedam ſunt mutata. GREGORIVM PAVLI explicationem hanc transtuliſſe in linguam pol. SANDIVS pluribus locis p. 23. 44. 66. teſtatur. P. 61. ſeq. comparet *Romano-Catholica primi cap.* IOANNIS *explicatio*, cui GREGORIVS antea calculum ſuum adiecerat, quod ipſe in titulo profitetur. Orthodoxa haec et legibus hermeneuticis adſtricta explicatio, iniqua et praeconceptis opinionibus ſcaturiente Epicriſi in fine diiudicatur.

11. *Oratio de origine dogmatis de Trinitate, habita in Colloquio Petricouienſi* 1565. In extenſo inſerta eſt LVBIENIECII *hiſt. reform. pol.* L. III. C. V. p. 203. Adnititur in eadem monſtrare, quod dogma hoc S. Scripturae et doctrinae IV. priorum Saec. aduerſetur.

12.

12. *Quid de prima Catechesi statuendum*, quam SANDIVS p. 44. GREGORIO PAVLI tribuit, alio loco, quo *historiam Catechismi Racou.* delineauimus, fusius exposuimus. *Vid.* sub GE. SCHOMANNO, N. 2.

13. *Epistola ad* STANISL. BVDZINIVM *super quaestione de Magistratu et vsu armorum.* 1574. MSC. Epistolam *Budzinii* allegauimus sub hoc N. 3. p. 86.

14. *Contra hos, qui praeexistentiam Filii Dei propugnabant, Scriptum:* in lucem emissum, circa a. 1578. Intendit fortasse ad scriptum quoddam vel MART. CZECHOVICII vel STAN. FARNOVII, quae sub his a nobis allegata sunt.

15. *Iudicium de inuocando I. C.* circa ann. 1579. exaratum. Idem videtur esse opus, quod SANDIVS l. c. p. 174. inter anonyma allegauit, sub *Dialogorum* titulo. Incidit in tempus, quo controuersiae famosissimae cum FRANC. DAVIDIS sunt agitatae.

16. *Coetus Racouiensis nomine aduersus* IAC. PALAEOLOGI scriptum, quo docuit, *Christum non sustulisse Magistratum politicum.* 1573. 1581. *V.* SANDIVS p. 45. et PLACCII *Pseudon.* N. 2253. p. 529.

17. *Tractatus de regno Christi millenario* circa a. 1590. exaratus. Eodem tempore BVDZINIVS de hac materia scripsit, cum quo etiam GREG. PAVLI in aliis momentis pugnas iniit.

18. *Interpretatio verborum Pauli*, 1 *Cor.* VIII. 6. lingua polonica a Pinczouiis cônscripta est: vt testatur ANDR. FRICIVS MODREVIVS *Cap.* I. Tr. I. *Sylu.* I. quae exarata est 1565. teste SANDIO p. 45. Videtur tamen scriptum hoc, particula quaedam esse operis N. 8. allegati, in quo N. 46. p. 141. dictum hoc occurrit.

19. *Theses XX.* (de Trinitate etc.) *Racouiae* 1598. *propo-*

ſitae, (quamuis non ab ipſo auctore, qui diu viuere deſierat) quarum prima eſt: *Antichriſti Deus, vnus trinus, monſtroſus, ſibi non conſtans, et ſe ipſum conficiens.* Allegat eas IAC. ZABOROVIVS, in tr. polon. aduerſus vnionem cum Socinianis ſcripto: Ogien Z Wodom, i. e. *ignis cum aqua* fol. D. ij. b.

20. Zgodne a iędnom rzecz znamnionuionce w piſmie S. ſpoſoby mow o Iezuſię Pomazancu, abo ſynu Bożym z Maryey narodzonym, ktore gdybi kto rozumnial y w pogotowiu w pamieney, czytaione piſmo ſwięte, mial, lacno wyrozumiec może, wiele mieyſc w ſłowie Bożym, ktore ſię zdadzom byc, y ſom nie ktore przytrudnieyſzym. i. e. *Aequipollentes eandemque rem deſignantes locutiones S. Scr. de Ieſu vncto,* (Meſſia) *ſive de Filio Dei ex* MARIA *nato, quas, qui recte intelligit, et in lectione S. Scr. in memoriam reuocat, plura verbi diuini loca intelligere poteſt, quae videntur difficillima eſſe, quorum quaedam etiam difficilia re vera ſunt.* 4. pl. 1½.

Eſt translatio opuſculi BLANDRATAE N. 18. p. 60. *Aequipollentes ex Scriptura phraſes etc.* nullum in ea vel auctoris et interpretis vel loci temporisque impresſionis reperitur veſtigium. Iidem tamen typi et characteres occurrunt, qui in antea citatis ſcriptis N. 1. 2. 8. 10. hinc coniicimus *Pinczouiae* cum his prelo eſſe exemtam. In *praefatione*, quae vel auctoris *Blandratae* vel interpretis *Greg. Pauli* eſt, de erroneis conceptibus agitur, qui in hominibus carnalibus in negotio religionis reperiuntur, quibus ipſi quoque Apoſtoli, ſuo de mundano Chriſti regno praeiudicio infecti fuerunt. Ex his oriri pugnas et controuerſias de religione, quas ſcripto hoc componere ſtudet. Ipſa tractatio exhibet

dicta

dicta S. Scr. realia parallela, quae eandem rem diuersis phrasibus pro auctoris opinione exprimunt, quaeque ad certos titulos et summaria relata sunt, cum expressa verborum, quae ad substratam materiam faciunt, allegatione. Ita diuersae phrases de Christo *Io.* VI. 35. 33. 51. 55. 47. 27. occurrentes idem significant, Christusque panis de coelo audit, eo significatu, quo res aliae ex coelo ortae e. g. *Luc.* XXIV. 4. *Apoc.* XXI. 10. *Iac.* I. 17. III. 15. Hoc modo eadem Christi actio in his S. Scr. locis intelligenda: *Io.* VI. 33. 38. VII. 39. 28. XVI. 27. 28. XVII. 14. V. 43. VIII. 23. X. 36. *Matth.* I. 18. 1 *Cor.* XV. 47. Eadem Christi Messiae nomina *Io.* I. 1. *Luc.* XVII. 13. *Io.* III. 2. VI. 14. I. 38. *Ebr.* III. 1. *Ies.* IX. 6. (consiliarius) *Col.* I. 13. Eadem res fidei in eum *Io.* VI. 51. 35. 45. 17. 40. VIII. 12. 1 *Io.* IV. 15. *Io.* VI. 56. VIII. 52. VI. 33. 47. 36. III. 3. 5. 2. IX. 31. 33. *Act.* V. 38. Regenerationis: *Io.* III. 5. 1 *Pet.* I. 23. *Eph.* IV. 23. *Io.* III. 7. I. 13. III. 6. XVII. 16. *Gal.* VI. 15. *Col.* III. 10. *Io.* VIII. 37. III. 6. XVIII. 36. *Matt.* XIII. 1. *Marc.* I. 4. Et quid eidem oppositum: *Io.* IX. 16. VIII. 47. 1 *Cor.* II. 14. *Iud.* 19. *Io.* XVI. 30. XVII. 8. VIII. 47. VII. 16. 17. VIII. 40. Nouae creaturae in I. C. 1 *Pet.* I. 23. *Rom.* VI. 4. 11. *Matth.* XVI. 24. *Eph.* IV. 23. 24. *Rom.* VI. 8. 3. 4. *Eph.* I. 10. *Col.* I. 20. *Apoc.* III. 12. XXI. 1. 2. *Act.* I. 6. III. 19. 21. Gratiae Dei operantis: *Io.* XVI. 43. VIII. 65. V. 45. III. 13. 27. *Marc.* XI. 27. VIII. 23. 33. V. 19. 20. Natiuitatis Iesu ex MARIA: *Col.* I. 15. 18. 17. II. 10. *Rom.* VIII. 29. *Apoc.* III. 14. I. 17. 18. II. 8. 1 *Pet.* II. 4. *Act.* II. 36. Eiusdem vnctio: *Col.* II. 9. 3. *Ebr.* I. 9. Coll. *Psal.* XLV. 8. *Io.* III. 34. I. 14. *Ies.* XI. 2. Eiusdem ex-

exaltatio *Ebr.* VII. 26. *Act.* II. 36. *Phil.* II. 9. *Ebr.* I. 4. Exinanitio: *Phil.* II. 7. 8. 2 *Cor.* VIII. 9. V. 21. *Ief.* LIII. 3. 4. 5. *Io.* I. 1. 14. *Pſal.* XXXVI. 88. *Ief.* IX. 5. *Matth.* II. 11. 1 *Io.* IV. 2. 3. *Ebr.* II. 14. 16. *Rom.* I. 3. *Act.* XIII. 23. 1 *Tim.* II. 5. *Ebr.* III. 2. *Gal.* IV. 4. Toti opuſculo auctor finem facit praemonitione de euitandis humani ingenii ſubtilitatibus atque argutiis extra S. Scripturam, quarum auctor Patres Eccl. et ſcholaſticos accuſat.

§ 1. Rozdzial Starego Teſtamentu od Nowego, zydowſtwa od chrzeſcianſtwa, ſkond latwie obaczyſz prawie wſzytki roznice okolo wiary *Io.* I. *Gal.* III. *Matth.* XXIII. *Act.* VI. 4. (1568) i. e. *Differentia V. et N. T. Iudaiſmi et Chriſtianiſmi, ex qua omnis fere diuerſitas in negotiis fidei perſpici poteſt. Io.* I. (17) *Gal.* III. (24) *Matth.* XXIII. (8) *Act.* VI. (13. 14.) 1568. 4. pl. 14½. Auctor et impreſſionis locus notati non ſunt; annus vero 1568. ad calcem operis ante adpendicem adpoſitus. Iidem typi, qui in praecedente, adhibiti ſunt, et GREGORIVS PAVLI, quod non ſine ratione arbitramur, eiusdem auctor eſt. Videtur ex SERVETI reſtitutione Chriſtianiſmi Part. II. L. II. vel ex P. I. Cap. I. ſcripti BLANDRATAE *de Regno Chriſti et Antichriſti* eſſe mutuatum atque excerptum; idemque, vt ſuſpicamur, opus, cui FAVSTI SOCINI *fragmentum quoddam animaduerſionum in ſcriptum cuiusdam de differentia V. et N. Foederis*, oppoſitum eſt. Idem fortaſſe opus, quod SANDIVS notauit, inter anonyma l. c. p. 173. ita ſecundum contenta titulum allegans: *De Eccleſia Iudaica ſub lege, et Chriſtiana ſub Euangelio, et huius prae illa praeſtantia, nec vtramque in vna eademque Eccleſia poſſe ſtare*: polonice. In *praefatione* auctor exponit, qua ratione in Babylone

Anti-

Antichristi (vt vocat) Euangelium cum Philosophia gentili et Iudaismo V. T. fuerit commixtum et compositum, omnisque controuersia cum Antichristo absoluatur, si Euangelium tanquam doctrina perfecta Filii Dei a susceptis gentilium et Iudaeorum additamentis distinguatur ac separetur. In hunc finem semper ob oculos ponendum, quod N. T. absque supplemento aliarum doctrinarum sit perfectum, et Christus in eodem vnicus Doctor ex coelo nobis commendatus, qui in Euangelio voluntatem Dei nobis manifesto declarauerit. Vmbrae igitur V. T. valedicendum, orto iam splendido Euangelii lumine, quod, vt promoveatur, praesens scriptum pro fine habet, vt auctor opinatur. In ipsa *tractatione* in eo versatur, vt exponat, qua ratione Vetus pariter ac N. T. gentilium ac peregrinorum corruptelis deprauatum fuerit, in V. T. per idololatriam, in N. T. per susceptionem et venerationem Veteris Testamenti, quod tamen solis Iudaeis datum, nec non per Gentilium ritus et dogmata e. g. de purgatorio, imaginum, defunctorum et reliquiarum cultu etc. et tandem per Philosophiam gentilem, vsumque terminorum, *essentiae*, *naturae*, *vnionis hypostaticae*, *communionis idiomatum etc.* Harum corruptionum crimen imputandum esse patribus, qui per Philosophiam gentilem religionis Christianae disciplinam illustrare conati fuerint.

Totum opus in tres distinguitur partes. *Prima* fol. A. iii. b. agit de discrimine V. et N. T. et quod lex populo tantum Iudaico et huic quidem ad certum modo aliquod tempus data fuerit, ab eadem vero Christi ciues per Christum esse liberatos. In *secunda* fol. F. ij. seqq. auctor monstrare conatur: Quod Christus tan-

tanquam perfectus Doctor, meliorem ſecum attulerit doctrinam, cui lex moralis et cerimonialis cum omnibus praeceptis atque ſtatutis cedere debuit, ita vt totum Euangelium locum totius legis occupauerit. In eo verſatur auctor, vt doceat V. T. aduerſari Nouo, Chriſtumque noua et meliora praeſcripſiſſe praecepta, quod exemplis de *iureiurando*, *de ſabbatho*, *homicidio*, *adulterio et furto* confirmari poſſe arbitratur. Parte *tertia* fol. I. iij. ſeqq. qua ratione Antichriſtus claram, ſimplicem atque ſinceram hanc doctrinam, quam Chriſtus a Patre ſuo coeleſti ſecum tulit, nequaquam autem a lege mutuauit, corruperit ac inquinauerit, addendo illi V. T. ſtatuta et Philoſophiam gentilem, nec non ingenii ſui figmenta ſub praetextu legis Moſaicae. Hoc loco Eccleſiae Pontificiae abuſus, vna cum doctrina de Deo Trinuno, de aeterna Chriſti deitate in vnam eamdemque claſſem referuntur atque reiiciuntur, et comparatio inter ritus Romanae Eccleſiae et Iudaismi inſtituitur. In genere diuina V. T. oeconomia ita repraeſentatur, quod vnicus verus Deus, ſolus nimirum Pater in eadem ſemet manifeſtauerit; quemadmodum e contrario in N. T. per recens natum Meſſiam et Redemtorem mundi ſemet conſpicuum fecerit, ac voluntatem ſuam patefecerit ac conſummauerit. In quam pluribus locis et diuinitatem Chriſti et eius ante conceptionem exiſtentiam omnino inficiatur; iusiurandum et moralitatem ſabbathi tollit, et Decalogo eiusmodi ſenſum adfingit, qui explicationi a Chriſto factae plane aduerſatur, quo inde colligere poſſit, illum ad Iudaeos tantum in V. T. habuiſſe reſpectum, nec in N. T. obligandi vim tenere. In *adpendice* fol. O. per decem exempla, quae dupli-

cem

cem ac diuerſum conceptum admittunt, differentiam V. et N. T. exponere ſtudet. e. g. *Duplex creatio, duplex mundus etc.*

22. Okazanie Antychryſta y iego Kroleſtwa, ze znakow iego wlaſnych w ſłowie Bożym opiſanich, ktorych tu ieſt ſzeſcdzieſiont. 4. i. e. *Deſcriptio Antichriſti, eiusque regni, ex eiusdem propriis in verbo Dei expoſitis characteribus, quorum in opere hoc LX. reperiuntur.* 4. pl. 2. Nec peculiarem tituli paginam habet ſcriptum, ſed in prima poſt inſcriptionem allegatam textus ipſe incipit, nec tempus et locus impreſſionis, nec auctor vel interpres indicatur. Impreſſio in omnibus conuenit, cum ſcriptis ſupra recenſitis, nec dubium vllum eſt, eodem loco et tempore, eodemque editore GREGORIO PAVLI prodiiſſe, qui vero tantum interpretis vice functus eſt. Auctor enim eſt MICH. SERVETVS, in cuius *Reſtitut. Chriſtianiſmi* P. V. ſigna haec LX. Regni Antichriſti expoſita leguntur. V. SANDIVS l. c. p. 14. Ex eodem SERVETO repetita ſunt in BLANDRATAE Lib. II. *de Regno Antichriſti*, cum quibus verſio haec polon. ex aſſe conuenit. Signa vero haec quoad maximam partem deducta ſunt ex *Matth.* XXIV. 5. 6. 7. 15. 23. 24. *Luc.* XXI. 25. 26. *Dan.* IX. 27. VII. 20. 21. 25. XI. 31. 37. 38. 39. 45. XII. 1. 2. 3. 10. *Apoc.* IX. 1. XI. per tot. XII. 5. 6. 7. 13. 14. XIII. 2. 5. XVI. 13. XVII. 5. XVIII. 2. 3. 2 *Theſſ.* II. 3. 7. 8. etc.

23. Krotkie dowody ktore dziecinny Krzeſt od ludzi przeciwnych Bogu wymislony zbiiaiem. *Matth.* XXVIII. 19. *Marc.* XVI. 15. 16. 1 *Pet.* III. 21. i. e. *Succincta quaedam argumenta, quibus Paedobaptismus ab hominibus Deo aduerſantibus excogitatus, euertitur. Matth.* XXVIII.

XXVIII. 19. *Marc.* XVI. 15. 16. 1 *Pet.* III. 21. 4. 1½. pl. absque facta auctoris, temporis et loci impressionis mentione, de quibus idem, quod antea, sentimus. Absoluitur scriptum 34. argumentis aduersus Paedobaptismum, in quibus in genere fructus et effectus Baptismi respectu adultorum in renouatione, (quorum pari prorsus modo infantes non sunt capaces) cum essentiali sacramenti huius virtute et regeneratione, quae in infantibus locum habet, confunduntur. Habetur quoque Baptismus pro externa obsignatione Baptismi interne facti, et sigillo filiationis Dei, quam adulti iam consequuti sunt. Ad hoc opus IACOB. PALAEOLOGVS in *Confut. Iudicii Ecclesiar. Polon.* p. 368. digitum intendisse videtur, qui locus a SANDIO l. c. p. 58. exscriptus, ita se habet: "De Baptismo autem GREGORII PAVLI, et de resurrectione, quam fingit et commentatur, (quod argumentum sequens GREGORII PAVLI opusculum a nobis allegandum, tractat) atque de regeneratione et manumissione ipsius a peccato, — — quam sit praeter omnem Euangelii veritatem, alibi docuimus. Sed et Baptisma, de quo loquuntur Euangelia, ad nos filios testamentorum et foederis Dei non pertinere, docet liber noster de argumento hoc." Fortassis scriptum hoc PAVLI idem est, quod BLANDRATAE supra N. 27. in adpendice tribuitur. Occasione libelli huius in lucem publicam emissi ERASMVS GLIZNERVS opus suum concinnauit, cui titulus est: *Assertiones aliquot Breues ac dilucidae pro Baptismo Infantium, testimoniis veterum Patrum roboratae, contra Catabaptismum in Polonia iam etiam proh dolor exortum.* BASILIVS *contra* SABELLIANOS *et* ARIVM, p. 366. 367. *Vos hortamur Anabaptistae etc.*

Toro-

Toroniae. 1569. 4. pl. 14. Proprie id quidem oppositum est BENED. ERBESTI, Canonici et Ministri templi Cathedral. Posnaniensis, placitis, qui statuit Paedobaptismum ex solis tantum traditionibus vindicari posse; interim in idem coincidit tempus, quo GREGORIVS PAVLI aduersus eundem decertauit. Ex iis, quae GLIZNERVS in dedicatione operi suo praefixa, exponit, satis certo colligi potest, STAN. SARNICIVM aeque ac IAC. SYLVIVM circa idem tempus pro Paedobaptismo vindicando scripta quaedam exarasse, et prior quidem probabiliter aduersus GREGORIVM PAVLI.

24. O prawdziwey smierci, zmartwichwstaniu i zywocie wiecznym Iezusa Chrystusa Pana naszego, y kazdego za tym wiernego. Thudziesz tez y o prawdziwich uciechach stond pochodzondzich. A to przeciwko falesnemo zmysleniu Antychrystowemu, o iego Duszach ktorim wszystek swiat zwiodl, y smrodliwie pozytki Krolestwa swego wynalaszszy nie leda iako zmocnil. Swiadectwa spisma swiętego. 2 *Thess.* II. 11. 12. i. e. *De vera morte, resurrectione et vita aeterna I. C. Dn. nostri et per consequens omnium fidelium. Praeterea de veri nominis solatio inde deriuando. Oppositum mendaci figmento Antichristi de suis animabus, quo vniuersum orbem fefellit, et per turpis lucri inuenta, dominatum suum non parum stabiliuit. Testimonia ex S. Scriptura.* 2 *Thess.* II 11. 12. 4. pl. 9½. Locus quidem et tempus impressionis, quae omnino similis est impressis adhuc allegatis, non notantur; GREGORIVS tamen PAVLI auctor est, quod praeter alias rationes infra indicandas, testimonium DAN. CLEMENTINI l. c. *fol.* K. 2. b. comprobat. Opus ipsum memorabile documentum impiorum auctoris

dogmatum exhibet. In initio *dedicatio* Rhythmis polonicis conſcripta directa eſt, ad PIVM CENSOREM, qua non tantum errores de ſtatu animarum poſt mortem corporis, ſed quoque genuina et vera, imo ipſum S. Trinitatis myſterium deſtruere conatur. Hanc excipit *Prologus* galeatus, aduerſus eos, qui ex veritatibus diuinis offendiculum accipiunt. In hoc propoſitiones ſcandalis plenae effutiuntur de eſſentia et ſtatu animarum, in primis poſt caſum corporis, e. g. non Epicureismo deditum eſſe, qui ſtatuit totum hominem, quoad animam et corpus in morte intercidere ac perire vsque ad tempus vniuerſalis reſurrectionis, hoc enim a ſe in toto opere adſtructum eſſe et confirmatum. P. 31. animae immortalitatem pro figmento Antichriſti habet, animamque diuerſae a corpore naturae eſſe pag. vlt. inficiatur. Nullibi in S. Scriptura adfirmari: mortem, eſſe corporis atque animae ſeparationem; ſed in eadem potius id, quod ex ſpiritu natum, ſiue nouum hominem adpellari ſpiritum, non autem halitum iſtum viuum, carnem vero vel corpus dici, id, quod adhuc regenitum non eſt. Quicunque ſtatuit, animam poſt mortem eſſe ſuperſtitem, vim infert S. Scripturae, quae vnicam tantum et ſolitariam vitam aeternam deſcribit, non ſoli animae propriam, ſed toti credentium, quales in hac mortalitate fuerunt, perſonae communem, et vnius glorificationis reſuſcitatorum corporum, vniusque remunerationis, in die Dn. N. I. C. accipiendae mentionem facit. Contrariae his doctrinae quoscunque horrendos tribuit abuſus, hoc in paſſu late ſparſos, multoque feruore aduerſus illam pugnat.

Ipſa *tractatio* in duas diſtributa partes, quarum

prior

prior rem thetice p. 1-17. *posterior*, polemice p. 17-66. tractat. *Parti priori* praemisit introductionem, in qua proponit: S. Scripturam vbiuis et simpliciter de morte hominis eiusque resuscitatione loqui, absque mentione facta, quid in homine moriatur, et iterum ex morte resuscitetur. Ex dictis S. Scripturae (pessime ad errorem suum adcommodatis) allegat quaedam 1) De morte et mortalitate, circa quae nonnulla marginalia iniquissimae notae addit, e. g. ad *Psal.* CIII. 4. *hoc loco totus intelligitur homo.* Ad *Psal.* LXXXVIII. 11. 13. *Mors est interitus tempore tenebrarum Psalm.* CXLVI. 4. *Cogitationes euanescunt. Iac.* IV. 14. *Spiritus hominis praeterit et annihilatur;* (niszczeie) 2) De resurrectione p. 5. quo loco dictum *Luc.* XX. 37. coll. *Exod.* III. 16. non de anima, post mortem corporis superstite; sed tantum de resurrectione corporis intelligit, quippe de qua quaestio a Sadducaeis mota fuerit: "Viuebant Patriarchae coram Deo, respectu vitae ipsorum apud Deum depositae, tanquam eam aliquando certo consequuturi, quanquam iam cessauerat omnino." Ad quam explicationem confirmandam allegat *Rom.* XIV. 8. 1 *Cor.* XV. 18. Circa *Io.* VI. 39. hanc notam marginalem adposuit: *Christus pollicetur vitam et resurrectionem, absque vlla animarum facta mentione.* Id, quod de vita animarum post mortem creditur, pro additamento Antichristi declarat, cuius ne vestigium quidem in S. Scr. reperiatur. Ad *Io.* V. 25. 26. hoc addit glossema: *Christi efficacem vocem non dirigi ad animas adhuc in vita superstites, sed ad mortuos in puluere prostratos, aliquando vitae restituendos.* 3) De retributione et remu-

neratione in die iudicii p. 11. Iudicii ſtatim poſt mortem habendi eam ſolum ob cauſſam fieri mentionem, vt homines a malo deterreantur, non autem, quaſi id re ipſa fiat poſt mortem, quod demum poſt reſurrectionem mortuorum accidit.

Pars ALTERA hunc prae ſe fert titulum: *Genuinus ſenſus quorundam, et quidem praecipuorum verbi diuini oraculorum, quae Antichriſtus ad effictas a ſe animas applicauit.* Circa dicta *Matth.* X. 28. et *Luc.* XII. 4. 5. hos de corpore et anima conceptus praemittit: *Anima eſt viuus halitus, non autem peculiare aliquod* SVPPOSITVM (Oſoba) *in homine.* In loco MATHAEI allegato per animam ſeu ſpiritum, denotari hominem ſpiritualem. Idem atque totus homo aliquando corpus, quia mortalis eſt, aliquando anima appellatur, quia immortalis eſt, reſpectu habito ad regenerationem et futuram reſurrectionem. Quo hoc adſtruat, quintuplicem vocabuli *corporis* vel *carnis (cialo)* et quadruplicem vocabuli *animae* conſtituit ſignificatum, in S. Scriptura pro ipſius opinione obſeruatum. *Luc.* XXIII. 43. HODIE etc. ipſi idem eſt, ac: *Quam primum in me credidiſti, fide tua conſequutus es vitam aeternam.* p. 39. 40. 42. *Luc.* XXIII. 46. per ſpiritum, ipſam Chriſti perſonam intelligendam eſſe, quae ſemet totam Patri coeleſti, certiſſima reſuſcitationis conſequendae confidentia exhibuerit. *Luc.* XVI. 22. in ſenſu tantum parabolico innui, quod pii pauperes et in hac terra afflicti, aliquando ad aeterna gaudia ſint reſuſcitandi. *Matth.* XVII. 3. MOSEN et ELIAM vel in viſione, vel reuera et corporaliter apparuiſſe, neutiquam vero animas eorum adfuiſſe. 1 *Cor.* V. 5. per corpus indicari totum hominem externum,

per

per ſpiritum vero internum, ſpiritualem. Hoc totius operis argumentum eſt, cui, additis in *Epilogo* maledictis aduerſus aliter ſentientes, finem facit auctor.

Rubrum quidem mortis et reſurrectionis Chriſti mentionem facit, ſed in tractatione ipſa, per accidens pauca tantum adferuntur, quae ad ſcopum facere viſa ſunt, eaque erronee et iniquo animo exponuntur, e. g. *fol.* A. 3. in *praefatione* et p. 24. 25. circa dicta *Pſal.* XVI. 10. et *Act.* II. 27. 31. perhibetur, eadem de reſurrectione corporis Chriſti eſſe intelligenda, non autem de quacunque anima eiusdem in coelo. Ita enim dici: Non derelinques animam meam in *ſepulchro;* in ſepulchro autem ſolum corpus mortuum Chriſti occubuit, quod Deus viuificauit vita aeternum durante. Praeterea ſtatim a LVCA adponi *Act.* II. 34. quod *Dauid* in coelum non adſcenderit. Chriſtum ab Antichriſto diuidi in tres partes: *Corpus* in ſepulchro, *diuinitatem* omnipraeſentem, et ita dictam *animam*, (duſze inkoms) quam Patres in certis Lymbis gratulando exceperint. Quod vero Chriſtus de reſurrectione corporis ſui et de vita aeterna loquatur, ex antecedentibus et conſequentibus palam eſſe credit, *Pſal.* XVI. 8. 9. et 11. nimirum Chriſtum in paſſione ſua, ſe ad exemplum omnium ſanctorum in hoc orbe adflictorum, ſpe reſurrectionis et vltimae remunerationis, tanquam validiſſimo erigere ſolatio, non autem figmento quodam ſuperſtitis animae.

Impium hoc ſcriptum ipſi adeo Sociniani, vel ſaltem quidam inter eos, male et cum indignatione excepiſſe videntur; inter quos IAC. PALAEOLOGVS in *confutatione Iudicii Eccleſ. Polon.* quam paulo ante allegauimus, prouocat ad ea, quae a GREGORIO PAVLI

de resurrectione aduersus omnem Euangelii veritatem efficta, a semet autem alio loco refutata fuerint.

25. Non sine omni verisimilitudinis specie statuimus, GREGORIVM PAVLI fuisse quoque auctorem THESIVM, quarum Io. MEISNERVS in Disp. *de statu animarum separatarum, Witteb.* 1661. §. V. fol. A. 3. b. meminit; ex quibus thesis tertia huius tenoris fuit: *Negamus, aliquam animam post mortem manere, sed illud dicimus, excogitatum ab Antichristo ad stabiliendam suam culinam per fictum purgatorium et inuocationem sanctorum.* Impressae sunt *Cracouiae* 1568. Fortassis eaedem notantur theses, quas supra N. 19. allegauimus.

Ex recensitis hactenus scriptis, quaedam nec auctorem, nec tempus atque locum impressionis significant, quorum tamen auctorem fuisse GREG. PAVLI eodemque loco et tempore, quae indicauimus, esse typis exscripta, Vir Celeb. b. m. SAM. THEOD. SCHOENWALD, *Gymnasii Thorun. Prorector*, certis rationibus ductus merito statuit. Contigit niminum Viro Doctissimo volumen quoddam opusculorum Socinianorum lingua polon. impressorum contemplari, in quo nouem scripta, isto ordine, quo a nobis citata sunt, N. 1. 2. 21. 20. 23. 8. 22. 10. 24. compacta fuerunt. Ex his N. 8. 10. 24. a SANDIO aliisque expresse tribuuntur GREGORIO PAVLI; N. 23. probabiliter eidem vindicandum est, quod ex PALAEOLOGI mentione colligimus; quod N. 1. recensuimus, non absque ratione pro GREGORII *tabula de Trinitate* a nobis reputatur, cui N. 2. adpendicis loco adtextum est. Typi et externus impressionis habitus in his nouem voluminis partibus plane iidem sunt obseruati, ita vt pro vnico opere in IX. sectiones diuiso haberi facile possit;

poſſit; niſi plagularum ſignaturae in omnibus (N. 1. et 2. tantum exceptis) ſeparatim adpoſitae conſpicerentur, licet opuſculum N. 8. notatum cum plagula AA. ſecundi Alphab. inchoet, absque vllo, cum praecedentibus nexu. Totum hinc volumen, collectionem operum plurimorum GREG. PAVLI, in eadem officina, circa idem tempus typis exſcriptorum exhibere, viſum eſt. Cum igitur ſcriptum N. 8. recenſitum, teſte SANDIO, Pinczouiae prelo exemtum, hinc probabiliter colligitur: vniuerſam hanc opuſculorum collectionem eodem loco in lucem prodiiſſe. Et cum ea, quae N. 2. et 21. recenſuimus, annum impreſſionis 1568. expreſſe ſignificent, hinc iudicauit Vir Doctiſſimus, id, quod N. 1. allegauimus, cuius adpendix tantum eſt N. 2. eodem anno, et reliqua omnia circa idem circiter tempus lucem vidiſſe, et in reliquis ac poſterioribus, ideo impreſſionis annum non eſſe notatum, quia in prioribus idem iam obſeruatus fuerat.

26. *Gregorium* hunc *Pauli*, pictas in lucem emiſiſſe tabellas, templi effigiem repraeſentantes, cuius tectum *Lutherus* deiiciebat, CALVINVS parietes diruebat, ipſe vero cum ligone fundamenta euertebat, ſcriptores produnt.

27. Liber horrendis erroribus plenus, et primo Neophotinianismi per Poloniam ſparſi tempore in lucem editus, cui titulus: *Reuelationes Nieswiezenſes*, allegatur in STAN. SARNICII opere, ſupra N. 3. recenſito, et fol. 14. GREGORIO PAVLI tribuitur. Aliud quoque eiusdem auctoris ibidem citatur ſcriptum, ſub titulo: *Propoſitiones ob ſpem concordiae exhibitae*, et ex vtroque, quaedam particulae proferuntur. Sine dubio iſti libelli

lingua polonica concinnati ſunt, SARNICIO textum ex illis polonicum allegante.

STEPHANVS PAVLI

Hungarus, gener. ADAMI FRANCI, miniſter Claudiopolitanus coetus Vnitariorum Saxonici. Obiit circiter 1672. annos natus 42. Fortaſſis GREGORII PAVLI nepos.

SCRIPTA:

1. *Tractatus de locis S. Scr. controuerſis, inter Vnitarios et Trinitarios.* MSC.
2. *Conciones latinae.* MSC.

CHRISTOPHORVS PAWLOVIVS.

Tres ad eundem extant MICH. GITTICHII litterae a. 1609. ſcriptae, ex quibus patet, *Pawlouium* aliquod tempus Altorffii ſtudiis operam nauaſſe, ac inde in aliam Germaniae Academiam conceſſiſſe. Idem GITTICHIVS in epiſtola ad SONERVM Altorffium ſcripta, quam vna cum illis ad *Pawlouium* datis, aliquando ex MSSCC. exhibituri ſumus, narrat, quod *Pawlouius* gloriam huius mundi amauerit, et ad Pontificiorum caſtra tranſierit. Plura de eodem dabunt epiſtolae GITTICHII.

DANIEL PETERSONIVS.

In actis MSSCC. *Peterſenius* aliquando nominatur. His teſtantibus a. 1631. Racouiae ex propriis vixit, ibidemque ſtudiorum cauſſa commoratus eſt. A. 1633. LVBELSCIO iuueni nobili in Belgium profecturo itineris comes datus eſt. Celebratur quoque IOANNES PATERSONIVS, (fortaſſis PETERSONIVS) inſignis Medicinae Doctor, qui a. 1660. expulſis tota Polonia Socinianis, in Hungariam conceſſit Caeſareopolin, (Kåſemark) ſub tutela Comitis

Comitis STEPH. TEKELI, quem veterem amicum ſuum ANDR. WISSOWATIVS a. 1661. inuiſit, et apud eum aeſtatem tranſegit. Vid. *Vita* WISSOWATII, SANDII *Bibliothecae* adtexta p. 256.

AVGVSTINVS A PEYN, *Iunior.*

Wittebergae circa a. 1619. et 20. ſtudiis operam dedit; deinde vero Amſtelodami derelictis in articulo de S. Trinitate et Chriſti perſona orthodoxis, ad Antitrinitarios in Belgio circumuagantes ſementemque errorum facientes acceſſit, quamuis coetum Euangelicum deſeruiſſe videri noluerit. Wittebergenſes Theologi et Amſtelodamenſes Conſiſtoriales Paſtoresque fideliſſimam praeſtiterunt operam, vt hominem ab erroribus reuocarent, ſed irrito ſucceſſu. Interim ſe tanquam infirmum in fide ſuſcipi petiit, adductis eum in finem dictis Apoſtolicis, quibus etiam principia rationis, tanquam fidei normam, coniungi voluit. Plura de eodem leguntur in epiſtolis a. 1621. et 22. a Facultate Theol. Acad. Witteb. ad PEYNIVM, nec non ad Miniſterium et Conſiſtorium Euangelicum Amſtelodamenſe ſcriptis, in *Conſiliis Theologicis Witteberg.* P. I. p. 763. ſeqq. ex quibus conſtat, quid Wittebergenſes pariter ac Belgici Theologi ſuſceperint, vt PEYNIVM ad veritatis reuelatae tramitem reuocarent. Illi inter alia in epiſtola *Witeb.* 1621. d. 3. Sept. ad eum data ita ſcribunt: Hiernebenſt bitten wir umb Chriſti willen, daß ihr euch nicht belieben laßet, die helle Zeugniß göttlicher Schrifft mit nichtigen Fündlein zu eludiren, (darinnen ſonſt die größeſte Kunſt des Photinianiſmi ſteckt) die weder aus dem Text, noch der ganzen Schrift herfließen, auch das Gewißen nur zweiffelhaftig, nicht aber ruhig machen. Ein Exempel anzuziehen, wenn Joh.

XVII. 5. der Sohn Gottes saget: Verkläre mich Vater bey dir selbst mit der Klarheit, die ich bey dir hatte, ehe die Welt war, fleußt der Verstand darauß, Christus sey vor der Welt gewesen, dieweil er damals Klarheit bey dem Vater gehabt, und demnach nicht zum ersten angefangen zu seyn, da er von Maria ist geboren worden, auß dem seine Ewigkeit und Gottheit folget. Darauf vermeinet ihr, alß wir vernehmen, zu antworten: Christus habe bey dem Vater Klarheit gehabt, nicht *Actu*, sondern in der Versehung. — — — Wo stehet im Text, daß es von der Versehung zu verstehen? Wo stehets in der gantzen H. Schrifft? Hat der Klarheit, welches Klarheit versehen ist? An scripta quaedam luci publicae commiserit, certo dici a nobis nequit; nullum eorum vidimus, nec allegatum quidem in numerosissimis Bibliothecis animaduertimus. Ex epistola Wittebergensium ad ministerium et Consistorium Euangelicum Amstelod. 1621. d. 15. Sept. data constat, quod ad hoc praecise tempus haeresin conceptam ore quidem, sed non scriptis defendere allaborarit. Vid. ANDR. CAROLI *Memorab. Eccles.* Sec. XVII. T. I. p. 540.

HIERONYMVS PHILIPOVIVS.

Inter primos in Polonia Vnitarios, horumque praesides ac Patronos collocandus, qui in colloquio Petricoviensi a. 1565. eorum partes acriter defendit. Plurimum apud coetus huius socios valebat auctoritate, qui ipsi quoque praesidium in Synodo Skryniensi 1567. aliisque compluribus Synodis concesserunt. Neptem eius *Catharinam Philippouiam Christoph. Lubieniecius*, iunior, in matrimonio habuit.

PIEKARSCIVS.

Praenomen eius *acta MSSCC.* non significant; ex quibus tamen constat, quod nobilis ac olim minister Reformatus, diues, multorumque praediorum Dominus fuerit, ad Iudaizantium inter Antitrinitarios partes transierit, haecque placita a. 1578. quo tempore ex Thracia in Poloniam concessisse narratur, in Synodo Lublinensi defenderit. Quod a. 1585. in Synodo Lublinensi ob Iudaismi adfectationem a communione coetus remotus fuerit, eiusdem Synodi *acta* exponunt. MICHAELEM quendam PIEKARSCIVM parricidium aduersus Regem Poloniae SIGISMVNDVM tentasse a. 1620. poenasque tanto sceleri debitas luisse, historiae Polon. scriptores narrant.

IOANNES PIETERZOON.

Belga, cognomine *Beeldhouwer* i. e. Statuarius, hoc enim artificio vitam sustentauit, quamuis litterarum non expers, inprimis vero hebraeae linguae peritissimus fuerit. Habitauit Enchusae in Belgio, vnde, quod Socinianismi suspectus esset, cedere coactus, Amstelodamum migrauit, vbi circa a. 1665. ex hac vita decessit, referente SANDIO, l. c. p. 160.

SCRIPTA:

1. Schild der Christenen tegen alle Onchristenen. 1660. 8. et 1671. 8.
2. Dialogus over Godt, Godtsdienst, en H. Schriftuure, tusschen een Theologant en Philosooph. Amstel. 1664. 8. et 1671. 8. In fine adiuncta est teste SANDIO l. c. *Responsio ad quaestionem, quam quidam concionatores et alii ipsi proposuerunt, nimirum: In quibusnam hodierni Iudaei cum Christianis consentiant, vel ab iisdem dissentiant?*

3. De

3. De hooghste en laatste Bedenckingen, over Godt en Goddelycke Saacken. Amstel. 1661. 8.
4. Adams Antwoord teegens Iost van den Vondel, over Adam in ballingschap. Amstel. 1671. 8. i. e. ADAMI *responsio ad* IODOCI a VONDEL *tragoediam, cui titulus:* ADAMVS EXPVLSVS. In hoc tractatu doctrinam de peccato originali oppugnauit.
5. Alia varia, teste SANDIO scripsit.

IOANNES PIGELIVS.

Interfuit colloquiis a. 1606-1609. Racouiae in aedibus VAL. SMALCII habitis. V. SANDIVS, p. 175. A. 1613. CHRISTOPHORO LVBIENIECIO ad Kostrouiensem coetum concessus est cooperarius, simulque instituendae scholasticae iuuentuti operam nauaturus; a. 1616. vero in Synodo Racou. vtriusque muneris molestiam diutius ferre recusauit, et aliam sibi stationem expetiit. Idem videtur Io. PIGELIVS, qui *statuta Synodi generalis Thoruniensis* a. 1595. habitae, quibus *Consensus Sendomiriensis* confirmatus est, subscripsit, eodemque tempore Ecclesiae Piranensis Pastor, confessionis Helueticae, adpellatur, quique posthac ad Socinianorum castra transiit. An alius fuerit *Pigelius* et fortassis huius filius, qui 1641. scholae Schleschinkensi per Synodi Piascensis statutum admotus est, certo a nobis statui nequit. Nec scholae huius alibi factam esse in *actis* mentionem, recordamur.

SCRIPTA:

Cantilenas quasdam a se compositas censurae Synodi Racouiensis a. 1616. habitae, exhibuit, narrantibus id *Actis MSSCC.*

PIRNE-

PIRNERVS.

Ad eundem a conuentu Siedliſcenſi datae ſunt litterae, admonentes, vt Paedagogi officium apud *Dn.* NIEMERICIVM adgrederetur. A. 1645. in conſeſſu Zulinienſi ſcholae Claudiopolitanae Praeceptor deſignatus eſt, quam vero ſtationem in ſe ſuſcepiſſe non videtur, quia in conſeſſu Dazuienſi a. 1648. admonitus legitur, vt liberorum inſtitutione vitam ſuam ſuſtentaret, cum eum coetus ſtipendiis publicis alere diutius nolit.

THOMAS PISECIVS, *a Martowice.*

A nonnullis PIASECIVS adpellatur, diſtinguendus tamen a PIASECIIS Polonis, inter quos PAVLVS propter *Chronica geſtorum* edita *Cracou.* 1643. inclaruit. In Io. GE. WALCHII *Biblioth. theol. ſel.* T. I. p. 920. THOMAS PISECIVS Germanorum Socinianorum Claſſi accenſetur. Gente enim fuit *Sileſius*, nobilis. Per plurimos tamen annos in Polonia vitam ſuam traxit, et nomen quoque Polonicum PISECKI libris a ſe editis ſubſcripſit. A. 1606-1609. Colloquia in aedibus SMALCII Racouiae habita, cum pluribus aliis frequentauit. V. SANDIVS l. c. p. 175. *Zeltnerus* eum Crypto-Socinianorum Altorffinorum maximum Patronum l. c. p. 295. adpellat, eumque per nomenclaturam crypticam Socinianis vſitatam, nomen MARTII PISONIS tuliſſe, notat. Fuit is varia doctrina excultus, in dicendi arte ac diſſerendi habitu, nec non ſyſtema ſuum, quod per omnia Socinianum erat, defendendi ſtudio, inſignem in modum exercitatus. Sororem eius nomine ROSINAM, teſte SANDIO p. 107. SIMON PISTORIVS in matrimonio habuit, ex qua ROSINAM, Io. CRELLII coniugem procreauit. Ex familiaritate cum CRELLIO, ad Socinianorum partes perſuaſus videtur. Quando natus

mor-

mortuusue fuerit, SANDIO pariter ac nobis refcire datum non eft. Ille, ab iis, qui eum nouerant, accepit, cum aliquot annis, ante annum 1648. adhuc in viuis fuiffe, annorum circiter feptuaginta. Haec, cum iis conueniunt, quae acta MSC. de eodem exponunt. His teftantibus a. 1630. in Synodo Racou. commonefactus eft, vt fcriptorum fuorum fragmenta *Bibliothecae coetus publicae* infereret. A. 1635. ad eum a Synodo litterae datae funt excitatoriae, vt fcriptum quoddam prelo pararet. A. 1640. fenex adpellatur, cui a Synodo Kifielina ftipendium conftitutum, debitaque ipfius ex aerario coetus effe foluta Acta narrant. Addunt eadem, quod habuerit filium, cui ad profequendum ftudium Iuridicum in eadem Synodo ftipendium collatum. Quod ipfi frater fuerit MARTINVS, *Philofoph. et Med. Doctor.* ex epiftola, qua libellum N. 3. huic dicauit, difcimus.

SCRIPTA:

1. *Refponfio ad decem rationes* EDMVNDI CAMPIANI *Iefuitae: quibus probat Ecclefiam Catholicam praeferendam caeteris. E typographeo* STERNACIANO, *quod eft Racouiae, nobili Poloniae oppido.* 1610. 12. pl. 8. De hoc opere REIMANNVS in BIBLIOTH. THEOL. p. 675. iudicat: "quod PISECIVS CAMPIANVM iuxta ac VILKOVIVM, qui CAMPIANI opufculum in linguam Polonicam verterat, exarmarit fere, et hafta fcutoque exutos arena cedere coegerit:" Auctor nomen fuum adpofuit, et dedicationem infcriptam *Ill. et Magnif. Dno* IACOBO SIENNENSKI a SIENNO *Palatinidae Podolienfi etc.* a. 1608. Cal. Iulii notauit. Epiftolam hanc excipit *Praeloquium ad Pontificios*, quos mali adfectus accufat, vi, armis ac aliorum perfecutione religionem fuam amplificandi, occafionemque fibi da-

tam

tam ad ſcriptum hoc concinnandum exponit, quae fuit, iterata ante breue tempus rationum CAMPIANI in Polonia editio ac diſperſio. In ipſa tractatione auctor X. Rationes CAMPIANI ordine ſuo ſub examen vocat, minus tamen recte, cordate et ſufficienter, quod VAL. ALBERTI in praefatione, praemiſſa *iudicio ſuo etc.* paulo poſt allegando, iam obſeruauit. Adtextae ſunt opuſculo: *Notae ad appendices* VILKOVIANAS pagg. 30. de quibus auctor in praefatione ad lectorem narrat, quod ante aliquot annos CASP. WILKOVIVS opuſculum CAMPIANI in linguam polon. verterit ac Reginae Poloniae dicauerit, ſuasque adpendices, Socinianis maxime oppoſitas, hinc inde CAMPIANI rationibus adiunxerit. Ad has paucis reſpondet, fidemque facit fuſius aliquando ac plenius reſponſurum.

Decem iſtae EDM. CAMPIANI rationes in cauſſa fidei, breui tempore ante publicum eiusdem mortis ſupplicium a. 1581. in Anglia publicam lucem adſpexerunt, praemiſſa dedicatione ad *Doctiſſimos Academicos Oxonii florentes et Cantabrigiae*, qua hos ad diſputandum de iisdem prouocauit. Idem liber prodiit *Ingolſtadii* 1584. 12. *Würtzburgi* 1589. 12. et *Monaſt. Weſtphal.* 1613. 16. ſub tit. EDM. CAMPIANI, *qui non ita pridem pro catholica religione Martyrium ſubiit, oblati certaminis in cæuſſa fidei rationes decem redditae Academicis Angliae. Addita eſt breuis narratio vitae et Martyrii eiusdem* CAMPIANI *in gratiam Lectoris.* Idem libellus emiſſus eſt *Cracou.* 1605. *Antwerp.* 1631. et quoque *Wiennae* 1676. 12. duplici cum adpendice, quae ex Regni Polon. et aulae Mareſchalli LVCAE OPALENI (OPALINSKI, qui per anagr. ſemet vocauit PAVLVM NAEOCELVM) libris tribus *de offici-*

officiis, Amstel. 1668. 12. pl. 14. (v. PLACCII *Pseudon.* N. 1881. p. 457.) desumta est.

Solida rationum CAMPIANI refutatio, paulo post earum publicationem, lucem adspexit a. 1581. *Cantabrigiae* auctore GVIL. WHITAKERO, cui totum CAMPIANI opusculum insertum est, eiusque dedicatio sub incudem vocata, sub tit. *G. W. ad* EDM. CAMPIANI *Iesuitae rationes X. responsio, quibus fretus bellum Anglic. Ecclesiae et omnibus orthodoxis Euangelii ministris obtulit in caussa fidei:* Reposuit huic Io. DVRAEVS *confutationem responsionis G. W. Ingolstad.* 1585. 8. Ad hanc iterum respondit GVIL. WHITAKERVS *in Defensione Responsionis ad X. illas rationes etc. contra confutationem* IO. DVRAEI, *Scoti Iesuitae. Rupellae* 1585. 8. Scripta haec iterum impressa inueniuntur in *Tom. II. Rupell. doctrinae Iesuit. praecipp. Capp.* Occasione editionis *Wiennensis*, VAL. ALBERTI luci commisit: *Iudicium solidum de quibusdam recenter recoctis libris Pontificiis Lips.* 1679. 8. p. 196-255. qui CAMPIANI rationes succincte ac solide euertit.

2. *De origine Trinitatis.* Opus hoc incendio periisse *Sandius* l. c. p. 107. notauit, qui tempus, quo scriptum fuerit, ex isto tempore, quo WVIERVS et BARTH. KECKERMANNVS, quorum in illo fit mentio, scripta sua aduersus Socinianos publicarunt, determinandum esse statuit, quod incidit circiter in ann. 1590 et 1604.

3. *An doctrina Trinitatis sit mysterium a seculis absconditum, quod diuini verbi patefactione hominibus innotescere debuit; e tractatu, qui de origine Trinitatis inscribitur, exscriptum, prodiit* 1605. 8. 1608. et 1654. 12. Ita allegat SANDIVS l. c. Vltima editio, quae in manibus nostris versatur, annum quidem MDCV.

MDCV. prae ſe fert, adtexta vero eſt opuſculo, cui titulus: FAVSTI et LAELII SOCINI item ERNESTI SONERI tractatus aliquot Theologici etc. quod *Eleutheropoli* 1654. prodiit, et cum his eodem tempore lucem vidit, quod vltimae paginae cuſtos et paginarum numerus comprobant. A pag. enim 71-100. iſte PISECII tractatus inſertus eſt. V. ſub LAELIO SOCINO et IOANNE SOMERO. Dicauit *Piſecius* libellum fratri ſuo hac epiſtola: "MARTINO PISECIO *a Martowice, Philoſ. et Medic. Doctori, Nobili Sileſio, fratri ſuo S. Quid cauſae fuerit, cur terminos ancipitis animi mei ſtatuerim, ex his, quae mitto, coniicere poteris; breui ſum fortaſſe plura miſſurus, vt explorate, quid antiquiſſimi Philoſophi,* ZOROASTER *ille,* HERMES, ORPHEVS, PLATO, *quid humana ratio, quid denique omnes omnium temporum haeretici ad Trinitatis tuae contulerint myſterium, cognoſcere poſſis. Caue me putes haereticum, qui opiniones haereticorum in officina Romana, lima ſubtilioris doctrinae attritas excutio. Videris e praeloquio meo, vna cum aliis ſic colligere. Nouum eſt hoc; haereſis igitur. Neſcit haec Theologia noſtra; haereſis igitur. Damnat haec* AVGVSTINVS, ATHANASIVS; *haereſis igitur. Audies me ibidem vti doctiſſimi viri ſententia: Quicquid non intelligunt, quicquid non didicerunt, haereſis eſt, quos iuuare idem atque occidere eſt. Scilicet nouum eſt apud illos, non Chriſtianum. (Chriſtum) Neſcit haec Theologia illorum? Satis eſt, ſi Apoſtolorum non ignorat. Damnat haec* AVGVSTINVS? *Probat Chriſtus, probant Apoſtoli. Nulla nouitas tollit veritatem, nulla veritas pendet ab hominum ignorantia. Audax denique ignorantia ſemper eſt, ſemper fuit veritatis hoſtis.*

Haec illud. Cogita tu ista, et illud tuum aut Aliquid *aut* Nihil, *letheo fluuio aut Auerno, cuius nu[...] per hospes eras, adiudica. Monet tuus ille* Galenus, *ne quis in Moysi et Christi scholam impingat, legesque audiat nulla constitutas demonstratione. Aptius de Romanorum schola loquitur Medici dicterium. Vale, et memento compendiosiorem viam ad Theologorum errores, quorum origines e curia Romana trahuntur, non esse, quam illud probe meminisse, Papam esse Antichristum. Tui studiosiss.* T. Pis: *frater tuus.*"

P. 77. Ita doctrinam de vno et Trino Deo nullum esse mysterium probare adgreditur: "Arbitrantur omnes Trinitarii, doctrinam Trinitatis esse mysterium, quod quidem sub V. F. subobscurius, sub N. reuelatius patefactum fuit. Iam quaero, cur Deus se obscurius in V. T. reuelauit, si doctrina Trinitatis ad salutem necessaria iustis non erat occultanda? Galatinus sequitur Theodoretum, qui statuit, Deum noluisse Trinitatem personarum Iudaeis ita euidenter reuelare, vt postea reuelauit in N. T. quia Iudaei valde procliues fuerunt ad Idololatriam. Hanc responsionem Kekermannus vocat periculosam et neutiquam amplectendam. Interim ipse potiorem non affert. Ait enim, Deum suas causas habuisse, cur reuelationem clariorem trium personarum distulerit ad aduentum Filii sui in carnem, vt nimirum agnosceremus hanc esse essentialem Dei imaginem, qua inspecta, totum mysterium SS. Trinitatis possit euidenter nobis notum fieri. Quid audio, essentialem Dei imaginem a nobis inspici? An etiam inspecta imagine ista, mysterium Trinitatis totum euidenter nobis innotescit? Somniantis haec sunt, non vigilantis Keckermanni logia.

Nun-

Nunquam hactenus auditum, eſſentialem Dei imaginem, ſeu Dei Filium, ipſumque Deum (natura inuiſibilem) oculis his luteis poſſe ſubiici, quos experientia docuit magis hebeſcere, ſi ſolem rectis intueantur radiis. Quod ſi conſpici potuiſſet, veriſimile non eſt ſimul etiam arcanum illud Trinitatis notum fieri potuiſſe, quandoquidem ex vnius perſonae intuitu reliquas elicere non poſſumus, quae ſeſe nobis conſpiciendas non praebuerunt. Multi Iudaei Chriſtum adhuc in terris degentem conſpicati ſunt, quorum nemo myſterium hoc Trinitatis ex eo intuitu animaduertere potuit. Si ad voluntatem et patefactionem per verbum diuinum reſpexeris, idem habes. Nunquam Chriſtus aliqua Trinitatis myſteria auditoribus ſuis atque diſcipulis patefecit. Sed ne ipſi quidem Apoſtoli quicquam ea de re nobis reliquerunt. — — — Euangelii annuntiatio, gratia et voluntas diuina, gentium vocatio ab Apoſtolis ſaepius nomine myſterii vocatur a ſeculis in Deo abſconditi. De Trinitatis autem myſterio nihil omnino S. prodiderunt literae, nec vnquam nomine myſterii trium perſonarum reuelatio, quae nulla eſt, appellatur a ſcriptoribus diuinis."

P. 81. ad obiectionem: *nihil referre, ſi Trinitatis myſterium ad literam non oſtendatur, modo ſenſus pateat ipſe;* reſpondet: "Omne myſterium, quod reuelatum eſt, expreſſis literis neceſſe eſt legi. — — Si res in S. literis eſt incluſa, verba eandem rem loquantur oportet etc. P. 83. triadis myſteria in ſolis coniecturis eſſe poſita." P. 85. ſeqq. tres obiectiones diluere, ſeu potius tria argumenta pro myſterio S. Trinitatis deſtruere ſuſcipit; nimirum 1) Myſterium hoc in baptismate Chriſti demonſtratum eſſe. Cui oppo-

nit: "Quod probandum ſit, myſterium Trinitatis per Chriſtum reuelatum eſſe, non hiſtoria baptiſmatis contexenda. — — Quot paraſangis diſtant atque inter ſe differunt Pater, columba et Filius baptiſatus, etc. Immenſus eſt et infinitus Sp. S. ergone in columba, res infinita circumſcribi potuit? Viſio Sp. S. et vox Dei Patris, non eo fine facta, vt myſterium Trinitatis pateficeret ſpectatoribus, ſed vt Pater teſtaretur de Filio ſuo. Signum Sp. S. duplici fine oſtenſum eſt, propter IOANNEM, cui peculiariter promiſſum fuit: et adſtantem populum, qui Chriſtum Sp. S. virtute ornatum fuiſſe tam aperto conuictus argumento crederet." 2) Chriſtum iuſſiſſe baptizare in nomine P. F. et Sp. S. Ad quod p. 88. reſpondet: "Aliud eſſe, iubere gentes baptizare in horum trium nomine, aliud vero, myſterium Trinitatis reuelare. Finis deſtinatus non erat, vt myſterium reuelaret, ſed vt Baptismum imperaret. — — — Ex vnitate effectus concludi non poſſe cauſſarum vnitatem. Deus inquit apud Prophetam, ſe ciuitatem propter ſe ſeruaturum, et propter DAVID ſeruum ſuum. At non inde ſequi, Deum et Dauidem vnum eſſe etc." 3) Ad dictum 1 *Io.* V. 7. reſpondet p. 91. verſiculum hunc Apoſtoli eſſe, non igitur hinc probari, Chriſtum reuelaſſe Trinitatis myſterium, ſed tantum IOANNEM de teſtimonii vnitate loqui, prouocatque ad refutationem (SOCINI) libelli WVIEKI, et addit integrum hunc verſiculum non legi a *Syro*, nec *vetere interprete*, nec NAZIANZENO, nec ATHANASIO, nec DIDYMO, nec CHRYSOSTOMO, nec HILARIO, nec AVGVSTINO, nec CYRILLO, nec BEDA. Sed tantum ab HIERONYMO, et in Britanico quodam codice et nonnullis veteribus libris.

P. 92.

P. 92. ad locum 1 *Tim.* III. 16. ſub peculiari titulo reſpondet: "Ego non video, cur, tametſi hic incarnationem Filii Dei myſterium vocari concederetur, Trinitas etiam eodem appellari poſſit nomine. Illud tantum ſequeretur, incarnationem hanc myſterium vocari, quam etiam admittunt, qui Trinitatem non agnoſcunt. Deinde nihil hic definite loquitur Apoſtolus, quaenam perſona Deitatis fuerit in carne manifeſtata. — — — Deſideratur etiam tertia perſona, cuius mentio nulla fit hoc loco etc." P. 94. locum Apoſtoli nihil de incarnationis myſterio nec proprie loqui, ſed figurate de myſterio pietatis h. e. de religione Chriſtiana adſtruere conatur.

P. 98. haec in fine libelli adduntur ORIGENIS in Iob. Lib. I. "Tria cornua fecit diabolus, in typum atque figuram trionymae illius ſectae, triumque Deorum haereſis, quae vniuerſum orbem terrae in modum tenebrarum repleuit, quae Patrem et Filium et Sp. S. aliquando tanquam tres colit, non nunquam vnum adorat, quemadmodum Graecorum lingua memoratur Triada vel Homouſion. Iſtam ergo Trinitatis ſectam et haereſin atque infidelitatem iam olim de longe deſignans verſutiſſimus ille diabolus, tria cornua miſit ad IOB depraedandum: Sic namque etiam nunc memorata trionyma haereſis, praeſertim praedatur atque expugnat Eccleſiam."

Subſcripſit SAM. CRELLIVS, qui olim exemplari vſus eſt, quod mihi iam poſſidere contigit, ſua manu: *Hinc adparet manifeſte*, ORIGENEM *fuiſſe Antitrinitarium.* Tandem p. 100. "LVTHERVS IN POSTILLA MAIORE SVPER DOMINICAM TRINITATIS: Vocula haec Trinitas nuſquam in diuinis ſcriptoribus

reperitur, caeterum humanitus tantummodo inuenta. Vnde omnino etiam frigide sonat; ac multo praestabilius foret, si Deus potius, quam Trinitas dicatur."

4. *De Antichristo Libri II.* sub nomine MARCI CAMILLI. 8. absque nota temporis locique. Vid. SANDIVS p. 107. PLACCII *Pseudon.* N. 530. p. 155.

5. Contra LEONH. LESSIVM, *Iesuitam.* Fortassis directum est hoc PISECII scriptum aduersus LESSII librum *de Incarnatione verbi.* Saepius libri huius PISECII in Actis MSSCC. fit mentio, videtur tamen in lingua polonica ab auctore concinnatus, quia in *actis Syn.* 1637. statutum, vt VENETIANVS libellum contra LESSIVM concinnatum in linguam latinam transferret; nisi forte statuto hoc peculiare *Gittichii* opusculum notetur. Vid. sub *Gittichio* N. 17. p. 382.

6. *Manuductio in viam pacis ecclesiasticae, per archicatholicam fidem, salua libertate religionis, omni iurium genere defensa.* Sub nomine IOSEPHI CASTIM, per Anagr. *Pacis es ostium. Eleutheropoli typis* GODFRIDI PHILADELPHI, (i. e. *Amstelod.* apud *Io.* et *Corn. Blaeu)* 1650. 8. In hoc scripto multis argumentis probare contendit, omnibus errantibus nullis circumscriptam limitibus religionis libertatem concedendam esse. Imprimendi libri huius cura testantantibus *actis* MSSCC. iam a. 1645 RVARO per statuta *Synod.* commendata erat.

7. *Tractatus de* SIMONE *et Simoniacis*, qui a. 1637. inter scripta PISECII adhuc reuisioni et censurae subiicienda in *Actis Synod.* MSSCC. allegatur.

SIMON PISTORIVS.

Oppoliensis Silesius, a Cancellario Saxoniae eiusdem

dem nominis, qui 1562. obiit, de quo FREHERVS *in Theatro erudit.* f. 846. distinguendus, ad quem ERASMVS *Roter.* epistolam dedit a. 1526. Basileae scriptam, quae nonnulla de Reformatione Ecclesiae istius temporis exponit, insertaque est Epp. ERASMI ROTER. in huius Opp. T. III. p. 567. Alia eiusdem ad eundem epistola scripta Friburgi, 7. Iulii 1530. legitur l. c. p. 993. *Acta* MSSCC. de nostro PISTORIO referunt, quod coetui in montibus Silesiae Tarnouicensibus minister praefuerit, quo ipso loco DAN. FRANCONIVS scholae Rector exstitit, cui PISTORIVS placita Socinianorum propinauit, imo vna cum eodem a. 1603. in Poloniam secessit. Hunc suum animum et proxime futurum cum DAN. FRANCONIO in Polonia aduentum Synodo a. 1603. antea significauit. Quam laetus atque acceptus ille fratribus Polonis fuerit nuntius, facile iudicari potest. Ipse F. SOCINVS ad eum litteras nonnullosque libros transmisit, illum quibuscunque simul modis admonens, vt suo in proposito constans perseueraret. Breui post eius aduentum tempore, a. nimirum 1604. coetui Czarcouiensi minister praefectus est, quem permultos annos docuit. Cum a. 1638. Synodo Kisielinae desiderium suum significasset in alium transferri locum, illa eius votis non adnuit, cooperarium autem quendam KRZYSKIEVICIVM eidem concessit. Erat PISTORIVS, THOMAE PISECII, cuius sororem in matrimonio habuit, affinis, IOANNIS vero CRELLII socer, quo e viuis erepto aliquamdiu superstes fuit.

SCRIPTA:

1. *Summae omnium Capitum SS. Bibliorum*, carmine *descriptae.*
2. *Carmen in* STAN. LVBIENIECIVM Sen.
3. *Alia poemata* et MSSCC.

4. *Colloquium cum* Dan. Clementino *Past. Gorscensi Eccl. Reform. habitum Racou.* 1624. 24. Febr. in *funere* Io. Glinscii, *Equ. Poloni.* Ita illud allegat Dan. Clementinvs in *Antilogg. et absurdis ex opin. Socinit. fol.* E. et I. 3. idque *secundum* suum *colloquium Racoviae habitum* adpellat, narratque quod in eodem Socinianis praesentibus, praecipue Sierakowio, Wissowatio et Smalcio, hanc Socini thesin proposuerit: Christum Iesum verum Dei Filium dici, et Deum, Patrem eius, respectu eo, quod creatam materiam aliquam in Virginis vterum immisit, aut ibi creauit etc. quae reperitur in Socini refutat. Wvieci s. Anti-Wvieco, *fol.* 221. *cap* 8. *Class.* 3. *argum.* 1. quam Smiglecivs *nou. monstr. nou. Arian.* C. XVII. fol. 86. Smalcio quoque opposuit. Ad hanc thesin Smalcivs in isto colloquio omnino conticuisset, reliqui vero non credidissent, Socinvm hoc modo scripsisse, sed Smiglecivm accusassent, quod id Socino male imputauerit. Clementinvs vero l. c. id dilucide comprobat et Socinianorum sibi inuicem aduersantium discordiam et propriarum thesium ignorantiam reprehendit, eosque notat, quod sincera et genuina cogitatorum suorum confessione lucifugi abstineant.

5. *Epistolae;* harum aliquot MSSCC. *Bibliotheca Baumgarteniana* tenuit. Vid. *Catal. MSSCC.* p. 85. N. 202.

PODLODOVIVS.

Inter eruditos familiae Socinianae referendus. Gente fuisse Polonum, nomen eius probabiliter commonstrat. Reliqua eius fata ignoramus; eundem tamen eum fuisse *Stanislaum Podlodouium*, ad quem *Daniel Tilenus*, epistolam dedit *Lutet. Paris.* 9. Noubr. 1623. scriptam, inser-

inſertamque *Epp. Eccl. praeſtantium ac eruditorum virorum*, N. 427. p. 698. *edit. recentiſſ.* non dubitamus. Ex eadem epiſtola colligitur, eum circa a. 1622. et 23. in exteris verſatum eſſe regionibus, maxime in Gallia, indeque hoc tempore in Poloniam remeaſſe. Peregrinantem eum ſpeciem prae ſe tuliſſe dubitantis circa religionem, ex verbis *Tileni* patet, quae ita ſe habent: "Conſilium tuum ſummopere probo, quod in re tanti momenti, non alienam fidem ſequi, aut cuiusquam mortalis autoritate duci ſuſtines; ſed tuapte diligentia ac ſollicitudine, in Theologorum dogmata inquirere, ſingulaque ad verbi diuini obruſſam exigere in animum induxiſti. Vtinam hoc Chriſtianis omnibus fixum animo, immotumque ſederet! vt ſe Chriſti oues, non brutas, ſed rationales, atque etiam ſpirituales eſſe meminiſſent. Eſt enim haec omnino eccleſiaſtici fundi calamitas, ac prima mali labes, quod plerique in ea doctrina, ad quam vel naſcendi ſorte, vel factionis impetu, vel priuatae rei ſtudio delati, tanquam ad vadum quoddam obhaeſerunt, perpetuo ſibi acquieſcendum eſſe ſtatuant, et aduerſus recepta magiſtrorum placita vel hiſcere piaculum exiſtiment." A. 1624. in Synodo Racou. ipſi committebatur, vt librum componeret *de concordia et vnione inter Coetus Euangelicos et Vnitarios* adornanda, quod argumentum compluribus ex hoc coetu tractandum, fuiſſe commendatum et a nonnullis quoque elaboratum ſcimus. A. 1630. in Synodo Racou. iterum libri huius perficiendi admonitus eſt.

SIMON POLANVS.

Fuit is narrante LVBIENIECIO l. c. p. 273. praeſtantiſſimus et celeberrimus per totam Poloniam *Chymicus*,

qui Luclauiciis ſedem ſuam fixit, cum coetus et ſchola in hoc loco maxime florerent. Eodem notante HIERONYMO MOSCOROVIO in addiſcendis ſtudiis Chymicis ac Medicis operam praeſtitit. Vnde venerit, et quae patria eius fuerit, nos omnino latet. Non quidem incelebre eſt in orbe litterario *Polani* nomen, quo inclaruit AMANDVS POLANVS, qui teſte FREHERO in *Theatro Erudit.* fol. 357. Geneuae et Baſileae Theologiam docuit, ad quem litterae quaedam ab eruditis ſcriptae a. 1606. exſtant in ERN. SAL. CYPRIANI *Epp.* CXIX. *autographis Biblioth. Gothanae* p. 151. ſqq. et in *Epp. Eccl. et Theol. praeſtantium ac eruditorum virorum*, epiſtola ad eundem et *Grynaeum*, a *Conr. Vorſtio* ſcripta N. 35. p. 60. edit. recentiſſ. nec non in Epp. ISAACI CASAVBONI ed. *Magdeb.* 1656. 4. p. 1021. et in edit. *Hagae Com.* a. 1638. 4. Sed de SIMONE, Chymico et Medico, quos in conſilium vocavimus, ſilent omnes. An ſcripto quodam coetus huius commodis praeſto fuerit itidem ignoramus.

MARTINVS POLONVS.

Aliquando nominis huius allegatio in actis occurrit, fata vero et ſtudia hominis, non exponuntur. Celebre nomen eſt MARTINI POLONI, qui saec. XIII. de poſteris ſcribendo mereri ſtuduit, et 1254. e vita diſceſſit. V. GER. IO. VOSSIVS *de hiſtor. lat.* L. II. p. 452. et PHIL. LABBEI *Diſſ. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis etc.* T. II. p. 62. ſeqq. MARTINVM quendam POLONVM, primo inſtitutae Academiae Regiomontanae anno 1544. Rectore SABINO, in numerum ciuium Acad. receptum eſſe, in Albo Studioſorum legimus; an idem is ſit, qui poſtea Socinianis nomen ſuum dedit, pro certo adfirmare non audemus.

IVSTVS

IVSTVS DE PRES.

Meminit illius F. SOCINVS in epiſtola ad RVARVM, *Cracou.* 1586. d. 8. *Ian.* data, in *Epp.* p. 110. narratque quod SOCINVM iter in Belgium meditantem, ſecum Gedanum vehere voluerit.

IOANNES PREVSSIVS.

Ex SANDII relatione l. c. p. 163. *Guba-Marchicus;* verum potius *Gubena Luſatus*, ideoque Saxo fuit, Marchici vero cognomen tuliſſe videtur, quod multum temporis in Marchia Brandenb. conſumſerit. Natus circiter 1620. Eundem eſſe, qui in album ciuium Acad. Regiom. a. 1644. d. 17. Sept. Rectore WEIERO inſcriptus eſt, hoc modo: IOANNES PREVSSIVS, *Cruciburgo Sileſius*, nobis facile perſuademus, cum proximum huic nomen in albo Acad. adſcriptum ſit: ADAMVS DVDITHIVS, *Cruciburgo Sileſius*, (*ſine dubio Andreae* nepos) nomen in Socianorum coetu famigeratiſſimum. Videtur igitur hoc comite academiam noſtram ſalutaſſe PREVSSIVS; cur vero Cruciburgo Sileſium ſemet venditauerit, rationem inuenimus nullam. Fortaſſe Cruciburgi inter Socinianos educatus et horum placitis ibidem innutritus hanc, tanquam patriam ſuam coluit. LAVTERBACHIVS p. 437. expreſſe meminit, eum iuuenem in *Pruſſiam et Belgium* ſtudiorum cauſſa conceſſiſſe. Idem patrem eius fuiſſe *alutarium Gubae* commemorat.

Primum nominis ipſius, niſi nos fallit memoria, mentio fit in *Actis* conſeſſus Raſzcouienſis a. 1650. quo tempore ipſi a coetu venia dabatur exteras inuiſendi regiones, et in hunc finem quoque ſtipendium 100 thaler. ipſi ſtatutum. Sed vel iter iſtud hoc tempore non ingreſſus eſt, vel etiam poſt breue ſpatium rediit; anno enim

proximo

proximo in conuentu Czarcouiensi mandatum accepit inseruiendi coetibus in Volihinia collectis, sermonibus S. habendis. A. 1652. coetui Kiiouiensi in specie Iwanicensi minister ordinarius praefectus, simulque decretum est, vt ordinatio et inauguratio eius a ministris Volihiniensibus perageretur, testantibus *Actis* conuentus Czarcouiensis. Sed ex *actis* confessus Siedliscensis constat, eum a. 1653. demum Siedlisciae vna cum CHRISTOPH. CRELLIO, a PAVL. RINIOVICIO, KARNIOVIO, SIEDLECIO et WISSOWATIO ministerio eccl. initiatum esse, quo anno quoque coetui Luclauiciano minister datus est. Anno sequente 1654. ex decreto confessus Czarcouiensis Mesericensibus Vnitariis concessus, ipsique a. 1655. ex concluso confessus Rascouiensis iniunctum est, vt frequentes faceret excursiones, in *Silesiam*, *Lusatiam et Marchiam Brandenb.* aliasque regiones, et vbique locorum partim semina Socinianismi spargeret, partim agros eodem iam conspersos irrigaret. Huic iniuncto eundem fecisse quod satis est, ac incrementis coetus sui omnem nauasse operam praecipue in *Marchia*, extra dubium positum est. Non enim tantum fratrem suum germanum, sed alios quoque istarum terrarum ciues ad partes suas trahere studuit, quod eius epistola ad STVRMIVM, *Pastorem Primarium et Consistorialem Gubensem* scripta comprobat. Vid. *Relat. innoc.* 1713. p. 573. An hoc quoque tempore in carcerem coniectus fuerit, certo determinari nequit; meminit vero vinculorum ac detentionis suae in carcere, in epistolis ad amicos Belgas scriptis. In Epistola ad BARTHOLOMAEVM *Stoffium*, *primarium in aula Brandenb. concionatorem Cüstrino* 1659. d. 26. Octobr. *Berolinum* scripta, quam in MSC. habemus, quarti quidem exsilii sui, summae egestatis ac inopiae, nouem liberorum suorum, gra-

vidae

vidae mulieris, plurimumque calamitatum, propter fidem, vt putat, in vnum Deum Patrem susceptarum, sed non vinculorum et carceris mentionem fecit. Nec probabile videtur, eum isto praecise tempore Cüstrini incarceratum fuisse. Ob iterata interim ciues Marchicos ad Socinianismum seducendi tentamina a. 1664. carcere inclusus ac Cüstrinum delatus. Finito hoc loco per commissarios examine, plena acta Berolinum transmittebantur, addito fori consilio, vt PREVSSIVS terris Brandenburgicis proscriberetur. Ex sententia tamen *Serenissimi*, praeuio consilio ministerii Berolinensis lata, libertati restitutus est, hac tamen conditione, vt sub poena exsilii administratione publici cultus in terris Brandenburgicis abstineret. Plura exposuimus in *Hist. Socin. March.*

Post exilium Polonicum a. 1662. ipsi vna cum STAN. LVBIENIECIO committebatur, iter *Fridericopolin* ingredi, ibidemque et aliis locis, adornandae cum *Arminianis* vnioni inuigilare, simulque in hoc itinere fratres per Marchiam dispersos salutare, hosque in susceptis placitis confirmare, quamuis ipse iam hoc tempore munere eccles. Selichouiae fungeretur, exulumque Polonorum in terminis Marchicis et Silesiacis curam ageret. Iter hoc decretum Fridericopolin vel plane non ingressus est, vel breui tempore rediit, quod paulo ante narrata comprobant.

Obiit a. 1696. Mense Februario vitamque vltra 60. produxit annos. Filiam ipsius in matrimonium duxit SAMVEL CRELLIVS. EL. SIGISM. REINHARTVS in disp. alleg. eum vocat *virum certe acuti ingenii.*

SCRIPTA:

1. *Epistola ad* STVRMIVM, Pastorem Prim. et Consist. Gubensem (alii *Lubbensem*) data 3. Maii, circa a. 1656. vel 57. In extenso inserta *Relat. Innoc.* 1713. p. 572. seqq.

2. Herz=

2. Herzliches Saytenspiel, oder geistreiche und schriftmäßige Lieder: von Johann Preussen, Diener der Gemeine J. C. am Worte Gottes. Im Jahr 1657. druckte es Erasmus Rößner zu Frankf. a. d. Oder, 8. *Vid.* E. S. REINHARTVS l. c. §. XVI. fol. C. 3. b. Ex *actis* Confessus Raszcouiensis constat, PREVSSIVM aliorum hortationibus inuitatum versionem germanicam Psalterii (sine dubio metricam) adornasse. Paulo post a. 1652. in consessu Czarcouiensi commendatum est ipsi, vt cantionum germanicarum perficeret librum, partim antiquas cantiones corrigendo, partim polonicas in linguam germanicam transferendo, partim nouas proprio marte concinnando. Hunc cantionum libellum, vt RVARVS, FELBINGERVS et Io. CRELLIVS recognoscerent et hoc facto prelo committerent, in Synodo Czarcouiensi a. 1654. constitutum. In WETZELII spicilegio ad historiam cantilenarum german. script. p. 613. plenus index omnium in PREVSSII libro obviarum cantilenarum exponitur, quo earum vsus euitari possit. De libris cantionum in vsum et commodum coetuum Socinianorum editis, EPHR. OLOFF plura exposuit, *in Historia canticorum polon.* p. 282. seqq. In hunc censum veniunt

1) *Psalmi Dauidis secundum translationem polon.* MATTH. RYBINII, *Racouiae* 1604. 4. ex Officina *Seb. Sternacii.*

2) LVBIENIECII, SMALCII et PRZYPCOVII cantilenae polonicae, *Racouiae* a. 1610. et 1625. 12. Huius collectionis meminit SANDIVS l. c. p. 89. 102 et 125.

3) GE. NIEMERICII a *Czernichow*, liber precum et cantilerarum a. 1653. 12. V. SANDIVS l. c. p. 145.

Horum

Horum librorum plures in publicum prodiisse editiones, OLOFF l. c. indicat.

3. *Epistola Crossae* 1661. 17. *Decemb. Berolinum scripta*; fortassis ad primarium in aula Brandenb. Berol. concionatorem BARTHOL. STOSSIVM, de obitu IONAE SCHLICHTINGII; quoad maximam partem inserta est REINHARTI diss. alleg. §. XIV. *fol.* C. 2.

4. Geistlicher Weyrauch Gotte zum Opfer und süßen Geruch, dem Nächsten aber, vornemlich den Einfältigen, zu Erweckung inbrünstiger Andacht angezündet von **Johann Preussen**, Diener der Gemeine J. C. am Worte Gottes. 1662. 8. Liber iam antea *Thorunii* 1645. impressus, sine loci mentione. Editio nouissima 1662. in Pomerania typis exscripta. V. REINHARTVS l. c. §. XVI. *fol.* C. 3. b. et §. XXV. *fol.* E. c. b. Nullam precum ad Sp. S. directarum formulam exposuit auctor, de quo aliisque. *Vid.* REINHARTVS §. XXXIX. *fol.* G. 2.

5. Glaubensbekänntniß, der allgemeinen Christlichen Warheit zu Steuer, zu Rettung aber seiner eigenen Unschuld, an den Tag gegeben von Joh. Preussen. Im Jahr nach der Geburth des Sohnes Gottes 1662. 4. Locus impressionis non significatur, prodiisse vero in Pomerania, REINHARTVS testis est l. c. §. XVII. *fol.* C. 4. De Sp. S. ita artic. IV. scribit: Credo Spiritum S. cuius in S. Scr. fit mentio, quique hominibus donatur, virtutem Dei altissimi esse, per quam hominum corda mouet, sensum ac intellectum illuminat, eosque in omnem veritatem ducit. Confessio haec MSC. 4. pl. $4\frac{1}{2}$. ad manus nostras peruenit. Occasionem in praefatione his verbis exponit: Nachdem ich in meinem Gewißen überzeuget, daß alle Articfel meines Glaubens, (so viel derer zur Seeligkeit vonnöthen) dermaßen Catholisch,

lisch, oder allen Christen gemein sind, daß von den Aposteln her, bis zu dieser Stunde, noch kein einiger Christ, er sey was für Religion er wolle, denenselben widersprochen, oder sie verworffen (wobey ich also außer aller Gefahr einiges Irrthums stehe;) und doch nichts desto weniger eines Irrthums, und noch wohl gar einer verdammlichen Raserey an vielen Orten, mich in meinem eigenen Vaterlande Guben, welches ich deswegen meiden muß, beschuldigt, und daher hart verfolget werde: Alß habe ich der höchsten Wichtigkeit zu seyn erachtet, (zumal weil auch hierin der höchsten Obrigkeit gnädiges Befehl deswegen über mich ergangen) auf solche Weise, weil man mir wider alle meine Ankläger bis daher noch kein Gehör vergönnen wollen ꝛc. Ab eodem auctore Confeſſio in lingua polon. triplici vice adornata in MSC. extat 1) *Crosnae* 1661. 7. (17.) *Decbr.* 2) *Mocſtichii* 1662. 9. *Kal. Ianuar.* 3) *Ibid. eod. anno* 11. *Febr.* quibusdam locis, ſingulis vicibus correcta, teſte REINHARTO l. c. §. XVI. *fol.* C. 3. §. XVII. *fol.* C. 4. b. §. XXVI. *fol.* E. 3. b. §. XLII. *fol.* G. 3. quo loco etiam quaedam particulae inſertae, et phraſes ſibi inuicem aduerſantes notatae ſunt.

6. *Epiſtolae ad Amicos Belgas*, de vinculis ac detentione ſua in carcere. 1664. MSC.
7. *De libertate conſcientiae.* MSC.
8. *Carmen de morte* MICH. SERVETI MSC. pol. SANDIVS l. c. p. 163. MOSHEMIVS illud opera *La Crozii* a *Samuele Crellio* obtinere et e tenebris producere ſtuduit, ſed voti ſui compos factus non videtur. V. *Theſaurus epiſt.* LA CROZIANVS. T. I. p. 291. Sine dubio verſifex hominis ſupplicio adfecti conſtantiam pietatemque celebrauit.

9. *Carmen*

9. *Carmen de superbia, genealogiam eius exhibens.* MSC. polon.

10. Fasten=Speise krancke Gewissen damit zu erquicken, von einem wohlerfahrnen bekehrten Sünder, vor bussfertige und zerknirschte Hertzen zubereitet, auf freyen Tisch getragen. Im Jahr: ALs ChrIstI GnaDenthVre Denen bVsfertigen SVnDern offen VVar. i. e. 1678. 8. Sub hoc rubro exhibentur cantilenae sacrae germanicae.

11. *Theologia* oder Gespräche von unterschiedenen Articfeln der christlichen Religion, insonderheit von der wahrhafftigen und heiligen Drey-Einigkeit, angefangen von zween Handwercks-leuten, welche aber, nachdem sie zu tief in die Schrifft kommen, ihre Seelsorger zu Hülfe geruffen, von welchen zwar in ihrer beyderseits Gegenwart drey gantzer Tage lang disputiret, aber der Streit nicht beygeleget worden; sondern weil beyde Parten vermeinet gewonnen zu haben, sind sie raths und einig worden, aller Welt Urtheil ihre gehaltene Disputation, (mit beyderseits Unkosten, und Erlaubnis allenthalben nachzudrucken,) durch öffentlichen Druck zu unterwerfen. Im Jahr aLs DIe HaVptIrthVMer begVnten zV VVanCken, (i. e. 1682.) Freystadt in Verlegung der Authoren. 4. Alphab. 6. pagg. 1078. et 56. indic. et errat. Scriptum hoc clam nocturno tempore *Gubae* impressum, publice proscriptum et typographo, qui CHRISTOPH. GRVBERVS erat, mulctam 50. Imperialium impositam esse, iam constat, narrante id, S. LAVTERBACHIO l. c. p. 440. et IO. FABRICIO l. c. P. V. p. 65. V. *Relat. innoc.* 1713. p. 580. Libri huius SANDIVS l. c. mentionem facere non potuit, qui post ipsius obitum a. 1680. publicam lucem vidit. In praefatione, quae a

typographo ſub nomine Io. DIENSTELII adornata et *Freyſtadii* d. 1. Auguſti ſubſcripta eſt, perhibetur opus hoc a duobus eccleſiae miniſtris ſibi eſſe oblatum, vt typis exſcriberetur, quod tamen ante non fecit, quam eius contenta cum confeſſionario ſuo perpenderit, qui eius publicationem veritati non fore noxiam iudicauit, quamuis argumenta in contrarium necti poſſint. Colloquuntur in dialogo *Martinus*, ſartor, qui ſimpliciſſimi hominis perſonam ſuſtinens, orthodoxam doctrinam defendit, et *Chriſtianus*, ſutor, qui exquiſitae eruditionis ſpeciem prae ſe fert, ac Arianorum Socinianorumque partes vindicandas ſuſcepit. Cum hi longius progreſſi ſeſe extricare non poſſent, in conſilium vocarunt paſtores ſuos, qui quidem per triduum diſputarunt, ſed quia neuter alteri cedere volebat, litem in medio reliquerunt, et quorumuis tradiderunt iudicio. In *primo colloquio* de coetibus in religione diſſentientibus iudicium fertur, inter quos Socinianus reliquis palmam praeripere venditatur, de caeteris vero ſtatuitur, quod abſurda et contradictoria defendant. Hoc excipit *alterum*, in quo duo coetus miniſtri de eodem argumento ſermones inuicem miſcent, his vero nihil certi ſtatuentibus, priores collocutores id indigne ferunt, iterumque colloquium redintegrant de vi praeconceptarum opininionum, aliisque veritatis in diuerſis coetibus Chriſtianorum impedimentis. Tandem ſub peculiari titulo *decem indubitati Characteres* proponuntur, ex quibus ſumma cum certitudine, (quod auctor putat) colligi poſſit, quod Fratres poloni, die 10. Iulii 1660. Polonia expulſi, a nemine, niſi a ſolo Chriſto denominati, genuinam ac incorruptam fidei confeſſionem, veritatemque di-

vinam

vinam teneant. Hi characteres sunt e. g. *fraterna charitas*, *publica doctrinae confessio*, *mirabilis diuina prouidentia et tutela pro illius conseruatione*, *constantia confessorum*, vel saltem cum pudore coniuncta defectio, quae nunquam nisi propter commoda huius vitae accidat, *praestans disciplina ecclesiastica*, *reuerentia erga inuicem*, *inprimis erga verbi diuini ministros*, qui non, vt in reliquis coetibus vilioris sortis homines, sed nobilioris conditionis et natiuitatis viri sunt; et tandem *pacifica* omnium *tolerantia*, qui in religione dissentiunt.

In fine libri adtextum est *colloquium*, *sub forma catechismi*, *de fide Christiana*, *de communione sanctorum*, praecipue *de Baptismo et S. Coena*. Liber publice proscriptus, percensetur, in der fortgesetzten Sammlung von A. und N. theol. Sachen, 1725. p. 200-207. Plurium auctorum, qui de eo legendi sunt, notitiam suppeditauit WALCHIVS in *controu. extra eccl. Luther.* P. IV. p. 315. quibus addi potest FREYTAGIVS in *Analect. liter. de libris rarior.* p. 709. Exemplar quod manibus iam meis tracto, ipsius olim *Preussii* fuit, qui manu sua quaedam marginalia addidit; iuxta haec vero ab alio quodam multae animadversiones textum confutantes ad marginem scriptae occurrunt, quarum auctor mihi ignotus annum editi libri contrario Chronosticho notauit, nimirum: Anno: DIra In qVo se aVXIt ChrIstI et bLaspheMIa tVrpIs. Operi huic antidotum pararunt D. Io. GE. NEVMANNVS disp. *de eo*, *quod in diuinis distinguitur*: *contra Socinianos. Witteb.* et Io. MELCH. STRENGERVS Tract. Der Socinisten-Religion, nemlich Syllabus derer Gräuel und Gotteslästerlichen Lehren, denen die so genanten

Vnitarii, oder, wie sie am liebsten heißen, Polnische Brüder ergeben sind rc. 1694. V. *Relat. Innoc.* 1713. p. 581.

12. *Progressus in studio cognitionis Dei Patris, Filii ac Sp. S. siue considerationis vocum quarundam, Terminorum ac Phrasium, quae in doctrina Trinitatis, a Theologis vsurpantur, a quodam veritatis ac pacis Studioso, Cosmopoli* 4. *publici iuris factae, consideratio. Veritatis ac pietatis studiosorum censurae subiecta, ab eorum amico et socio. Quem si nosse amas,* In Vero Sensv Sapis. (Per anagr. Ioannes Prevssivs) *Alethopoli.* 8. Continet scriptum hoc speciali titulo insignitum, *examen considerationis vocum etc.* in titulo, allegatae, quod vna cum hac prodiit sub generali titulo: *Duae considerationes Vocum, Terminorum et Phrasium, quae in doctrina Trinitatis a Theologis vsurpantur, et qua ratione lis circa doctrinam de Trinitate mitigari possit ac debeat. a Veritatis et Pacis studiosis conscriptae, quarum prior iam ante annos aliquot lucem aspexit.* Dat Me Solyma. (per anagr. *Amstelolodami*) per Irenaevm Sedalethophilvm. Anno I. C. 1684. 8. 4½. pl. Anonymus quidam latitans sub litt. L. E. breuem ad lectorem praefationem praemisit, quae operis huius historiam exponit. Hanc excipit scriptum, de quo Io. Prevssivs cogitationes suas concinnauit, sub speciali titulo: *Consideratio Vocum quarundam, Terminorum et Phrasium, quae in doctrina Trinitatis a Theologis vsurpantur, et qua ratione lis circa doctrinam de Trinitate mitigari, quibusque cautionibus ipsa doctrina sobrie et ad aedificationem omnium proponi et doceri possit ac debeat. Conscripta a* Veritatis et Pacis Stvdioso, *vt doctoribus*

bus occasio detur planiora et pleniora in eandem sententiam commentandi, *Cosmopoli*. 4. Sub literis C. V. P. S. quae maiusculae comparent, fortassis latet CONRADVS VORSTIVS, *Profess. Steinfurt.* qui quidem diu antea obierat, sed in titulo generali non significatur, opusculum esse recentioris temporis foetum. Suspicamur nouam hanc editionem procurasse STEPH. CVRCELLAEVM, qui de eodem argumento scriptis tractauit, quemadmodum quoque allegata in hoc opusculo opera post VORSTII obitum typis euulgata sunt. PLACCIVS *Pseudon.* N. 1476. p. 396. ex *Nouuelles de la Republ. des Lettres* 1684. *Sept.* p. 206. narrat, opusculum istud, de quo PREVSSIVS cogitationes suas scripsit, a quodam Theologo Lutherano in Marchia Brandenb. esse compositum. Sed deficit probatio huius iudicii, cui ipsum argumentum aduersari videtur. Ea, quae auctor in scripto hoc proponit, paucissima sunt et a p. 3-8. vix tria folia complent. Reliquum operis spatium occupant testimonia Patrum et Theologorum allegata, ad quae prouocat p. 9-24. Auctoris propositioni p. 3. haec inscriptio, introductionis loco praemissa est: *De SS. Trinitatis mysterio, quod in S. litteris nobis religiose cognoscendum proponitur, dum modis loquendi, terminisque ex Philosophia accitis exprimitur; hoc est, Tres in vna Essentia Hypostases seu Personae esse dicuntur, et Cautione ante omnia opus est multiplici quadam, et haud temere terminos illos olim adhibitos, hodieque iure et recte eosdem retineri in Ecclesia agnoscendum est.*

Tota tractatio absoluitur quinque cautelis circa hoc argumentum obseruandis: *Prima Cautela:* vt vsui illorum terminorum diserta accedat admonitio, non

 esse

esse eos omnino vel vulgarem in modum, vel philosophica prorsus ratione accipiendos, cum ad Deum et res diuinas accommodantur Id nisi fiat, partim monstrosae opiniones ingenerari vulgo per eos possunt, partim contradictiones facile necti insolubiles. — — Certe si philosophice omnino accipiantur Termini illi, colligitur facile et τριθεοτης, tres essentiae, triplex quadruplexque in vna Deitate intellectus etc. Ad hanc cautelam praemuniendam p. 9 - 14. allegantur testimonia AVGVST. *de Trinitate.* L. V. C. 8. 9. FRANZII *disp. in Aug. Conf. disp.* 1. *Thes.* 8. GERHARDI *LL. Theol.* T. I. p. 230. Cap. V. *de natura Dei.* CALVINI *Institut.* L. I. C 13. §. 4. LVTHERI *contra* LATOMVM Tom. II. *Witteb.* p 252. et Kirchen-Postil. *Domin. Trinit.* CONR. GRASERI comment. in *Dan.* C. IX. *Exercit.* 2. p. 159. *edit. Thorun.* 1614. 4. Posthac respondetur ad obiectionem: Rationem esse captiuandam, qua occasione 1) Locus 2 *Cor.* X. 5. ita explicatur: *alienum intellectum*, *scil. vanum et deceptum*, *captiuandum esse intellectu vero et solido*, *sub obsequium Christi et verbi eius*, *non sub obsequium hominum et glossarum humanarum*, *quae contradictionem implicant.* Vel vnica haec glossa satis monstrat, non fuisse Theologum Lutheranum, auctorem scripti huius, quod etiam ex sequentibus palam fiet. 2) Notatur, quod alioquin aduersus Papatum res religionis feliciter agi nequeat. 3) Quod nos ipsos, optimo remedio ad defendendam rem nostram priuaturi essemus.

Secunda cautela p. 5. Vt ne termini modique illi, tanquam prorsus diuinitus traditi obtrudantur quibusvis, qui ab illis forte abhorreant; quia ab hominibus introducti, antiquissimis Eccl. Patribus parum noti,

et

et a Papa demum confirmati et in vſum adhibiti fuerint. Inter allegata p. 15-17. citantur teſtimonia BASILII M. *Epiſt.* 43. CYRILLI L. I. *Dial. de Trin.* SOCRAT. *hiſt. tripart.* L. III. C. 7. L. VI. C. 21. DAMASC. L. III. *de fide Cathol.* CHEMNITIVS LL. CC. Cap. II. *membr.* 4. AVGVST. L. V. *de Trinit.* C. 8. 9. et HIERON. *epiſt. ad Damaſum.* 57. 58.

Tertia cautela p. 5. Vt ne illos temere condemnemus, qui veneratione quadam ſcriptorum propheticorum et apoſtolicorum, malunt forte in phraſibus et terminis diuinitus adhibitis nude acquieſcere. Ex *vna* quidem *parte* auctor ſtatuit Papale eſſe iugum, ſi cogitata humana diuinis veritatibus adiunguntur, cum ipſe potius ſit damnandus, qui reuelationem diuinam deſerit, quam qui inuenta humana adſciſcere declinat. Hoc de argumento p. 17-20. allegantur teſtimonia HIERON. ZANCHII in *orat. poſt epiſtolas;* IO. BERGII Apoſtoliſche Regel etc. C. VII. p. 81. CONR. BERGII *prax. cathol. Diſſ. V.* §. 88. p. 625. GREG. FRANCI *conſiderat. de gradib. neceſſit. dogmatum. (Francof. ad Oder. 1628.) theſ.* 19. 20. Ex *altera parte* auctor concedit, hoſce terminos e. g. *Eſſentiae*, *Hypoſtaſeos*, *Perſonae etc.* licet in S. Scriptura non obuios, antiquitus, idque omni iure eſſe receptos. Circa hanc materiam p. 20-23. allegantur teſtimonia PHIL. MELANTH. LL. CC. p. 2. 3. 104. *edit.* 1521. 1523. *Epiſt. ad* CAMERARIVM 140. et CHEMNITII LL. CC. *Cap. II.* M. 4.

Quarta cautela: Vt talibus terminis rarius parciusque vtamur, modumque loquendi in ſcripturis vſitatum et adhibitum frequentiorem nobis eſſe iubeamus, quam illum. Et tandem *Quinta* p. 7. Vt, dum termini illi crudiores putantur, quam vt ſatis expri-

mant, aut idonei ſint, ad hoc Myſterium digne expri- mendum, fateamur, ſi digne omnino ſit exprimendum hoc Myſterium, aliis opus eſſe terminis, quam quos Philoſophia nobis ſuggerere queat: quod p. 23. teſtimonio HOORNBEECKII, *Confut. Socin.* L. II. *De Deo*, C. IV. p. 685. comprobatur.

De ſcripto hoc Io. PREVSSIVS ſub titulo paulo ante allegato ſuas concinnauit meditationes, quae huius editionis *partem ſecundam* conſtituunt p. 25-54. In his quidem in genere ſcopo libelli huius ſuum adiicit calculum, tractationem vero ipſam quoad plura momenta improbat. Primo ſemet opponit verbis inſcriptionis, loco introductionis poſitae p. 3. *haud temere terminos illos olim adhibitos*, *hodieque iure retineri etc.* putatque, quod iisdem noſtra aetate, in tanta reuelationis diuinae luce et perfectione facile poſſimus carere, et omnino temerariae eſſe mentis, eiusmodi humana inuenta et terminos artis diuinae adtexere veritati. p. 29. In tam ardua materia maximi ponderis rationes allegari debent, quae ſuaſerint ad eiusmodi terminos ſe recipere, monſtrandumque foret, maius emolumentum adtuliſſe eorundem vſum, quam abuſus detrimentum et noxam conciliauerit. Nullam coetum Chriſti cogere neceſſitatem, de rebus loqui, quas ratio non intelligit, et aliunde accerſere terminos, cum quibus in hoc myſterio peculiaris et plane diuerſus iungendus eſſet ſignificatus. Eſſe potius inventos p. 31. iudicat, vt diſſentientes circa doctrinam, ſub quodam praetextu, adfligi et opprimi poſſint, comprobante id experientia; proinde ab iſtis terminis omnino eſſe diſcedendum. His praemiſſis ad obiectionem reſpondet: Praeſtare tamen terminos iſtos hunc

vſum,

vſum, vt occludant haereticis refugia ſua, quando ſemet pariter atque orthodoxi ad phraſes S. Scripturae recipiunt, iisdemque ſententiam ſuam defendunt. Ad haec regerit: Hoc eſſe iudicium Antichriſti, quo S. Scriptura obſcuritatis et ambiguitatis accuſatur, vt inuenta humana tanquam fidei regula aliis obtrudantur, de quo ipſum aduerſarium ſuum eſſe conuictum p. 32. monſtrat, quippe qui multiplicem circumſpectionem variasque cautelas, in adhibendis terminis ſuadet, cum eorum abrogatio ſpeciem prae ſe ferret, ac ſi nos ipſa hac doctrina abdicare vellemus.

Poſthac p. 33. ſeqq. aduerſario ſuo tres proponit quaeſtiones: 1) Vtrum ratio habenda ſit metus, ſeu opinionis populi de abroganda doctrina, ſeu fide de Deo P. F. et Sp. S. ſi abrogentur inuenti humanitus ad eam exprimendam termini? 2) Vtrum non ſolum conſultum ſit, ſed etiam liceat, humanas voces contra mentem auctorum, in alium, vel neceſſarium, vel nullum ſenſum trahere, alioque ſignificatu vſurpare? 3) An non facilius, non tantum rectius ſit, Chriſtianae Eccleſiae ſiue auditoribus perſuadere, vocabula eiusmodi ac terminos exoticos falſorum dogmatum de Deo P. F. et Sp. S. aliisque articulis fidei, praecones et pallia humanarum traditionum eſſe; quam illos tot cautiones adhibendas docere, circa legitimum eorum vſum? Ad *primam* quaeſtionem reſpondet: Si cum his humani inuenti terminis philoſophicis, aliquando nihil prorſus ſignificantibus, doctrina et fides humana, inſipida et falſa de Deo P. F. et Sp. S. fuerit inuenta et introducta; illi non ea propter ſunt conſeruandi, ne quis putet, his abrogatis, ipſam quoque doctrinam iis hactenus explicatam, ſimul abrogari. Myſterium

S. Trinitatis hisce terminis non indigere, quod omnes concederent, qui solam S. Scripturam, vnicam fidei regulam venerantur; propositiones vero de S. Trinitate praeter S. Scripturam excogitatas, istis terminis carere posse. Quo igitur ab hominibus inuenta erronea de Deo P. F. et Sp. S. doctrina euertatur, vnicum istud adhibendum esse remedium, vt ex ingenio humano effícti termini, tuendae illi inseruientes, ante omnia ex fidei nostrae disciplina eliminentur. Ad *secundam* quaestionem regerit: Cum euictum sit, quod hi termini non bono ac diuinae veritati et reuelationi conueniente significatu ac sensu, recepti vsu fuerint; hinc nullo iure licitum est, illos bono adhibere sensu. Eorum enim auctores iudicio nostro subiici nequeunt, et veritati ipsi auctoritas detrahitur opinione ista, ac si illa hisce terminis indigeat. Ad *tertiam* quaestionem primum membrum tuetur ac defendit, quia vnicuique in sola S. Scriptura acquiescenti, omnes phrases extra eam ac proprio ingenio excogitatae suspectae esse debeant.

His praemissis p. 35. seqq. *quinque cautelas* sub examen vocat, de quibus in *genere* notauit, quod illae admodum difficulter rudioribus ac simplicibus inculcari queant, quibus ipsae cautelae suspectae ac periculosae compariturae sunt, verentibus, ne illarum obseruatione commendata, ipsa euerteretur doctrina. Consultius igitur videri, vt termini omnino deleantur, quod compluribus allegatis in medium productis orbi Christiano persuadere nititur. In *specie* circa *primam* cautelam monet: Nisi termini vel communi vel philosophico sensu sint accipiendi, omnino nullo sensu humano, sed diuino admittendi tantum erunt. Nemo

vero

vero Dei ſenſum, niſi ex reuelatione ſolum cognoſcit; qui vero hanc ſibi ob oculos poſitam tenet, non indiget iſtis terminis humanae artis. Aduerſus *ſecundam* cautelam, ex conceſſis in eadem infert, terminos illos, tanquam inuenta humana violenter obtruſa, eſſe reiiciendos. Circa *tertiam* putat, non ſufficere dictum in eadem: *ne temere condemnemus;* ſed omnino in hac parte iudicia et ſententiam condemnatoriam eſſe euitanda. In eo enim potius animaduerti hominem carnalem et condemnatione dignum *Rom.* VIII. 1. qui verbo diuino non contentus, inuenta humana carnali brachio confirmata adfectat, quam qui in verbo diuino acquieſcit, et ſumma erga illud reuerentia commotus, humanis inuentis renuntiat. Circa *quartam* monet, eam eſſe admittendam, ſi abrogatio terminorum ſenſim et ſucceſſu temporis perficienda in eodem ſtatueretur; ſi vero intentio eius fuerit, vt illi tanquam recti et boni ſeruentur, tum eorum vſum ne quidem arctioribus limitibus et notatis praecautionibus eſſe circumſcribendum. Tandem circa *quintam*, eliminandum eſſe iudicat MYSTERII vocabulum in doctrina de S. Trinitate p. 38. ſeqq. in quo pro ſua ſententia, vniuerſus error de Deo P. F. et Sp. S. latet, et per illud hominibus inſtillatur. Sub cenſuram igitur vocat vocabula, *Myſterium*, *Trinitas*, et *Myſterium Trinitatis*, et circa primum inique et temerario auſu iudicat: omnia illa dogmata, quae a Verbo Dei ac ſana ratione aliena, hisque contraria ſunt, titulo *Myſterii* inſigniri, et veluti priuilegio ab auctoribus ſuis donari, ne quis contra ea hiſcere audeat, niſi blaſphemus audire velit. Ipſe PREVSSIVS Myſterium in genere ita in theſi deſcribit: quod aut abſconditur ab intellectu

lectu nostro, aut abſconditum fuit per tropum antecedentis, et in hoc vltimo ſignificatu vocabulum occurrere in S. Scriptura contendit, quae ipſa conceſſa eſt nobis, vt diuina myſteria reuelaret. Myſteria vero prioris ſignificatus percontari, nemini licitum eſt, nec de iisdem loqui ac eadem explicare. Haec in hypotheſi ad S. Trinitatem adplicat, ac colligit: hanc neutro ſignificatu adpellari poſſe myſterium. Statuta enim hac definitione, vel omnino venia nobis denegata eſt de eodem loqui, vel nullum in eadem eſt myſterium, cum eius explicationem S. Scriptura nobis exhibeat. Si vero in eadem a Deo reuelata eſt Trinitas, tanquam doctrina ſcitu ad ſalutem aeternam obtinendam neceſſaria; ea ſane verbis ac phraſibus facile intelligendis et nullam emendationem ac inuenta humana admittentibus, reuelata eſt. Quod enim ad *Definitum* in hypotheſi attinet, illud diuina eſſentia per Myſterium ſignificata eſſe nequit, quia eiusdem cógnitio a nemine, tanquam ad ſalutem neceſſaria requiri poteſt, cum ne ſuam quidem eſſentiam homo cognoſcat. Hoc modo ſupra, quam par eſt, vltra S. Scripturam ratiocinaremur. Superbiam hominum et nimiam curioſitatem peperiſſe ὁμοούσιον, περιχώρησιν, ὑπόστασιν trinam, οὐσίαν vnam etc.

Tandem expreſſius mentis ſuae cogitata exponit: Cum per Myſterium S. Trinitatis, vulgo intelligatur: Quod vnicus, idem et altiſſimus ſit Deus, P. F. et Sp. S. huius vero nullum in S. Scr. reperiatur veſtigium, hinc neque *abſconditum*, neque *reuelatum* eſt myſterium, ac proinde nihil. *Reuelatum* ſane eſſe hoc myſterium nequit, cum S. Scriptura vbique doceat: neminem, praeter Patrem Dni N. I. C. eſſe vnicum et altiſſi-

altiſſimum Deum. Hoc loco p. 42. epiſtolam IGNATII ad *Tarſenſes*, (ſuppoſitam omnium iudicio) allegat, qua miniſtri Satanae adpellantur, qui docuerunt, Filium Dei, eundem Deum vnicum eſſe altiſſimum. Nec poſſe dici myſterium *abſconditum*, cum ſatis manifeſtatum illud ſit *Io.* XVII. 3. 1 *Cor.* VIII. 6. etc. reliqua eſſe additamenta humana, cum ratione et diuina veritate pugnantia, et in doctrina de Chriſti perſona quaecunque ſibi aduerſa doceri.

In fine opuſculi de *pace eccleſiaſtica*, p. 47. ſeqq. diſſerit, quatenus eidem vnusquisque, absque tamen veritatis detrimento ſtudere debeat; qua occaſione p. 52. eos diſſidii et ſchismatis accuſat, qui dogmata fidei ad ſalutem neceſſaria ſolis S. Scripturae verbis ac phraſibus idque breuiſſimis poſitionibus non proponunt, nec inuentis humanis, additamentis, libris ſymbolicis et fidei formulis, quae ſolis conſequentiis ſuperſtructae ſint, vale dicunt. Ad calcem opuſculi p. 54-62. adtextae ſunt:

13. *Literae ad amicum*, quarum duae tantum ſunt absque appoſito ſcriptoris nomine vel temporis nota. Teſtante vero praefatione L. E. ad lectorem, auctor eorum eſt *Secundus Conſiderator*, vt appellatur, ſiue Io. PREVSSIVS. In *priori* gratias agit pro communicatione *Conſiderationis Cosmopolitanae*, cum addito voto, vt vſus Terminorum, vna cum doctrina his expoſita breui tempore concidant. Declinat deinde translationem *Paraeneſis Anti-Meisneri* in linguam germanicam, quia vix terminorum in eadem occurrentium explicatio, ad rudiorum captum tradi poſſit, quod exemplo termini *Oeconomiae* euincit, cuius etiam vſus in doctrina de Deo adhuc receptus ſit, nimirum:

Patrem

Patrem et Filium eſſe vnum Deum *oeconomice* etc. Tandem notat peſſimum fore Eccleſiae Chriſtianae ſtatum, quam diu termini iſti non eliminentur.

Poſterior epiſtola p. 58. quaeſtionem tractat: Quaenam commodiſſima ratio ſit, terminos illos abrogandi? An, eorum vſus certis ſub cautelis adhuc ſeruandus, an plane auferendus? Vltimum ſuadet auctor, ſuumque conſilium experientia, expoſito exemplo in Polonia obſeruato comprobat. Ex omnimoda terminorum omniumque inuentorum humanorum ſublatione, pacem eccleſiaſticam et fraternam charitatem orbi Chriſtiano auguratur.

14. *Epiſtolae*, MSSCCtae ad varios ſcriptae, quorum quaedam ad manus noſtras peruenerunt. Inter has praecipue vna ad Barthol. Stossivm germanice ſcripta, *Cüſtrini*, vel vt vocat in *Patmo* 1659. d. 26. Octobr. ſatis diffuſa, in qua breuem ſectae ſuae in Polonia hiſtoriam, ſimul quoque defenſionem exponit, eiusque cauſſae, et concedendae eidem religionis libertati vel tolerantiae patrocinatur, ſimulque haud pauca de aduerſis vitae ſuae fatis inſpergit. Sed hanc ex MSCto in extenſo Hiſtoriae Socinianismi in Germania P. IV. c. 3. reſeruamus.

PETRVS PRZYBYTOVICIVS.

Miniſter Krupenſis, mortuus 1617. teſte Smalcio in *diar. vit.* ap. Zeltn. l. c. p. 1210. Commemoratur quoque in actis Przybytovivs qui a. 1642. ſcholam Czerniechouienſem regendam ſuſcepit. Suſpicamur proinde Przybytoviciorvm, Przybyloviorvm et Przybytoviorvm nomine eandem notari familiam, ex errore calami diuerſimode nominatam ac Petrvm Przybytovici-

VICIVM, eundem esse, qui in SMALCII *Diario* l. c. p. 1174. appellatur *P. Przybytouius*, quique a. 1601. Colloquio Racouiensi interfuisse narratur; idem enim apud SANDIVM l. c. p. 174. PETRVS PRZYBYLOVICIVS appellatur.

SAMVEL PRZYPCOVIVS, DE PRZYPCOWICE.

Eques Polonus. Mentionem SMALCIVS l. c. p. 1197. facit NICOLAI PRZYPCOVII, coetus Luclauiciensis senioris, quem 1612. d. 1. Sept. mortuum esse narrat, qui fortassis SAMVELIS pater extitit. Natus *Samuel* circiter 1592. ac positis in patria litterarum fundamentis, circa a. 1614. in Academiam Altorfinam concessit, vna cum DAN. THASSYTIO a *Luclauice*, quo tempore ibidem Sociniani motus inualescebant, vigilanti Senatus Noribergensis cura compressi. Cum enim palam factum, PRZYPCOVIVM a SOCINI stare partibus, cum ipso de discessu Altorffio sponte sua suscipiendo a. 1616. agitatum est, qui quoque breui tempore insequebatur. V. ZELTNERVS l. c. p. 374. et 529. Inde in Academiam Lugduno-Batauam semet contulit, vbi doctrinae et eruditionis haustae adolescens admodum specimina edidisse, et libellum *de pace et concordia Ecclesiae*, ab eo tunc octodecenni concinnatus perhibetur ab auctore praefationis *Operibus* eius praemissae; qui addit, tractatum hunc adeo eruditorum nonnullis placuisse, vt eum, dignum tanto parente foetum, SIMONIS EPISCOPII esse crediderint. Vid. *Vita Episcopii* p. 309. seqq. quo aetatis iuuenilis tempore quoque eundem, *apologeticon aduersus satyram* DAN. HEINSII, *cras credo, hodie nihil*, in Remonstrantes et Sarmaticas Ecclesias pungente calamo scriptam, edidisse idem praefationis auctor tradit. Cum vero posterius opusculum post Syno-

Synodum Dordracenam, cuius PRZYPCOVIVS, vt diu antea habitae meminit, publicatum sit; prior vero libellus a. 1628. quem annum ipse titulus libri prae se fert, lucem viderit, vtrumque a PRZYPCOVIO octodecenni, qui circa annum 1592. natus erat, concinnari non potuit. V. ZELTNERVS l. c.

E Belgio in Poloniam redux scriptis suis politicis et rhetoricis praecipue Apologia IANVSCII RADZIVILII, et *Panegyrico* VLADISLAO SIGISMVNDO *Pol. Regi*, sacrato, magnam nominis sui celebritatem consequutus est, sibique viam ad varios honoris gradus parauit. Erat enim Principi IANVSCIO RADZIVILIO, *S. R. Imp. Principi, Duci Birsarum ac Dubinorum etc. Palatino Vilnensi et exercitus M. Ducatus Lithuan. Generali supremo a consiliis;* Vid. RVARI ep. ad GROTIVM in illius *epp. Cent. I.* N. 28. ex edit. ZELTNERI p. 129. Regi quoque Poloniae et tandem Sereniss. Electori Brandenb. FRIDERICO GVILIELMO a Consiliis fuit, quod testimonium SANDII l. c. p. 123. et *Operum* eius titulus comprobant.

Per bellum Cosacicum a. 1648. in Polonia ortum, quod pluribus, et mox insequens exsilium, quod omnibus coetus huius sociis fatale fuit, ad extremam redactus egestatem, varia subiit discrimina, quae cum reliquo coetu communia ad a. 1663. enarrat in ep. ad *Io. Naeranum* eod. anno scripta. Posthac maximam vitae partem in aula et castris transegit. Non tantum ipsi cum fortuna minus prospera conflictandum fuit, quae totam familiam Socinianam adflixit; sed verbis magistri minime addictus, eclectici potius in religione titulum adfectans, ipsorum quoque fratrum suorum animos a se alienatos sensit. Cum enim hi placita de Christi imperio, non aeterno, sed abrogando, Christoque adeo in altera vita ad

vilitatis

vilitatis humanae sortem deprimendo, item de Magistratu et aliis quibusdam rebus, ferre non possent, diris eum deuotum obtorto collo ad Christi tribunal condemnandum quasi traxerunt; quem Papatum inter omnes fere a Papatu segregatas sectas obtinere, is, qui operum ipsius editionem procurauit, conqueritur. In Apologia ad *Seren. Electorem Brandenb.* aliisque locis, Christum Dei Filium proprie et sine figura ex Patris essentia natum adpellat, interim tamen eundem non ab aeterno, sed in tempore genitum sibi persuasit. Quamuis vero a sociis eius, quam profitebatur, religionis dissentiret, hi tamen eum non vulgari eruditione theologica instructum, longaque experientia, et rerum gestarum cura exercitatum venerabantur. A. 1663. in consessu Cruciburgi in Silesia habito, commercium epistolicum cum exteris in commodum et incrementum totius coetus instituendum, eidem propter probatam dexteritatem, experientiam, clarumque apud exteros nomen commendatum est. Per aliquot annos *Regiomonti Borussiae* domicilium suum habuit, quo vero loco ad instantiam ordinum prouinciae, licet *Sereniss. Princeps* eum tutela sua dignum iudicauerit, excedere coactus fuit. Tandem ad Borussiae terminos a. 1670. d. 19. Iunii anno aetatis 78. egestate vexatus obiit. Ex honorariis quibusdam a *Sereniss. Electore Brandenb. et Principe Radziuilio* acceptis vitam suam sustentasse, postquam e patria, velut naufragio cum suis nudus enatasset, auctor praefationis, operibus eius praemissae testatur, qui addit: "Ex honorariis — — quantum res illa pateretur, aliquot domi suae familias aluit; suum defraudans genium, quo plures benignitate sua subleuaret, nec respiciens vnici filii viduam, duosque ex illa nepotes, quibus septuagenarius et iamiam moribundus, nisi Deus

H respi-

respiceret, praeter meram esuritionem, quod legaret, non habebat." Mirandum sane est, quod vir negotiis bellicis et aulicis distractus, tantos in studio theologico et exegetico fecerit progressus, qui omnino non vulgares fuerunt. RVARVS l. c. eum vocat, elegantissimi ingenii virum. Laudes eius perstrinxit auctor praefationis, allegatae, resque ab ipso toga sagoque gestas exposuit, scriptisque eius tribuit admirandam rerum Maiestatem, verae sapientiae medullam, entheos animi sensus et profundam eruditionem. Idem notauit, quod a. 1661. cum annum ageret sexagesimum nonum, arma adhuc gesserit, et militiam tolerauerit. Praeter *Samuelem* plures in historia Socinianismi celebrantur *Przypcouii* praenominibus distincti. CHRISTOPH. PRZYPCOVIVS a. 1616. in Altorfina Academia aderat, cum SAMVEL paulo post ex ea abeundi consilium accepit. Vtrum frater, an cognatus SAMVELIS, incertum est. Nulla tamen in istis motibus Altorfinis CHRISTOPHORI fit mentio. V. ZELTNERVS l. c. p. 523. *Matthias* in actis consessus Raszcouiensis a. 1655. allegatur; et *Nicolaus* a. 1662. in actis vltimi consessus in Polonia habiti. *Ioannis* nomen, a. 1684. in Actis Synodi generalis Rutouiensis in Borussia notatur, qui in eadem Synodo ad actum disciplinae ministerialis admissus est.

SCRIPTA:

Prodiit operum, plurimorum saltem collectio sub hoc indice: SAMVELIS PRZYPCOVII, *Equitis Poloni, et Consiliarii Electoris Brandenburgici cogitationes sacrae ad initium Euangelii Matthaei, et omnes epistolas Apostolicas. Nec non tractatus varii argumenti, praecipue de iure Christiani Magistratus. Quorum catalogus post praefationem exhibetur. Eleutheropoli, anno salu-*

tis

tis 1692. *fol. pagg.* 880. vel Alph. 10. Certo quidem respectu opera haec pro adpendice *Bibliothecae FF. PP.* reputari possunt, quam quoque non adeo longe post sequuta sunt, cum qua etiam ad eundem scopum tendunt, eandemque disciplinam propugnare student; non tamen proprie partem et peculiarem tomum huius Bibliothecae constituunt, quod *Buddeus in Isagog.* p. 1350 et *Reimannus in Catal. Biblioth.* p. 639. putarunt. Ille l. c. p. 1757. de his operibus ita iudicat: "Quantumuis auctori constitutum non fuerit, quae a CRELLIO, SCHLICHTINGIO, aliisque enucleata sunt, pertractare; re vera tamen nihil aliud profert, quam quod in Socinianorum scholis didicit. Quod tamen ita intelligi non debet, ac si ipse *Przypcouius*, nihil noui ac ex proprii ingenii penu in publicum produxerit." V. MICH. LILIENTHALII *Biblioth. exeget. Sect.* II. C. I. p. 584. In praefatione varia, vitam huius scriptoris illustrantia collecta reperiuntur, nec non epistola eiusdem, quam quoque LVBIENIECIVS l. c. C. XVII. p. 278-285. inseruit. Auctor praefationis reprehendit vulgarem opinionem, qua nemini, nisi Theologo fas esse tractare scientias theologicas iudicatur; deinde in laudes PRZYPCOVII excurrit, et quo ordine scripta concinnauerit, quidque in illis contineatur, recenset. Scriptorum Catalogum, praeter SANDIVM l. c. Io. FABRICIVS exhibuit in *Hist. Biblioth.* P. II. p. 80. seqq. quibus tamen a nobis addi poterit supplementum, cum magnae molis Volumen MSC. formae 4. huius auctoris scripta complectens ad manus nostras peruenerit.

1. *Vita* FAVSTI SOCINI *Senensis, descripta ab Equite Polono.* Anno MDCXXXVI. 4. *pagg.* 34. PRZYPCOVIVM

eiusdem esse auctorem, extra dubium est. Exemplari, quod ipse possideo, auctor manu propria nomen suum in titulo addidit. Intexta est *Bibliothecae FF. PP.* et SOCINI operibus praefixa T. I. Repetita in PRZYPCOVII Opp. fol. 419. seqq. Prodiisse eandem belgice 4. sine anni significatione, et a. 1663. 4. nec non 1664. 8. *Sandius* testis est l. c. p. 126. Belgicam versionem a. 1663. et 64. 8. prodiisse, ANTON. TEISSERIVS testis est in *auctuario Catalogi auctorum etc.* p. 240. Prostat autem praeterea alia editio latina, nec a *Sandio*, nec aliis comemorata, in forma 12. hunc titulum prae se ferens: *Vita* FAVSTI SOCINI *Senensis, descripta ab Equite Polono. Cui accedit dissertatio* (de summo bono Christianorum) quam FAVSTI SOCINI *operibus praemitti voluit Eques Polonus. Cum catalogo operum eiusdem* FAVSTI SOCINI. *Eleutheropoli, typis Godfridi Philadelphi* 1651. *pagg.* 46. vitae SOCINI, et *dissertationis pagg.* 34. *praefat.* et *catal. scriptorum* SOCINI *pagg.* 10. Dissertationi adiunctae peculiaris titulus praefixus est. Extat quoque libelli huius versio germanica, cuius *Sandius* nullam fecit mentionem; vid. sub *Pastorio* Num. 22. p. 595. Anglice quoque lucem vidit, *Lond.* 1653. 8. teste *Catalogo Biblioth. Bodleianae* THOM. HYDE, T. II. p. 170. Circa comparationem in fine vitae F. SOCINI, inter hunc et IGNATIVM LOIOLAM instituta, Theologus Anglic. GE. ASHWELLVS de SOCINO et SOCINISMO, *Oxon.* 1680. 8. meditationes suas adprime conuenientes exposuit.

2. *Dissertatio, de Christianorum summo bono.* 1636. 4. *pagg.* 26. Adiuncta est vitae *Socini*, et cum hac quoque operibus *Socini* praemissa et PRZYPCOVII *Opp. fol.* 429. seqq. inserta. Vid. N. 1. Praefatio dissertationi prae-

praemiſſa haec eſt: "Venit ad te candide lector, et vſibus tuis ſe deuouet erudita *Equitis Poloni* diſſertatio. Eam ante aliquot annos flagrans pietatis ardor expreſſit, vt, quia FAVSTI SOCINI opera, ſub praelum a nobis tum reuocanda erant, vna cum vita eiusdem prius in veſtibulo te, aeditui ritu exciperet, quam in eorum adyta penetrares. Sed cum inuiderint nobis laudabilis voti ſucceſſum iniqua veritati tempora, et ſcriptorum SOCINI editionem vsque diſtulerint, in noua conſilia animus flectendus fuit. Vitam proinde FAVSTI diuulſam a ſocia diſſertatione publico dare viſum eſt, vt agnoſcat tandem orbis ingens illud coeli depoſitum, et quem natalium ſplendorem ſors aſpera ſepeliuerat ſpirante, is iam fatis functo reuiuiſcat, et ad meritam ſui venerationem mentes hominum accendat. Verum vita illa edita, haec quoque diſſertatio mordere carceres, et poſt longa moleſtae cuſtodiae taedia, foras ſpectare coepit. Nos initio quidem ambigui aliquamdiu et animi ſuſpenſi ſtetimus. Monebat hinc inſignis commodi ſpes, eique iam alludentia ſigna, vt emitteremus cupientem: ſed illinc longo a nobis interuallo diſſitus auctor obſtabat, ſine cuius ſuffragio praecipitare editionem inconſultae temeritatis videbatur. Vicit tamen vtilitas tandem et ancipitem dubitandi curam ſic abſtulit, vt ab auctore feſtinati officii expectare veniam, quam apud alios neglecti culpam contrahere maluerimus etc."

In fine p. 26. (et in editione, a. 1651. 12. poſt paginam 34) haec ad lectorem addita ſunt:

Autor diſſimulat nomen: tu noſſe laboras:
Edidimus nomen: nec tamen edidimus.

Nomen autoris αναγραμματισθεν,
SAPIS CVM ZELO PVRIVS.
Num ſine flagranti pura eſt ſapientia Zelo?
Cum Zelo ſapiens purius ergo ſapis.

Peculiare folium, ſcripto huic adtextum haec habet: "SOCINI *ſcriptorum elogium e* BODECHERO *ineptiente.* Veritas agnoſcenda eſt vbique. Nec enim accipit pretium ſuum a perſona, ſed ei dat: Nec poſſumus hoc loco, quin teſtimonium illud demus SOCINO, qua parte cum orthodoxis conſpirat: Audiat Chriſtianus orbis, ſi velit: Punctim diſputat; largitur aduerſario, quicquid poteſt, ſine veritatis et cauſae praeiudicio: vbi premendus eſt, ibi pedem figit et conſcientiam vrget: ſcripturis potius quam hypotheſibus pugnat: et rationibus, non praeiudiciis, vti fere ſolet CALVINI ſchola: non ſtat intra contortulas quasdam captiones; non quaerit effugia, ſed iugulum cauſae petit. Reperiunt in eo Athei, Iudaei, gentiles, pontificii, quod agant; ſecus quam in Caluiniſtarum ſcriptis."

3. *Gratulatoria Principi* IANVSSIO RADZIVILIO, *Satrapae Samogitiae ac Duci Camp. M. D. Litthuaniae ex Coſaccica expeditione reduci.* (1649.) MSC. polon.

4. *Apologia pro Illuſtriſſimo ac Celſiſſimo Principe Ianuſſio Duce Radziuilio, S. R. I Principe, Duce Birſarum et Dubincorum etc. quondam Palatino Vilnenſi, exercituum M. D. Litth. ſupremo generali.* 4. pl. 8. absque auctoris, temporis et loci, quo impreſſa eſt commemoratione. Inſerta eſt operum collectioni fol. 403. Scripta in patria poſt obitum Principis, a quo culpam calamitatum publicarum, quae Litthuaniam oppreſſere, et clandeſtini cum hoſtibus conſilii et conſpirationis amolitur.

5. *Pane-*

5. *Panegyricus honori et gloriae Sereniss. et Potentiss. Princ. ac Dni, Dn.* VLADISLAI SIGISMVNDI, *Reg. Polon. M. D. Litthuaniae etc. nec non Succor. Gothor. Vandalor. Regis haereditarii, electi Magni Moscouiae Ducis: dicatus ab Equite Polono.* 1633. Insertus eodem loco, fol. 405. seqq.

6. *Dissertatio de pace et concordia Ecclesiastica, antehac edita sub nomine* IRENAEI PHILALETHI; *Eleutherop. typis* GODFR. PHILADELPHI a. 1628. 12. et secunda vice 1630. 12. ex auctoris MSCto emendata et aucta. Tandem recusa in Opp. PRZYPCOVII *fol.* 373. *seqq.* In germanicam quoque translata linguam sub tit: Von dem Friede und Einträchtigkeit der Kirchen. Tribuebatur olim in Anglia scriptum hoc IOANNI HALESIO, ab ANTONIO WOOD *in Athen. Oxon.* In Anglic. quo linguam translatum prodiit *Lond.* 1653. 8. et insertum reperitur scriptis rarioribus, sub tit. PHENIX etc. *Lond.* 1708 8. in lucem emissis, N. 22. addito Io. HALESII, nomine. EPISCOPIVM esse auctorem, LIMBORCHIVS in vita eiusdem omnino negat. V. ECKARDI Monathl. Auszüge. 1701. M. Mai. p. 47. PLACCIVS *Pseudon.* N. 2100. p. 497. Sub nomine IRENAEI PHILADELPHI non autem *Philalethi*, quod PLACCIVS perhibet l. c. LVDOVICVS MOLINAEVS latitare voluit, in epist. ad RENATVM VERDAEVM, i. e. ANDREAM RIVETVM. V. PLACCIVS l. c. N. 1474. p. 395. SAM. vero PRZYPCOVIVM dissertationis huius esse auctorem, dubium nullum est, falsum vero, eundem iuuenem XVIII. annos natum in lucem protulisse istum foetum. Scopum sibi proposuit suadere tolerantiam omnium, quotquot apertam animi malitiam non produnt, haereticorum, et euincere, Vnitarios, si cum illis sentire

non libet, ſaltem tolerandos eſſe; adeoque differit de ſorte veritatis et innocentiae: de neceſſariis ſcitu de Deo et Chriſto, fideique partibus: Amorem erga Deum et Chriſtum ſincerum ad ſalutem ſufficere, cumque in errantibus eſſe poſſe: quamuis fides et Sp. S. ſint Dei dona, haec tamen errantes etiam habere poſſe: ſolam inobedientiam et incredulitatem excludere a ſalute aeterna, non nudos mentis errores: ad illam neceſſaria eſſe pauca et ſimpliciſſima; tale vero non eſſe vulgatum dogma de Trinitate: in hac vita non dari perfectam Dei myſteriorumque diuinorum cognitionem, et ſufficere ad ſalutem, fidem, ſpem, ac charitatem: Socinianos non ambitionis, auaritiae, voluptatum, aut ſuperſtitionis gratia ita ſentire, nec vlla malitia peccare, ſed nuda ſalutis ſuae cura: Scripturae auctoritatem auctoritati Eccleſiae praeferendam: CALVINI fatalem praedeſtinationem peiorem eſſe negatione Trinitatis: haereticos ſeu diſſentientes, citra impietatem aut inobedientiam, tolerandos, verosque haereticos eſſe, qui Spiritui S. per ſcripturam loquenti reſiſtunt.

Auctor praefationis agit de reformatione Eccleſiae et via ad ſalutarem Dei et Chriſti cognitionem, quam, non humano ingenio, vel quantacunque etiam eruditione ſcholaſtica, ſed ſola Dei voluntate gratioſa niti, dicit; hanc vero in eo conſiſtere, vt agnitis mentis tuae tenebris humiliter et deuote legas ac mediteris S. litteras, petens cum coeco illo *Marc.* X. 47. a Chriſto illuminationem his, aut ſimilibus verbis: *Da Domine, vt videam. Diſſertationis* huius, nec non *Panegyrici* N. 5. RVARVS cum laude meminit, *Epp. Cent. I.* p. 166. et 168.

7. *Co-*

7. *Cogitationes sacrae ad initium* MATTHAEI (videlicet a *Cap. I.* vsque ad *Cap. VI.* 24.) *et epistolas Apostolicas, excepta ea, quae est ad Ebraeos, cum responsione ad notas amicas,* (ANDREAE WISSOWATII,) *cogitationibus in epist. ad Coloss. oppositas. Cogitationes in Euang. Matthaei* iam antea sub nomine IVLII CELSI, prodiisse, PLACCIVS testis est, *Pseudon.* N. 601. p. 172. Fortassis opera Io. NAERANI. V. N. 21. Operi huic cogitationum titulum fecit auctor, ne quis lectorum putaret, ipsum in iis plenam, et cui nihil addi posset, sacrorum librorum explicationem polliceri. Non enim textum vbique sequitur, sed meditationes in dogma aliquod theologicum, secundum placita sua instituit, vel practicam quandam doctrinam inculcat. Quod Christus *Matth.* C. V. se venisse, vt impleret legem, ait, secundum auctoris mentem idem est, ac perfectiorem eam reddere. Cum *Matth.* VI. Christus nos precari iubet, vt Dei regnum adueniat, de regno Dei in his terris id auctor accipiendum esse vult, et inde feliciorem regni Dei statum in his terris sperandum perpetuo esse colligit. Regnum enim Dei, cum nunc quoque inter nos vigeat, maiorem eius gradum his precibus a nobis postulari existimat, qui tum ex maioribus Ecclesiae nunc florentis in fide et charitate augmentis, tum ex Antichristi destructione, Iudaeorumque conuersione orbi Christiano sperandus videatur. Cuius aeui felicitatem ipsis Apostolicis temporibus, et ab antiquissimis Ecclesiae Patribus creditam esse contendit. Illorum tamen sententiam ideo factiose explosam esse dicit, ab iis, qui per illata clanculum e Philosophia gentili in Religionem Christi Gnostica dogmata, introducta potenti factione, Ecclesiam cor-

ruperint, quoniam iſta ſuos aſſeclas irrepentem tunc parum ſinceram in Eccleſiam doctrinam moresque deprauatos improbare, ac beatius aeuum optare atque exſpectare arguebat.

Cogitationes in Apoſtolicas epiſtolas, quamuis viam orthodoxis S. Scripturae interpretibus obſeruatam non ſequantur, magis tamen ad textus explicationem faciunt; ſenſus enim et intentio ſcriptoris ſemper, licet breuiſſimis oſtenditur. Et quamuis ſuorum interpretationibus vt plurimum adhaereat auctor, non pauca tamen etiam occurrunt, in quibus vel in plane diuerſa ab iis abeat, vel nouis argumentis et illuſtrationibus ab iis iam obſeruata exornare nitatur. In explicatione 1 *Cor.* XVI. 29. CRELLII, SCHLICHTINGII aliorumque ſequitur veſtigia, qui in Eccleſia primitiva Baptismum pro mortuis obtinuiſſe putant; in eo tamen ab iis abit, quod ipſi tanquam errorem iſtud in primis Chriſtianis condemnent, ex quo argumentum ſaltem *κατ' ανθρωπον* PAVLO ſubnatum eſſe ſibi perſuadeant; ipſe vero caruiſſe errore hanc pro mortuis baptizandi ceremoniam contendat, dum cum illa opinione, ac ſi prodeſſet defuncto pietas aliena, non coniuncta, ſed ſolum in aedificationem Eccleſiae adhibita fuerit. Baptismum aquae ſcilicet externum et quaſi ceremoniale ſignum, quod aliquis ad populum Chriſti adiectus ſit, ex communi ſuorum hypotheſi, eſſe ſcribit: quod ipſum per ſe, et nude ſine ea, quam deſignat, hoc eſt vera ac reali ad populum Chriſti acceſſione, quae fiat per generationem, baptizato non proſit: natura tamen ſua etiam ita conſideratum Eccleſiae multum proſit, cuius oculis palam fiat, populum Chriſti incremento ſuo augeri, quin et multos

alios

alios ad idem faciendum inuitet. Sed quomodo, inquit, defunctorum acceſſione aucta credi poterat Eccleſia, cum potius morte eorum diminuta videretur? et reſpondet, ob reſurrectionis ſpem, non tanquam interierint, ſed tanquam adhuc in Eccleſiae cenſu permanſerint, vita functos eiusmodi conſideratos fuiſſe. Ex quibus etiam argumenti Apoſtolici robur multo clarius liquere arbitratur.

Cogitationibus in Epiſtolam ad *Coloſſenſes* ſubiungitur *reſponſio ad notas amicas in ſacras ad epiſtolam* PAVLI *ad Coloſſenſes cogitationes.* Diſplicuerat *Wiſſowatio* inter alia etiam diſtinctio, qua PRZYPCOVIVS in expoſitione *Col.* I. 15. occaſione loci 1 *Cor.* XV. 24. vſus fuerat, inter poteſtatem nimirum Chriſti ordinariam et extraordinariam. Illam eſſe dixerat, qua Chriſto omnis ſiue in coelo, ſiue in terra poteſtas a Patre tradita eſt, quam dependere tamen ſemper ab illo tradit; hanc vero in ſpecie poteſtatem iudicii exercendi adfirmauerat, quae ita abſolute Filio tradita ſit, vt Pater neminem iudicet. Huius, non illius finem in praedicto Ep. ad *Corinth.* loco ſignificari noſtri auctoris eſt ſententia, aliter ſtatuentibus plerisque Socinianis, et WISSOWATIO, qui vtramque hanc poteſtatem tollendam eſſe affirmantes, Chriſto in altera vita vix quicquam, quod vltra reliquorum beatorum ſortem adſcendat, relinquendum eſſe ducunt. Neceſſariam autem prorſus eſſe auctor ſibi perſuadet hanc diſtinctionem, ad depellendas aduerſariorum coetus ſui, vt vocat, calumnias, quibus quosdam fratrum ſuorum vltro occaſionem dare queritur, cruda nimis et iniqua loci illius 1 *Cor.* XV. 24. explicatione, in qua errare ipſos ſatis prolixe oſtendit. V. *Act. Erud.* 1692. p. 414. ſeqq. Ex

Ex collatione Cogitationum in epiſtolam Pauli ad *Coloſſenſes*, typis exſcriptarum, cum MSCto quod hanc cogitationum partem continet, et in volumine allegato Opp. *Przypcouii* MSCto p. 227-336. obvium eſt, manifeſto conſtat, editorem cogitationum PRZYPCOVII haud pauca in his commutaſſe, imo ſuas haud raro addidiſſe meditationes, vt aliud pene opus videatur. Idem quoque iudicandum de reſponſione ad notas amicas etc. quam volumen illud MSCtum continet, quaeque omnino immutata, pluribusque additamentis aucta comparet in Opp. PRZYPCOVII *fol.* 196. ſeqq. Quae his inſertae ſunt cogitationes, in *epiſtolam* ad *Theſſalonicenſes ſecundam*, magis conueniunt cum MSCto, quod ad manus noſtras peruenit, cui quoque p. 337. adtextae ſunt *obſeruationes de cogitationibus eximii Viri, in epiſtolam ad Coloſſenſes*, quae ANDREAM WISSOWATIVM auctorem agnoſcunt, cuius nomen in margine adſcriptum animaduertitur.

8. *Apologia afflictae innocentiae ad Sereniſſ. Elect. Brandenburg.* FRIDERICVM GVILIELMVM, *Ducatus Pruſſiae Principem.* Videtur authentica ſcripti huius lingua fuiſſe gallica, qua ipſa calamo deſcriptum, nec iſto tempore typis impreſſum Principi oblatum. Latina (vt putamus) verſio collectioni ſcriptorum PRZYPCOVII fol. 451. ſeqq. inſerta pluribus vicibus calamo deſcripta ad manus meas venit. In eadem calumnias, quas coetus ſui ſociis perperam impingi conqueritur, diſſipatis, miſericordiam in Principis animo excitare, ac ſibi ſuisque ſedem in *Boruſſia* concedi efflagitat. In MSCto Volumine Operum PRZYPCOVII ad marginem notatum legitur, d. 20. Martii 1666. exhibitam eam eſſe Seren. Principi.

9. *Hy-*

9. *Hyperaspistes*, *s. defensio* APOLOGIAE *ab extorribus et afflictis Regni Poloniae et M. D. Lithuan. Ecclesiis in Prussia periclitantibus*, *Sereniss. Electori Brandenb.* FRIDERICO WILHELMO, *etc. etc. etc. oblatae et Illustrissimi Ducatus Prussiae Ordinibus traditae* a. 1666. Eodem loco inserta p. 451. seq. Scriptum hoc in Volumine MSCto Opp. PRZYPCOVII, allegato reperitur p. 79-170. ex quo titulum exscripsimus. In eodem opiniones et errores Iudaizantium, vel proxime ad hos accedentium, atro notantur calculo. Proinde contra quam plurimos sectae alias SOCINI addictos prolixe agit, vtpote qui conuersioni Iudaeorum nimium intenti, vt opiniones suas eorum captui magis accommodarent, nimis abiecte de Christo sentiebant, cuius regnum intra breues regni terreni metas includebant, et naturam eius in coelis gloriose viuentis, in humanae vilitatis ordinem redigebant. Aduersus hos aliosque in contrarium sentit auctor, monstratque Dominum N. I. C. non per Metaphoram (*), sed proprie dictum *Filium Dei* censendum esse: eundem proprie loquendo esse et vocari *Filium Dei* vnigenitum: eumque genitum ex essentia Patris: duas in Christo esse naturas, humanam et diuinam: Filium Dei, nunc in coelis regnantem, non humanam, sed coelestem ac diuinam naturam habere, ideoque *diuinam substantiam et natura Deum* vere ac proprie dici posse ac debere: denique regnum Christi, Deo Patri subordinatum et ab

(*) IOANNEM MOLTHERVM, Professorem olim Marpurgensem, Metaphoricam Filii Dei generationem, nec non Metaphoricam Sp. S. processionem, asseruisse, ANDR. CAROLI in *Memorab.* Eccl. ad annum 1619, T. I. p. 486. notauit. HERMANNVM quoque ROELLIVM, Profess. Theol. Franequeranum, *secundam Deitatis personam improprie dici genitam* publica thesi defendit a. 1689, quam Collega ipsius CAMP. VITRINGA ad examen vocauit.

ab eo dependens, aeternum ac perpetuum esse, temporarium autem esse absolutum illud in Ecclesia. Quamvis vero auctor de Christo magis honorifice, quam coeteri ciuitatis suae homines senserit, tantum tamen abest vt intaminatam veritatis lucem illis multo propius ac sincerius conspexerit; vt subtilius potius errasse, quam melius veritatem cognouisse, reputandus sit. Diuinam enim quidem naturam aeque ac humanam in Christo agnouit; sed illam succedere humanae, quam expellat, sibi aliisque persuadere adlaborauit.

10. *Historia Ecclesiarum Vnitariorum Regni Poloniae etc.* Operis huius concinnandi negotium, publico Synodi decreto iam a. 1627. ipsi impositum est, in quem finem fratribus quoque demandatum, vt ipsi documenta, historiae coetus iam inde ab initio inseruientia et vndiquaque conquirenda traderent. Idem in quam plurimis Synodorum constitutionibus repetitum et tandem a. 1663. in Synodo *Cruciburgi* in Silesia habita, ad conscribendam hanc historiam inuitatus est. Ex communi fama opus hoc historicum incendio periit, cum auctor fuga ex Polonia vitam eripere cogeretur.

11. *De libertate conscientiarum tractatus in duos libros distinctus: verum vnus tantum liber absolutus est.* MSC. Ita allegat SANDIVS l. c. p. 126. Vulgo creditur vniversum opus periisse, quod vero ad nos peruenit, cum operibus MSSCC. auctoris insertum sit. p. 171-215. Titulus est: *De libertate conscientiae fragmentum eiusdem* SAM. PRZYPCOVII. Argumentum operis ipse additis verbis indicat: *Homines ad Christianam Religionem cogendos non esse.* Praefationem hoc modo auctor inchoat: "Acturus caussam humani generis, de-

pre-

precor (si fas est) sinistra mortalium iudicia. Supervacuum erat apud eos, de quibus bene merearis, fauorem officio quaerere. Sed eo ciuilitatis seculum delapsum est, vt quomodo pro iniuriis gratiae agendae, ita beneficia sint excusanda. Totum id, quantumcunque est operae pro asserenda hominum ingenuitate susceptum est. Non inuidendam officii mercedem postulo, vt fauere suis commodis velint et plaudere libertati. Quod si vnquam alias fuit, nunc certe impetrare par est, cum caede et sanguine populorum, vastitate et ruinis prouinciarum ac supremo nutantium Imperiorum discrimine quaeritur non sine stolidae plebis applausu, quod sanis mortalium votis maxime fuerat abominandum. Seruitutem publicam designo, quae non modo apertos pectorum motus, sed ima mentium penetralia tristi ac morosa disciplina coerceat. Lugubre quondam seruitii iugum ingenuis gentibus visum est, quoties vita et fortunae populorum ab alieno arbitrio penderent. Tamen aliqua solatii pars fuit, in plano ac solido seruitio verbis, saltem inanibus vmbram libertatis amplexari. Vbi voces quoque dominatione subactae sunt, neque de praesentibus malis queri licuit, tristi omnes silentio defixi, dabant quem poterant, sepultae libertati luctum. etc." Nouem capita in hoc scripto supersunt; 1) Auctor praefatur de coactione et religione, item de iis hominis actionibus, quarum nomine coactioni obnoxius est. 2) Totius operis diuisionem in duas partes et sciagraphiam exponit, ex qua colligitur, minimam eius partem nostram tulisse aetatem. 3) Hominem ad externas actiones cogi non posse; 4) Nec ad internas, et quidem 5) ad intellectus atque interioris sensus iudicia; 6) Multo minus

nus ad actiones voluntatis aut appetitus; 7) Religionem Christianam ac primum sententias eius cogi non posse; 8) Nec actiones religionis Christianae; 9) Quid coactio vtrobique in homine atque religione soleat efficere. In fine capitis notatur, primam instituti operis partem ad finem esse ductam. Quod libellum hunc ad sui coetus preces concinnauerit, infra N. 44. notauimus.

12. *De iure Christiani Magistratus et priuatorum in belli pacisque negotiis.* Insertum est collectioni operum fol. 685. seqq. Cum auctor videret materiam hanc a suae Societatis scriptoribus non satis accurate, et vt par censebat, tractatam; imo potius non nullos ex his in fanaticas circa eam opiniones incidisse animaduerteret, quin ipsum quoque SOCINVM non satis sibi in hoc argumento constitisse; hinc in scripto hoc sententiam quam plurimis sectae suae aduersam propugnauit, licitum esse Christi ciui ad reipubl. clauum sedere, supplicia capitalia decernere, bellum gerere, et sub militia stipendia merere, profligatis aduersariorum ex fratribus suis, argumentis in contrarium ab his prolatis, maxime a IOACH. STEGMANNO *Iun.* et DAN. ZWICKERO.

13. *Apologia prolixior, tractatus de iure Christiani Magistratus etc.* contra IOACH. STEGMANNVM *Iun.* qui, vt auctor praefationis operibus PRZYPCOVII praefixae loquitur, cerebroso ac stomachoso ipsum scripto oppugnauerat. Inserta operibus fol. 737. seqq. Vid. sub IO. HARTIGFELD N. 3. p. 414.

14. *Vindiciae tractatus de Magistratu, contra obiectiones* DAN. ZWICKERI (non SWIKKERI, quod in praefatione Opp. *Przypc.* occurrit.) Insertae quoque sunt colle-

collectioni operum fol. 853. seqq. ZWICKERVS, qui ea, quae ipse de hoc argumento scripserat, a PRZYPCOVIO conuelli et incommodis consequentiis vrgeri cernebat, multum stomachatus videtur, in suo aduersus hunc libro, praecipue vero iniuriam sibi factam esse conqueritur, quod varia, quae ne per somnium quidem in mentem sibi venisse ait, tanquam ex sua sententia fuerint prolata. Has aduersarii sui obiectiones auctor lepide retundit, hoc ipso tamen apud Vnitarios fauoris iacturam sibi contraxit. De his aliisque PRZYPCOVII scriptis auctor praefationis iudicat, ea non triuiali, ieiuna, ac sterili, sed mascula et frugifera eruditione refertissima esse, illustri documento, quantum differat mens rebus agendis, longoque vsu exercitata, ab animis domi suae situ ac pituita sua semper marcentibus, quibus iudicii acies hebescat.

15. *Apologeticon aduersus satyram V. Cl.* DAN. HEINSII, *cui titulus:* CRAS CREDO, HODIE NIHIL. 1644. 4. Insertum est Operibus fol. 389. seqq. Auctor praefationis satyram istam vocat mordacem et scurriliter facetam, vbi HEINSIVS proterue despuerit et omnem animi virulentiam euomuerit in integerrimos viros Hollandiae Ordines, a. 1618. a clauo regiminis reiectos, et *Vtenbogardum*, *Episcopium* aliosque quos eadem procella prostrauerat. Addit PRZYPCOVIVM iuuenili, sed modesto impetu ita senis purulentam compressisse maledicentiam, vt tela in bonorum innocentiam contorta, repercussa leuiter, in auctorem suum resilierint.

16. *Periphrasis orationis Dominicae.* Simile scriptum ION. SCHLICHTINGIVS concinnauit.

17. *Oratio ad Deum O. M.* carmine elegiaco.

18. *Oratio ad Christum Filium Dei*, eiusdem generis carmine. Tria haec scripta adtexta sunt ANDR. WISSOWATII *Stimulis virtutum, frenis peccatorum.* Amstel. 1682. 12. Duo posteriora in versus polon. translata a quodam, sub litt. Z. M. latente.

19. *Iudicium sinceri et antiqui maiorum moris retinentis, nec minus religionis, quam patriae suae amantis Catholici de libello Ordinibus Regni Poloniae a P.* NICOL. CICHOVIO *S. I.* oblato, cui titulus est: EXHORTATIO AD EQVITES POLONOS, VT CONSTITVTIONI REGNI CONTRA ARIANOS, IMO SOCINIANOS LATAE, FIRMITER ADHAEREANT, polon. 4. Absque temporis et loci, quo impressum, mentione; insertum operum collectioni fol. 437. seqq. *Ill.* ZALVSCIVS *in conspectu* p. 44. N. 324. CICHOVII libellum allegat, in quo classicum cecinit contra Vnitarios, atque eorum proscriptionem promouit; cui PRZYPCOVIVS iam in exsilium eiectus, sub larua papicolae cuiusdam caussam illorum tuetur, quamque illegitimis modis contra patrias leges, cum suis expulsus sit, ostendere satagit, et argumenta Iesuitae, Nobilium animos aduersus *Vnitarios*, quos grauissima quaeque ob dissensum in religione pati voluerat, concitantis repellit eiusque instituitum tam Reipubl. quam ipsi Catholicae religioni obesse, ostendit.

20. *Animaduersiones apologeticae, in aculeatum* IO. AMOS COMENII *aduersus Ecclesias recens in Polonia afflictas libellum, cui titulus:* ADMONITIO DE IRENICO IRENICORVM. *Operibus Prz. insertae sunt. fol.* 475. seqq. V. sub ZWICKERO. Auctor eam COMENIO fuisse caussam animaduertit, quod labefactatam inter Reformatos fidem suam, ob susceptum vaticiniorum, falsi euen-

tus

tus mox conuictorum, patrocinium videns, commodiorem restaurandae illius viam non inuenerit, quam si Vnitarios, in quos Reformatorum animos eo tempore maxime exacerbatos nouerat, scripto adgrederetur. *Irenicum* autem istud, quod scribendi materiam COMENIO dederat, Socinianum auctorem habere PRZYPCOVIVS negat, contra omnem veritatem, cum DAN. ZWICKERVM foetus istius esse patrem, extra omne positum sit dubium; quamuis id facile concedendum, hunc multa etiam Socinianis aduersa et alibi et in libro hoc suo statuisse, imo Mennoniticae etiam sectae plurimum fauisse. De hoc PRZYPCOVII libello ita auctor praefationis operibus praefixae inquit: "In apologeticis animaduersionibus suis Io. AMOS. COMENIVM, canis titulo gloriantem et maledicendi cacoëthe prurientem, venusto quidem sale fricauit, non tamen, quibus dignus erat modis exornatum ac depexum dedit."

21. *Responsio ad scriptum Generosi Dni* NIEMIERICII, *Archicamerarii Kiouiens. Cunctos in Regno Polon. ad amplectendam Graecanicae Ecclesiae religionem, ad quam ipse transierat, adhortantis, e polon. latine reddita, titulo* DEFENSIONIS, *sub nomine* IVLII CELSI. Vid. PLACCII *Pseudon.* N. 601. p. 172. Eodem loco inserta, *fol.* 533. seqq. Agit auctor de notis Ecclesiae, deque necessitate priuato iudicio in examinanda publica Ecclesiae doctrina vtendi, item de impedimento reformationis, quod est conscientiarum inter ipsos Reformatos oppressio. Caussam, reformationis cursum velis remisque incitatum, retardantem allegat, nempe praecipuas in orbe Christiano gentes, Italos, Gallos, Hispanos, qui a seruitute Antichristi ad con-

ſcientiarum libertatem adſpirabant, animaduerſa inter ipſos Reformatos conſcientiarum oppreſſione, ſtitiſſe gradum et retro regreſſos. Inprimis ad quaeſtionem reſpondet: *An Diſſidentes ab Eccleſia Romana et Graeca, dogmata et ritus Eccleſiae Orientalis illaeſa conſcientia recipere poſſint?* Vnde ad omnium fere dogmatum, circa quae controuerſiae motae fuerunt, examen deſcendit, ac reformationis et a corruptis coetibus ſeceſſionis patrocinium in ſe ſuſcepit, haud paucos in NIEMIERICII confeſſione errores oſtendit, ordinisque monaſtici vanitatem demonſtrat.

Quod ad nomen IVLII CELSI, quo auctor latere voluit, adtinet, PRZYPCOVIVS in epiſtola ſcripta *Regiomonti* 1663. in ipſo autumnali aequinoctio, ad amicum ſuum Io. NAERANVM, hunc enixe rogat ac vrget, ne quid ſub vero nomine ſuo, ſe vivo et inſcio in lucem prodeat. Quod ſi quid forte aliqua eruperit, praeſtare, vt eorum, quae diſplicebunt, odium et inuidiam IVLIVS CELSVS ſuſtineat. Ex quibus probabiliter colligimus ipſum NAERANVM operi huic in lucem emittendo ſuam commodaſſe operam.

22. *Demonſtratio, quod neque Pater Dni N. I. C. per metaphoram Pater, neque Filius eius Vnigenitus per metaphoram eandem Filius dici queat aut debeat.* Eodem loco inſerta fol. 597 ſeqq. Auctor ea, quae in ſcripti, ſupra n. 9. recenſiti, prioribus capitibus tractauerat, per totum hunc libellum vel contra tum in lucem emiſſum recenter tractatum, vel (quod in MSC. notatur) aduerſus ION. SCHLICHTINGII comment. *in Euang. Ioannis*, vindicare adnititur. In *MSCto* Volumine, cui hic libellus inſertus reperitur p. 57-68. in margine, rubro attramento haec notantur: SAM. PRZYPCOVIVS a. 1664. *in exilio* ELGOTAE. 23.

23. *Religio vindicata a calumniis Atheismi, contra epistolam F. M. Eleutherop. apud* CHRISTIAN. AMMONIVM. 1672. 12. Ibidem *fol.* 600. seqq. insertus liber, obstetricante CHRISTOPH. SANDIO *Iun.* lucem adspexit. Hunc postremum auctoris laborem fuisse auctor praefationis praefixae Operibus PRZYPC. et cum illo IO. FABRICIVS l. c. p. 83. suspicantur. Praemissae sunt: *Atheismi sese in Ecclesiam insinuantis praestigiae, in epistola cuiusdam F. M.*

24. *Argumenta contra Atheos, quod Deus sit, quodque coli debeat; sed eo tantum modo, quo a Christianis colitur.* MSC. In rhythmos polon. translatum per Z. M.

25. *Animaduersiones in libellum cui titulus* DE QVALITATE REGNI DNI N. I. CHRISTI, *vbi inquiritur, an Christiano, siue Regni eius subdito, terrenae dominationes conueniant? etc.* 1650. Locum quoque in Opp. PRZYPCOVII inuenerunt, *fol.* 621. seqq. Respiciunt illae ad BREENII libellum, cui titulus: Van de Hoedanigheyd des Rycks Christi. *Amstel.* 1641. 8. Vid. SANDIVS l. c. p. 135. PRZYPCOVIVS in animaduersionibus ad eundem asserit, etiam Christiano terrenas dominationes conuenire, et inter Christi ciues locum quoque esse debere Magistratui.

26. Braterska Declaracya na niebraterskie Napomnienie od Authora pod Imieniem Szlachcica Polskiego od Dissidentes in Religione uczynione. 1646. 4. i. e. *Fraterna declaratio, ad non fraternam commonitionem, quam auctor huius sub nomine Equitis Poloni ad Dissidentes in Religione fecit.* 1646. 4. pl. 12. Agit libellus in genere de libero religionis exercitio dissentientium a religione Rom. Cathol. in Polonia, oppositusque est scripto Catholici, quod titulum prae se fert: Bra-

terskie napomnienie ad Dissidentes in Religione, aby sie skromnie y w pokoiu zachowali; przez *Szlachcica Polskiego* uczynione i. e. *Fraterna admonitio ad discedentes in Religione, seu Dissidentes, vt quiete et pacifice viuant; facta per Equitem Polonum.* 4. 2½. pl. In vtroque scripto impressionis locus non notatur, nec in posteriore temporis fit mentio. Conuentus Zulniensis a. 1645. *Przypcouium* inuitauit, vt ad commonitionem fraternam quam primum responderet, hancque responsionem RINIEVICIO exhiberet, vt a KMITA typis exscriberetur, quod quoque proximo anno factum esse, *Acta MSSCC.* narrant. CHRISTOPH. LVBIENIECIVM opusculum hoc emendasse, acta conuentus Dazuiensis a. 1646. nos condocent.

27. *Breuis disquitio fidei.* Vid. SANDIVS p. 124.

28. *Ad* CLAVDIVM *Gallum de hominis I. C. adoratione.* MSC. (1626.) V. infra sub Io. STATORIO. N. 4.

29. *Iniuria oppressae et proditae libertatis flagitium in Comitiis Anni* 1647. *siue Actionis* IONAE SCHLICHTINGIO *intentatae relatio.* Scriptum hoc, quod, quantum scimus lucem publicam nunquam vidit, ex MSCto Operum PRZYPCOVII volumine p. 27-54. tanquam monumentum luce et memoria omnino dignum *Historiae Socin. Polon.* inserturi sumus.

30. *Supplicatio ad Regem in causa Dissidentium in Religione, tempore Comitiorum A.* 1652. *facta.* MSC. pol. Eiusdem argumenti scriptum SANDIVS l. c. p. 177. inter anonyma allegat, cum annexis grauaminibus iam 1645. Regi WLADISLAO exhibitum, quod, vt credimus, vel PRZYPCOVIVM, vel STAN. LVBIENIECIVM, *Iun.* auctorem agnoscit.

31. *Epitaphium Nymphae Caualeriae* GEORG. OSSOLINII, *Pro-*

Pro-Cancell. Regni, conditum ab antiquae virtutis et fidei EQVITE POLONO MSC. Scriptum ſatyricum ſtylo lapidari compoſitum, occaſione conſiliorum in comitiis Warſouienſibus 1638. ab OSSOLINIO pro tempore *Magno Regni Cancellario* expoſitorum, *de inſtituendo nouo ordine equeſtri immaculatae conceptionis B. Virg.* MARIAE, quem Rex iam comprobauerat, cui quoque adornando VRBANVS VIII. ſuffragium ſuum dederat. LAVTERBACHIVS qui l. c. C. III. §. 11. p. 478. ſatyram inſeruit totam, aequiuoca auctoris VINDICIARVM VNITARIORVM etc. apud SANDIVM l. c. p. 278. narratione ſeductus, putauit Epitaphium hoc ab ipſo Ill. Magno Regni Cancellario in opprobrium et illuſionem vel ereptae Racouiae, vel Socinianorum toto Poloniae regno expulſorum, fuiſſe poſitum; in quo omnino errauit. Dantur ſatyrae huius duae copiae, quae quoad rem praecipuam parum differunt; altera tamen aduerſus auctorem conſiliorum iſtorum, de inſtituendo ordine equeſtri acerbioribus et acutioribus concinnata phraſibus. In exemplari, quod LAVTERBACHIVS exhibuit, ſequentia ſunt emendanda: p. 479. lin. 6. leg. (pro *ineptiae*) INEPTAE; *lin.* 14. ſeqq. ita legendum: ET ADDICTVM PAVCIS PROCERIBVS, IPSIQVE PRINCIPI FORMIDABILEM SARMATICAE ARISTOCRATIAE STATVM, VASTO AMBITV COMPLEXA, etc. *lin.* 22. Ordinum CONSESSV; lin. vlt. EXPIRAVIT MDCXXXVIII. p. 480. lin. 5. DELICATA. Translata quoque in rhythmos polon. qui ita incipiunt: Kawaleriey Nymphy, młodego dziewczencia etc. i. e. *Dominula* (virgo nobilis) *Clerica*, *tenerae aetatis puella* (Fräulein=Cavalerien h. Ordens=Ritterin, Mägdleins zarter Jugend.) Abſoluitur 22. Diſtichis genere trochaico.

Reſponſionis ad eandem meminit auctor *Vindiciarum pro Vnitariorum in Polonia religionis libertate apud* SANDIVM l. c. p. 278. ſub tit. *Ad Epitaphium Nymphae Caualeriae Replica: Epitaphium libertatis.* Itidem ſtylo lapidari compoſitum, ab auctore vindiciarum l. c. commemoratur, qui et ſcriptorem Illuſtr. et argumentum ſcripti l. c. exponit. Ita vero incipit: *Aeternae, ſed execrabili memoriae, furioſae ac barbarae Viraginis, quam Sarmatae libertatem, cultiores populi, diuini humanique Iuris non expertis, licentiam vocant, etc.* In quodam alio ſcripto polon. ad Regem directo, quod in MSC. ſupereſt, ſub tit. Mowa iednego z ſtanu Szlacheckiego, w ktorey contradikuie zamyslom z ſtrony Kawaleriey, etc. i. e. *Oratio cuiusdam ex ordine equeſtri, qua conſiliis de inſtituendo ordine equeſtri contradicit, etc.* XVI. momentis Regi exponuntur incommoda ex hiſce conſiliis prouenientia.

In hac ipſa cauſſa duo adhuc ſcripta ab Iſl. Ios. ANDR. ZALVSCIO, *Magno Regni Referendario in Conſpectu etc.* p. 38. N. 258. et 259. allegantur: 1) *Princ.* (IANVSS) RADZIVILII *conſilium de Equeſtri ordine immaculatae conceptionis B. Virg.* MARIAE, *quem* WLADISLAVS IV. *meditabatur, differendo.* MSC. germ. 2) VLADISLAI IV. *R. Pol. Statuta praedicti Ordinis ab* VRBANO VIII *cura* GEORG. DVCIS OSSOLINSKI *Cancell. Regni, Romae approbata,* quod etiam typis impreſſum lucem vidit.

32. *Carmen de pactis Pruſſicis cum* GVSTAVO ADOLPHO, *Rege Suecorum* MSC. Ita allegat SANDIVS. Idem ſine omni dubio ſcriptum notatur, quod MSCto Volumini Opp. PRZYPCOVII p. 223. intextum legitur hoc titulo: *Car-*

Carmen ad Poloniam, de pactis a. 1630. in Pruſſia, cum Rege Sueciae GVSTAVO *concluſis.* Initium eſt: *Quid gemis o Nympha armipotens? quid focta Triumphis Dextra tibi inuictum plangit Mauortia pectus etc.* Subtexta eſt MSCto verſio carminis polonica, facta ab ANDR. WISSOWATIO.

33. *Monachorum et Anachoretarum inſtituta, non eſſe viam optimam ad ſanctimoniae perfectionem perueniendi, ſed Eccleſiae noxiam et periculoſam.* MSC.

34. *Hymnus in Symbolum Apoſtolicum*, adiunctus libro Pſalmorum et hymnorum, quo Fratres Poloni Vnitarii vtuntur. Committebatur PRZYPCOVIO a. 1643. in Synodo Siedliſcenſi vt Symbolum Apoſtol. in Rhythmos polon. grauitatem quandam ſpirantes transfunderet, et in vſum cantionum eccleſiaſt. concinnaret, hocque opuſculum poëticum proximo anno coetui exhiberet.

35. *Collatio Symboli Apoſtolici cum hodiernis Chriſtianorum Symbolis.* MSC. a SANDIO p. 126. notatur. Etiam hoc in Volumine operum *Przypcouii* MSCto p. 55. et 56. ſub titulo: *Antitheſis Symboli Vnitariorum et Trinitariorum*, extat, quod totum cum exiguum ſpatium occupat, absque additis animaduerſionibus hoc loco ſubiicere iuuat:

1.	1.
Credo in vnum Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem coeli et terrae.	Credo in tres diuinas perſonas conſubſtantiales, ſibi inuicem aequales, quarum vnaquaeque eſt Deus Summus, quae pari potentia et virtute creauerunt coelum et terram.
2. Cre-	2. Cre-

2.

Credo in I. C. Filium Creatoris huius vnigenitum.

2.

Credo in I. C. eadem numero essentia coniunctum et vnum cum Patre ingenito Deum, et ipsum Creatorem coeli et terrae.

3.

Credo, quod vnigenitus hic Filius Dei sit conceptus ex Spiritu S.

3.

Credo, quod ex vnigenito hoc Filio ab aeterno processerit et procedat Sp. S.

4.

Credo, quod hic Filius Dei sit natus ex virgine MARIA.

4.

Credo, quod hic Filius Dei sit ingenito Patri, simulque Spiritui S. coaeuus et coaeternus, qui infinitis saeculis ante MARIAM nascebatur ac nascitur, nasceturque in perpetuum.

5.

Credo, quod vnigenitus hic Filius h. e. eius persona sit passa sub PONTIO PILATO, crucifixa, mortua et sepulta et descendit in infernum.

5.

Credo, quod illibata et integra eiusdem Vnigeniti Filii Dei persona et naturae eius diuinitate, humana dumtaxat eiusdem natura (non autem vlla persona) sub PONTIO PILATO sit passa, crucifixa, mortua et sepulta et descendit in infernum.

6.

Credo, quod hic Filius Dei a Deo Patre suscitatus, (*Act.* II. 24. 32. III. 15. 26. IV. 10. X. 40. XIII. 30. 37. XVII. 31. *Rom.* IV. 24. VIII. 11. 1 *Cor.* VI. 14. XV. 15.

6.

Credo, quod hic Filius Dei, suamet propria vi ac potestate humanam naturam suscitauit a mortuis.

7. Cre-

15. 2 *Cor.* IV. 14. *Gal.* I. 1. *Eph.* I. 20. *Col.* II. 12. 1 *Theſſ.* I. 10. *Hebr.* XIII. 20.) tertia die reſurrexit a mortuis.

7.

Credo, quod hic Filius Dei, poſt reſurrectionem ſuam exaltatus conſederit et ſedeat ad dextram Dei Patris omnipotentis.

7.

Credo, quod hic Filius Dei ab omni aeternitate, in omnem aeternitatem, pari cum Patre et Spiritu S. poteſtate, imperio et gloria reſideat et regnet in ſolio coeleſti.

8.

Credo, quod hic Filius e coelo venturus eſt, iudicare viuos et mortuos.

8.

Credo, quod hic Filius Dei, tanquam Deus altiſſimus, Deus, cuius eſſentia eſt vbique et omnia implet, nullo indiget deſcenſu ad iudicandos viuos et mortuos.

9.

Credo in Spiritum S. h. e. donum a Patre per Filium in homines fideles diſpenſatum et effuſum.

9.

Credo in Sp. Sancti perſonam Patri et Filio coaeternam et aequalem, et tamen ex vtroque procedentem.

10.

Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam ſeu Vniuerſalem, quae ſcilicet et vniuerſalia atque omnibus Chriſtianis confeſſa dogmata Symboli Apoſtolici, tanquam neceſſaria tantum ſola profitetur, et in coete-

10.

Credo Sanctam Eccleſiam particularem et a reliquis omnibus diuiſam, in qua natus aut baptizatus ſum: puta, aut Romanam, aut Graecam, aut Auguſtanam, aut Reformatam etc. quae pluribus poſt Apoſtolos ſeculis nata ſymbola, aut etiam dogmata

coeteris minus necessariis dissentientes, dummodo sancte viuant, admittit, et sinu suo omnes sanctos complectitur.

11.

Credo sanctorum (h. e. qui sancte viuunt, licet fortasse quibusdam in rebus a nobis dissentiunt) communionem.

12.

Credo remissionem peccatorum, quae non nisi gratuita intelligi potest.

13.

Credo carnis resurrectionem ad vitam aeternam eiusmodi, in qua PAVLO

ta profitetur, et quisquis coetus eorum vel mininum articulum in dubium vocare audeat, eum a suae Ecclesiae limine arcet, ac pro haeretico habendum censet.

11.

Credo abhorrendum a communione eorum, qui vel minimum a dogmatibus meae Ecclesiae dissentiunt, etiamsi vita et moribus sanctissimi sint. Tales damnati coetus apud Pontificios sunt Graeci et reliqui Orientales, Augustani, Reformati et omnes caeteri, praeter Romanos. Apud Graecos, Pontificii, Augustani, Reformati et reliqui praeter Graecos. Apud Augustanos, Pontificii, Graeci, Reformati et alii praeter Lutheranos. Apud Reformatos quosdam, Pontificii, Graeci et alii praeter Reformatos, tales habentur, et a communione excluduntur.

12.

Credo satisfactionem pro peccatis factam et pretium pro iis exactum.

13.

Credo carnis resurrectionem ad vitam aeternam eiusmodi, in qua eadem illa, quae ab ADAMO acce-

PAVLO I *Cor.* XV. teste, non psychica, seu animalia terrena, pudenda, imbecilla, quae ab ADAMO accepimus; sed spiritualia, coelestia, gloriosa, incorruptibilia, quae a Domino de coelo accipiemus, corpora habebimus: quia caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.

accepimus corpora, habebimus, quia ista ipsa corpora, quae carne, sanguine, ossibus, neruis, venis, arteriis constant, Regnum Dei possidebunt.

36. *Epistola ad* VALENT. RADECIVM (Episcopum Vnitariorum per Transiluaniam) *Claudiopolin data Cassouiae, prid. Kal. April.* 1624. MSC. SANDIVS, p. 126.

37. *Epistolae ad* IO. NAERANVM *Past. Eccles. Remonstrant. in Batauia apud Veteramnates.* (Oudewater) MSCtae, praeter eam, quam num. 39. allegamus. Item *aliae epistolae* ad varios. MSSCC. Ex epistola ad Io NAERANVM *prid. Calend. Febr.* 1670. scripta, procul dubio vltima, auctor praefationis saepius allegatae hanc particulam inseruit: "Non ita mihi fessa, et inter graves curas ad octauum supra septuagesimum annum producta aetas infregit memoriae vires, quin probe meminerim, quod ante paucos annos ingens a vobis, et grata recordatione recolendum beneficium accepimus etc." Hisce verbis innuitur collecta in Belgio pro adiuuandis exsulibus Socinianis facta, de qua alibi ex *Actis MSSCC.* exposuimus. In eadem epistola nouorum malorum capiti suo imminentium meminit. "Nobis, inquit, SERENISSIMVS ELECTOR, inuitus sane, sed obstinato *Ordinum Borussiae* impulsu, intra breuem triennii moram exsilium indixit. Cuius Edicti executio, quae per ILLVSTRISSIMI DVCIS BOGVSLAI

RADZI-

RADZIVILII (non *Radroilii) Gubernatoris Prussiae* prudentiam aliquamdiu impediri potuit, per subitam eius mortem, quam extremo exeuntis anni die obiit, prope certa et incuitabilis nobis imminet." V. *Hist. Socin. Pruss.*

38 O Wierze Nowo-Katolickiey etc. i. e. *de fide Neo-Catholicorum, hoc est horum, qui ab Vnitariis ad Pontificios desciuerunt.* Scripti huius auctorem esse PRZYPCOVIVM, SANDIVS suspicatur, quamuis illud inter *anonyma* collocauerit l. c. p. 178.

39. *Epistola ad virum honoratiorem*, qui Io. NAERANVS est. In qua narrantur calamitates, quibus ab a. 1648. oppressi fuere Vnitarii in Polonia, donec Regiis edictis eiicerentur. Scripta 1663. M. *Septemb.* s. in ipso autumnali aequinoctio *Regiomonte.* Inserta est LVBIENIECII *historiae reform. Polon.* L. III. C. 17. p. 278. seqq. et praefationi Operibus praemissae.

40. *Epistola ad fratres Polonos Regiomonte* 1658. *scripta, polon.* MSC. Inserta *actis Synodalibus MSSCC.* et cum his *Historiae* huic P. III. C. 4. aliquando luci publicae committenda.

41. *Causae* IACOBO SIENINIO *intentatae, decretique in ea lati genuina relatio. MSC.* Scriptum hoc ex Volumine operum PRZYPCOVII MSC. p. 3-26. in *Hist. Socin. Polon.* in extenso itidem exhibituri sumus.

42. *Spongiae delendis innocentiae maculis.* MSC. Fragmento huic, quod Volumini MSC. p. 216-221. insertum, auctor praeloquium praemisit, quod argumentum scripti ab eodem ad telam non perducti exponit, his verbis: "Quae de Hyperephaniis vltimis VICTOR BONNVS rerum nuper in Campinia gestarum conditor tradit, partim ad eorum dogmata, partim ad mores, partim ad Interregni statum pertinent, in omnibus homi-

hominibus aut peritiam, aut fidem, saepe vtrumque desiderant. Nam et dogmata sibi omnino falsa adfingi, et vitam moresque suos inique traduci et in euentu rerum ea, quae ad se pertinent, non ex fide exponi, merito queruntur. Quod, vt planius fiat, singulis narrationis partibus placuit *Animaduersiones*, veluti spongias aspersis innocentiae maculis delendis apponi. Quod pace auctoris facturos se confidunt, non tam quia laesis in iusto dolore venia debetur, quam quod sine acrioris doloris sensu defensionem famae sine infamia oppugnantis, quoad eius fieri potest, instituunt." Quis VICTOR BONNVS, et qualis liber eius fuerit, nos omnino latet. Per *Hyperephanios vltimos* intelligi Socinianos, ex opusculo ipso PRZYPCOVII colligitur, qui *Bonni* criminationes verbotenus praemisit, easque adposita animaduersione diluit.

43. *Apologiae siue vindiciarum pro Vnitariorum in Polonia religionis libertate ab Equite Polono conscriptarum et* SANDII *Bibliothecae* p. 267. seqq. adtextarum *Przypcouium* esse auctorem, vix dubium vllum est, quamuis omnes, praeeunte SANDIO, STANISLAVM LVBIENIECIVM easdem conscripsisse arbitrentur. Fratres illum in vltimo, quem in Polonia habuerunt, confessu a. 1662. per Dñ. MOSCORZOVIVM admonuerunt, ad eiusmodi vindiciarum opus adornandum; quae adhortationes in consessu Cruciburgi in Silesia a. 1663. celebrato repetitae leguntur in *actis* MSSCC. V. sub *Stan. Lubien. Iun.* N. 3. p. 452.

44. In his *actis* celebratur non tantum PRZYPCOVII *liber de libertate conscientiae*; (v. supra N. 11.) quem vt consummaret a. 1627. in Synodo Racou. inuitatus est; sed Synodi huius decreto eidem praeterea committebatur,

batur, vt ſcripto peculiari *originem*, *natales*, *et praxin confoederationum in Polonia exponeret.* In Synodo Kiſielina, quae poſt ereptam Racouiam prima fuit, a. 1638. iterum ipſi iniungebatur, vt libro *de conſcientiae libertate* vltimam manum admoueret, nec non iſti, *de confoederatione*, huncque ita expediret, vt quoque in eodem obiectiones ſoluantur, quibus Vnitariorum coetus vulgo petitur. Tandem in conſeſſu Cruciburgico a. 1663. iterum rogatus, vt librum *de conſcientiae libertate* perficere non moraretur.

MATTHAEVS RADECIVS.

Gedanenſis Boruſſus, qui tanto cum impetu orthodoxam Chriſti ciuium doctrinam adortus et calumniatus eſt, quanto vix alius quidam ex toto Socinianorum coetu. Plura de eodem in *Hiſtoria Socin. Pruſſ.* a nobis ſunt expoſita, quibus hoc loco quaedam tantum praemittenda duximus. Natus eſt *Gedani* a. 1540. Poſitis in vrbe patria litterarum fundamentis in *Academiam Regiomontanam* conceſſit, in eaque teſte *Albo Studioſorum*, a. 1560. die XVIII. Iulii Rectore Academiae IOANNE HOFFMANNO in numerum ciuium Acad. ſuſceptus, ipſique honorarium, pro receptione a ſtudioſis nouitiis ſolui ſolitum, propter paupertatem remiſſum legitur. Abſoluto curſu Academico per XXVI. annos *Secretarii* munere in vrbe patria functus. Religionem quater vel quinquies mutauit. In religione *Rom. Cathol.* natus et educatus ad *Lutheranos* tranſiit, ab his ad *Reformatos*, quibus valedictis, *Mennonitis* ſemet aſſociauit, et tandem verno tempore a. 1592. *coetui Sociniano* nomen ſuum profeſſus, eodem anno menſe Auguſto, a munere ſuo Secretariatus dimiſ-

dimiſſus eſt (*). Tribus vicibus Baptismum ſuſcepit. *Primo* in Eccl. Cathol. infans, quem quibuscunque illuſionibus ipſe in libro ſtatim allegando expoſuit. *Secunda vice* a Mennonits, quibus ſe poſthac adiunxerat, et *denique* Mennonitarum Baptiſmo, adſperſione peracto male contentus, a Socinianis a. 1592. per immerſionem, in coetum ſuum ſuſceptus eſt. Haec omnia ipſe narrauit in Tr. cui tit. Urſachen, warum er ſich von Dantzig weggemachet ꝛc. p. 5. 6. 9. 14. etc. Hac ratione Baptismo coetui Sociniano inſertum, Senatus Gedanenſis d. 17. Auguſti ad huius rei cauſſam dicendam in foro ſuo comparere iuſſit; cumque Praeſes Senatus eum peſſimi huius facti admonuiſſet, ac RADECIVS illud non negaret, imo palam profiteretur, l. c. p. 25. addita declaratione de ſua perſeuerantia in ſuſcepta ſolemniter Socinianorum religione l. c. p. 40 remotio ab officio eidem per ſententiam ſtatuta p. 42. quo facto cum coniuge ac VIII. liberis *Gedano* exceſſit. p. 68. Quod Smiglae paſtor fuerit, narrante SANDIO et ex hoc LAVTERBACHIO l. c. p. 297. a vero alienum videtur, tacentibus *actis* MSSCC. quamuis primum, relicto Gedano, in iſtum locum conceſſerit ibidemque aliquamdiu ſubſtiterit, imo breui quoque tempore a. 1605. *Smiglae* docuerit. Gedanenſi vel potius Buſcouiano coetui eum praefuiſſe, nullum eſt dubium. Hoc loco ſuccedente eidem OSTORODO, Racouiam commigrauit, ibidemque animam efflauit. SMALCIVS in *Diar. vitae* apud ZELTN. l. c. p. 1195. de eodem inquit: "Anno 1612. d. 29. Martii — — MATTHAEVS RADECIVS

K *vir*

(*) Haec, ab ipſo narrata, difficile conciliari poſſunt, cum iis, quae leguntur in SOCINI epiſtola a. 1584. d. 24. Septemb. ſcripta, qua RADECIVM olim Secretarium ampliſſimae Reip. Gedanenſis appellat; qui tamen SOCINVS a. 1586. die 8. Ianuarii iterum RADECIVM, Gedanenſem Secretarium ſalutat.

vir integerrimus et pientissimus, ciuitatis Gedanensis per annos XXVI. Secretarius, qui a. 1592. *Septembri mense Gedano, quasi profugus veritatis addiscendae et vitam quietius transigendi caussa, Smigliam venerat, Racouiae, vbi annos decem, post habitationem in Buskow, vbi, posteaquam Smigliam eo venerat,* 9. *annos ministerio functus erat, placide in Domino obdormiuit, anno aetatis* 73. *et dimidio.*

Tantam scripta eius produnt styli acerbitatem, vt cum pessimis Antitrinitariis in hoc passu, cum MICH. SERVETO, GE. BLANDRATA, IO. SYLVANO, FRANC. DAVIDIS, et GREG. PAVLI omnino conferri debeat. Duos reliquit filios, filiasque item duas. De filio altero *Valentino* itidem Sociniano paulo post. Alter MATTHAEVS patri cognominis in veritatis euangelicae professione constans, *Paduae* 1607. teste SMALCIO vita defunctus, qui quoque eam ob rem et patris et fratris odium sibi contraxit. E filiabus natu maior IAC. FRENCELIO cuidam, Elbingensi patria, sed apud Lublinenses habitanti Chirurgo, SOCINI sententiam professo nupsit, altera minor aetate cum VOIDOVIO in matrimonio vixit. V. ZELTNERVS l. c. p. 1176.

SCRIPTA:

1. *Scriptum contra* ERASM. IOHANNIS: in quo sententia eius, de Christi ante mundum existentia oppugnatur MSC. circa a. 1584. concinnatum.
2. *Epistolae ad* F. SOCINVM, scriptae 1584. d. 30. Aug. 9. Decbr. etc. in quibus de Ecclesia, hoc tempore instauranda, de Christi adoratione, et aliis quaestionibus agitur. MSC.
3. Ursachen, warumb sich Matthäus Radecke, welcher der Stadt Dantzigk, 26 Jahr lang, für einen Secretarium

tarium gedienet, von dar gemachet, undt sich mit den seinen ahn andere Ort begeben hab. Luc. 6, 22. Gedruckt zu Rackow 1593. 8. pl. 11. In hoc libello non tantum transitus sui ad Socinianos occasionem et rationes, nec non praecipua vitae suae fata exposuit; sed etiam de nonnullis fidei articulis ita tractauit, vt pessimas in hos cauillationes egurgitauerit. Sanctissima enim fidei mysteria et veritates diuinas, cum actibus sacris ludibrio exponere profanus scurra ausus est. Inprimis maximo aduersus ministerium Eccles. odio ductus, in ministros Euangelicos quauis data occasione pessima euomuit conuitia. Exemplari, quo vsus est Celeb. SCHOENWALD, *Professor olim Gymnasii Thorun.* vetusta manus pii cuiusdam ecclesiae doctoris haec ad marginem adscripserat: "Domine I. C. Fili Dei vivi, Creator et Redemtor noster, miserere nostri, et fac, vt obmutescat Satanas, per hunc Secretarium loquens contra diuinatem sanctam tuam! Et alio loco: O qualis blasphemia huius nebulonis! Fugite, tanquam pestem, Charissimi, hunc libellum; nam vere, charissimi, Diabolus per eum loquitur. Vid. ANDR. CHARITIVS *de viris eruditis Gedani ortis* p. 121.

4. Antwordt der Gemeine des Herren J. C. zum Schmigel, auf den Beweis, Verstandt und Erklerung des Apostolischen Glaubens des Edlen und Ehrenvesten Herrn Sigmund von Schlichtig, auf Starpel, so sein Edl. kegen dieselbe Gemeine in verschienenem 1592. Jahre öffentlich im Druck verfertigen laßen. Syr. 9, 22. 8. Alph. 1. pl. 11½. Absque temporis et loci, quo liber impressus est indicio; fortasse tamen *Racouiae* 1593. lucem adspexit. Praemisit quidem libro praefationem WOLFFG. a SCHLICHTING a *Bukowiec* (auf

Bauchwitz) (*) ad patruelem suum SIGISMVNDVM in titulo notatum scriptam, cuius opusculum in hoc libro refellitur; verum non hunc, (quod LAVTERBACHIVS putauit l. c. p. 261. et 332. et im Fraustädtischen Zion p. 47.) sed MATTH. RADECIVM libri allegati esse auctorem, extra omne dubium positum est, a quo etiam prior ad lectorem praefatio scripta. Produnt hunc auctorem, conuenientia argumenti cum priori eiusdem scripto N. 3. idem stylus amaritudine et virulentia plenus, eaedem plane mysteriorum et actionum sacrarum elusiones, eaedemque plebeiae et inficetae ministerii Euangelici obtrectationes.

Libellus, cui RADECIVS suum hoc opposuit opus, hunc prae se fert titulum: Wahrhafftiger Beweiß, Verstand und Erklerung des Apostolischen Glaubens, darinn wieder die Antitrinitarios, Wiedertäuffer und Ketzer zum Schmigel, dargethan wirdt, daß Gott Vater, Gott Sohn, Gott H. Geist in einem göttlichen Wesen ein einiger wahrer Gott in dreyen Personen billig geehret werde. Dem einigen Herrn und Gott J. C. zu Ehren colligiret und beschrieben, durch den Edlen und Ehrenvesten Sigmund von Schlichtig, auf Starpel rc. 1592. 8. Exhibet capitibus 22. solidam Symboli Apostolici explicationem et defensionem aduersus corruptelas et interpretationes Socinianorum. Primus *artic.* 4. secundus 12. tertius iterum 4. capitibus pertractatur.

Haec multis inuectiuis adgreditur RADECIVS, ipsumque iam praeloquium pluribus consarcinauit calumniis. Confessionem ab aduersario expositam, appellat somnia antiqua et fabulas Antichristi p. 5. et p. 7. ludi-

(*) Possidet locum hunc nostro tempore Gener. familia ab VNRVH, habetque templum Lutheranum.

ludibrio exponere non veretur SS. Trinitatem, quam triplicitatem vocat, ab aduersario Christi effictam. Ad declinandum a coetu suo Anabaptistarum titulum, p. 9. Paedobaptismum et adspersionem reiicit, et de confessionibus, formulis fidei, et Libris Symbolicis Eccl. Euangelicae p. 16. et 24. contemtim sentit.

Vniuersa tractatio pro Sciagraphia, quam p. 19-22. tradit, absoluitur duabus partibus, in quarum *altera*, praemisso breui praeloquio de fidei fundamento et vera Ecclesia, p. 38. et 64. confessio exhibetur, 1) De Deo vnico, p. 82. 2) De Christo p. 260. 3) De Spiritu S. p. 293. *Altera* continet refutationem aduersae confessionis, quam auctor per singula membra insectatur. In priori parte sectio prima de vnico Deo, omnium diffusissima est, et monstratur, quod vnicus tantum ab aeterno Deus sit, p. 83. qui ad saluandum homines, non Deum sibi aequalem, sed verum hominem promiserit, p. 157. et in quem finem pollicitus fuerit hunc Messiam, p. 183. 200. 252. In hac tractatione auctor complures facit digressiones e. g. *de Paedobaptismo* p. 115. et 124. *de baptismo, qui adspersione fit*, p. 129. *de fide infantum*, p. 130-142. *de peccatorum confessione ministro dicenda* p. 205-214. *de S. Coena* p. 215-252. quae omnia horrendis perstringit cauillationibus ac opprobriis, sanctissimosque actus, hostili odio aduersus orthodoxam fidei doctrinam incensus, sarcasticis dicteriis proscindit, inprimis ministerium eccles. apud Euangelicos pluribus calumniatur p. 309. seqq. imo principale Euangelicae veritatis fundamentum de obtinenda per solam fidem salute p. 202. maledico ausu subuertere conatur.

5. *Scriptum de Regno Christi millenario*, lingua germ. quod circa a. 1590. lucem vidit, quo tempore BVDZINIVS, GREG. PAVLI et ANDR. LVBIENIECIVS de eadem materia tractarunt.

6. *Examen*, welche die sind, die da verleugnen Jesum den Herren: sammt einer Bekenntniß der Brüder in Polen, von Christo Jesu dem Sohne Gottes, dem Herren über alles. Darneben auch etliche gewisse Beweisung, daß die Gott nicht kennen, welche den Gebothen unsers Herren J. C. nicht gehorsam seyn. 12. Absque auctoris, loci impressionis et temporis notatione. Prodiit tamen scriptum probabiliter circa initium superioris seculi, et maxime in *Borussia* disseminatum videtur. FRANZIVS *disp. in A. C.* P. I. *Disp. IX. thes.* 63. et 143. P. II. *disp. II. thes.* 117. 118. *fol.* Ff. b. 3. Hh. 4. Ccc. 4. b. edit. tertiae Witteb. 1620. ex fide digna relatione asserit, MATTH. RADECIVM esse scripti huius auctorem. Stylus tamen in eodem adeo diuersus videtur, ab eo, cui RADECIVS in scriptis suis adsuetus est, vt instituta collatione vix credi possit huius esse foetum.

Index Noricus librorum et tractatuum, detecta Socinianismi haeresi ibidem repertorum, quem ZELTNERVS l. c. p. 516. exhibuit, quique non absque mendis concinnatus est, scriptum hoc CHRISTOPH. OSTORODO tribuit. Recentior editio, hoc notata est titulo: Kennzeichen der falschen Lehrer, dabey man abnehmen kann, welche die seyn, die den Herren Jesum verleugnen, nebst gewißen Beweiß, daß die Gott nicht kennen, welche den Geboten unsers Herren Jesu nicht gehorsam seyn. Herfürgegeben durch I. L. M. Im Jahr Christi 1680. 8. pl. 6½. Sub hoc titulo SANDIVS l. c. p. 133. libellum hunc vindicat IOACH. STEGMANNO, *Seniori.*

ZELT-

ZELTNERVS autem l. c. p. 50. foetum esse *Ern. Sonert*, exclusum circa a. 1610. arbitratur. Videtur tamen testimonium FRANZII, scriptoris coaeui, reliquis esse praeferendum. Cum vero in exemplari recentioris editionis, quo vsus est Celeb. SCHOENWALDVS, quidam adscripserit nomen LÜTKE; hinc ille in MSCto suo saepius allegato coniecturae locum facit: An non fortassis Synergista Regiomontanus, M. Io. LIEDTKE, de quo HARTKNOCHIVS l. c. p. 449. seqq. sub litteris initialibus *I. L. M.* lateat, ita vt RADECIVS et OSTORODVS opusculum hoc, suis additamentis auctum, iterum iterumque luci publicae commiserint et disseminauerint. In *Catal. libb. rarr.* DAN. SALTHENII p. 531. N. 2268. editio notatur de a. 1637. libelli: Kennzeichen der falschen Lehrer. Editioni de a. 1680. deficit Confessio Fratrum Poloniae, quam vetustior editio in titulo significat.

Ad argumentum, quod attinet, in nouissima editione statim post titulum, duodecim characteres falsorum doctorum etc. p. 1-12. exponuntur; quos excipit demonstratio, quod isti Deum non cognoscant, qui non praeceptis Christi obediunt. Sequitur deinde nouum segmentum sub inscriptione: *De vera agnitione Dei et Filii eius*, circa quam materiam auctor ex dictis 1 *Io.* II. 3. 2 *Io.* 9. 3 *Io.* 11. *Tit.* I. 16. 1 *Io.* III. 6. 10. V. 9. *Io.* XIV. 21. 24. 1 *Io.* II. 5. IV. 20. V. 3. aliisque, ita de Christianismo practico et p. 26. de 15. notis filiorum Dei agit, vt FRANZIVS l. c. P. I. *disp.* IX. *thes.* 86-95. *fol.* Gg. 1. b. seqq. et *thes.* 143-154. *fol.* Hh. 4. seqq. necesse duxerit, eidem accuratiorem monstrare tramitem. P. 30. tres proponuntur quaestiones, ad quas Christianos peccatis deditos vere et sin-

cere respondere posse auctor negat; ad quas FRANZIVS addita veriori earundem explicatione et limitatione respondet l. c. *Thes.* 155-158. P. 39. sub peculiari indice proponitur, explicatio et collatio duorum S. *Ioannis* oraculorum 1 *Io.* I. 8. p. 43. seqq. et 1 *Io.* III. 9. p. 51. seqq. quam iterum FRANZIVS sub censuram vocauit *thes.* 154. *fol.* Ii et *Part.* II. *disp.* II. *thes.* 117-119. *fol.* Ccc. 4. b. P. 58. traditur explicatio septem S. Scr. locorum *Prou.* XXIV. 16. p. 58. *Rom.* VII. p. 60. 1 *Cor.* II. 14. p. 87. *Psal.* XXXII. 6. 7. p. 89. 1 *Io.* II. 1. p. 90. *Phil.* II. 13 p. 100. 2 *Cor.* III. 5. p. 103. in quibus Christiani vitiis dediti refugium ac praetextum quaerunt. Circa dictum *Rom.* VII. F. SOCINI explicationem de Paulo non regenito adsciuit. Vid. FRANZIVS Part. II. *disp.* XII. *thes.* 66. *fol.* Iiii.

7. Operi adhuc recensito, sub peculiari titulo, iisdem tamen typis exscriptus et in exemplari, quo vsus est *Celeb.* SCHOENWALDVS ligatura compactus cernitur libellus, cui index: Eine Unterweisung von dem Tode Christi, und deßen Gedächtnüß, in funfzig Fragen begriffen. So auf frommer Christen Ansuchen endtlich in Druck gegeben durch *I. L. M.* Im Jahr 1680. 8. pl. 2½. Quia scripti huius siue auctor, siue editor, idem est, qui praecedentis, hoc loco eiusdem mentionem facere duximus. In his quaestionibus primum introductionis loco agitur, de caussis salutis nostrae, quae partim a Deo, partim a Christo, partim etiam a nobismet ipsis deriuantur. *Quaest.* 3. 4. 5. Ad tertii fontis caussas referuntur Christianae virtutes et bona opera. His praemissis auctor monstrare nititur: 1) Qua ratione omnes istae caussae partim in morte Christi sint fundatae, partim ex hac tanquam fructus et effectus proueniant.

Qu.

Qu. 6-18. p. 5. seqq. 2) De ipsa salute et vita aeterna agit, *Qu.* 19-24. p. 13-15. de ordine, quo ad eandem pertingere debeamus, per mortem Christi, qua peccata auferuntur, *Qu.* 25-30. p. 15-20. et mors destruitur, *Qu.* 31. p. 21. 3) De annunciatione mortis Christi, s. celebratione memoriae eius in S. Coena. *Qu.* 32-50. p. 22-40. Omnia haec methodo et disciplina Socinianis propria ita pertractantur, vt maximi momenti, nimirum Officii Christi mediatorii et satisfactionis ab eodem praestitae ratio fere nulla habeatur.

8. *Epistola ad* ANDR. VOIDOVIVM, scripta ex agro Buscouiano, d. 20. *Ian.* 1598. SOCINI epistolis adtexta est.

9. *Epistola ad* CORN. DAEMS, *Goudae* in Batauia tum commorantem, scripta 1598. 18. *Iunii*, de calamitate, quam SOCINVS Cracouiae sustinuit. Inserta est THOM. CREENII *Animaduers. philol. hist.* P. IV. p. 233.

10. *Colloquia*, *s. potius Exercitationes Theologicae in aedibus* VAL. SMALCII *habitae variis temporibus a* STANISL. LVBIENIECIO et VAL. SMALCIO, adhibitis MATTH. RADECIO, aliisque a SANDIO p. 175. notatis. Inchoatae sunt 1606. 7. *Ian.* Interruptae ob turbas polonicas e. a. d. 22. *Febr.* restauratae 1607. 28. *Nouemb.* finitae 1609. 3. *Ian.* Colloquiorum scriptor litteris M. R. notatus, MATTH. fuit RADECIVS, colligente ita SANDIO l. c.

11. *De immortalitate animae*, cum ERN. SONERO per epistolas certamen iniit, quam ad exemplum GREGORII PAVLI negasse videtur.

VALENTINVS RADECIVS, *Senior.*

Alter MATTHAEI RADECII filius, qui patris vestigia premens publice Socinianorum placita professus est. Fuit

ille *Superintendens Vnitariorum in Transyluania et Plebanus Claudiopolitanus*, coetui tamen germanico vel Saxon ibidem eum praefuisse, VAL. SMALCIVS testatur in *Diar. Vit.* l. c. p. 1195. qui eundem a. 1612. Racouiam venisse, et aliquot dies apud fratres commoratum narrat. Extat ad eum F. SOCINI epistola a. 1603. d. 23. Nou. Claudiopolim scripta. Obiit teste SANDIO p. 106. circa annum 1630. Vid. CZWITTINGERI *specim. Hung. liter.*

SCRIPTA:

1. *Modus et Forma administrandi S. Eucharistiam, cui adnexa est, quarundam quaestionum, ad eandem elucidandam spectantium, solutio.* Ad eundem modum a VALENT. RADECIO designatum, Crypto-Socinianos Altorffinos S. coenam celebrasse, ZELTNERVS testis est, l. c. p. 302.
2. *Precatio matutina et vespertina.* Vtrumque libellum Claudiopoli typis *Heltianis* excudebat GEORG. ABRVGI. 1638. 8. Vid. SANDIVS p. 107.
3. Agendorum Ecclesiasticorum syntagma, eundem sibi proposuisse conscribendum, *Acta Synod.* MSSCC. referunt.

VALENTINVS RADECIVS, *Iunior.*

Transyluanus, VALENTINI *Sen.* filius, *Senator Claudiopolitanus.* V. SANDIVS l. c. p. 156. et CZWITTINGERVS l. c. p. 309. Eiusdem allegatur libellus: *De Trinitate duabusque in Christo naturis.* MSC. *lat.* et *hungar.*

WILHELM. DAV. REDOCH.

Amstelodamensis Belga, Mennonitarum minister Groningae. Obiit non procul ab hac ciuitate a. 1680. natus annos circiter 47. narrante SANDIO p. 168. Vel

frater

frater vel agnatus fortaſſis *Redochii* noſtri eſt ille G. F. REDOCH, qui cautelas, circa propagationem Socinianiſmi, omni cura obſeruandas, ſcriptas *Hamburgi* 1652. communicauit cum fratribus Marchicis. Has ex MSC. ven. FRID. EBERH. BOYSENIVS inſeruit dem Allgemeinen Hiſtor. Magazin, P. I. p. 385. ſeqq.

SCRIPTVM:

Antidoti Weenigani vanitas. Belgice 1672. 8. Argumentum libri ita *Sandius* recenſet: In eodem ſententiam Mennonitarum Hamburgenſium, de Baptismo per immerſionem, Lotione pedum, ſecundum mandatum et exemplum Chriſti, et Coena Dominica veſperi, ſeu noctu, idque cum pane azymo celebrandis, propugnat contra SEBASTIANVM A WEENIGEM *Paſtorem coetus Mennonitarum, qui Flandri vocantur, Roterodami.*

IOANNES HENRICVS REITZIVS.

Socinianis Germanis accenſetur in WALCHII *Bibliotk theol. ſel.* T. I. p. 922. de quo in *Hiſt. Socin. Germ.*

ANDREAS REVCHLINVS, *vid.* VAL. SMALCIVS.

REYCHELIVS.

Notauit hunc *Sandius* p. 134. eiusque Annotatiores in varia S. ſcripturae loca, allegauit: Sed neque ſcriptoris, neque ſcripti, vllam praeterea notitiam ſuppeditauit.

MATTHIAS RHAWIVS.

Non *Sandio* tantum, ſed Cl. *Moellero* quoque et pluribus aliis ignotus. Patria Tranſyluanus, ciuitate Claudiopolitanus, a prima pueritia SOCINI placitis domi imbutus,

tus, sodaliumque suorum suasu excitus, vt Altorffinam Academiam 1614. haereseos firmandae et propagandae gratia adiret; de quo proinde ZELTNERVS l. c. p. 305. seqq. narrauit, quae rescire potuit. RVARVM paulo post Racouiam comitabatur, aestate eiusdem anni 1614. inde nunquam in Germaniam rediisse videtur. Plura de eodem in *Hist. Socin. Polon. et Transylu.* exposituri sumus. Acerbissimas cum aliis Transyluaniae Vnitariis conflauit controuersias de officio atque dignitate Christi, quae maiorem coetuum distractionem minitabantur. Vid. RVARI *Cent.* I. N. LXXXIV. et *Cent.* II. N. XLVI. ex edit. ZELTN. p. 324. et 619. seqq. Hoc loco etiam *Rhawianae confessionis*, nec non confessionis communi nomine conscriptae, illique aduersae, et RHAWII asseclarum, atque ab his dissentientium centum et quinquaginta Ecclesiarum, communi tamen errori, quoad negatum S. Trinitatis mysterium addictarum fit mentio. In hac lite suppliciorum intentatio ac minae intermixtae quandoque erant, praesertim ex *Rhawiana* parte, cui propterea mitiora consilia sequi, RVARVS totius coetus nomine suadet. Ad istas controuersias dirimendas ION. SCHLICHTINGIVM a. 1638. auctoritate Synodi in Transyluaniam fuisse ablegatum ex *Actis Synod.* MSSCC. constat.

RAPHAEL RITTERVS.

Londinensis Anglus, Doctor, de quo alio loco. Auctor est libri, cui titulus: *Breuis demonstratio, quod Christus non sit ipse Deus, qui Pater, nec ei aequalis.* 1575. 8. pl. 3½. SANDIVS l. c. p. 85. quasdam particulas ex hoc libello exscripsit, qui totus reperitur insertus *Wigandi* refutationi eiusdem, quae prodiit sub tit. *Nebulae Arianae, sparsae in Borussia per* RAPH. RITTERVM, *Lon-*

Londinensem, luce diuinae veritatis discussae. Regiom. Boruss. per Io. Daubmannum 1575. 8. V. *Hartknochius* l. c. p. 489. seqq.

STANISLAVS ROLICIVS, vel *Rolitsius*, *Vid.* STANISLAVS LVBIENIECIVS, *Iun.*

SIMON RONEMBERGIVS.

Polonus, ciuis Cracouiensis, cuius nomen in actis Synod. MSSCC. celebre est, quippe qui coetus Sociniani Cracouiae collecti Senior exstitit. Hinc quoque de eodem in *Hist. Socin. Polon. Epistola* eius de *Baptismo aquae* ad F. SOCINVM scripta, huius epistolis inserta reperitur.

MARTINVS RVARVS.

De quo Krempa-Holsato, non tamen nobili genere nato, quod quidam perperam prodiderunt, plura exposita sunt in *actis* MSSCC. familiae Socinianae. Vitam eius *Ven.* MOSHEMIVS olim concinnare sibi proposuit, et in hunc finem eruditorum communicationes quaesiuit. Ita ad LA CROZIVM, *Kiliae Idib. Septembr.* 1718. *in Thes. epist. La Croziano* T. I. p. 278. scribit: "Nunc vitam RVARI Sociniani celeberrimi, et quidem *Holsati*, qua mores, animum, eruditionemque hominis curatius delineaturus sum. Non is mihi tantus videtur vir, qualis vulgo fingitur. Humanitatem, concinnos mores, aliquamve litterarum humaniorum notitiam, omnem ipsi famam conciliasse puto. Ingenio alias destituebatur et iudicio. Erit et hic labor meus *Bibliothecae Bremensis* pars. Et *Cal. Decemb.* c. a. ad eundem l. c. p. 280. De RVARO, si quid rescire posses, ex Vnitario isto tuo, (fuit is SAMVEL CRELLIVS) quem laudas, maximi in beneficii loco hoc mihi

mihi foret. Curate de hoc homine in Brem. Bibl. exponere mihi constitutum est. Perpauci enim sunt, quibus arcanae vitae ipsius rationes cognitae sint. Quas tamen in eiusmodi viris non ignorare, pernecessarium duco. —— *Bailius* in *Ruaro* nimis ieiunus est. — — — Plura de eodem exposuerunt WEISMANNVS in *Memorab. hist. eccl.* T. II. p. 540. ZELTNERVS l. c. p. 316-329. et Io. MOELLERVS in *Cimbria litterata.* T. I. p. 570-576. More Socinianorum istius temporis, qui incogniti latere studuerunt, sub nomine CRISPICI, quod a patria sua, oppido CREMPEN deriuandum videtur, semet occultauit.

Lucem hanc vitalem RVARVS adspexit a. 1589. vel secundum MOELLERVM l. c. 1588. patre Euang. Lutherano, Crempae Stormarsorum scholae Rectore doctissimo. Superatis in schola, vti ipse loquitur, vigiliis Hamburgensibus, ex quibus sibi vertiginem contraxerat, sub disciplina *Huswedeliana*, tirocinia studiorum in *Academia Rostochiensi* quoque posuit. Vid. eiusd. *Epp. Cent.* I. N. XVI. et XLIII. Eodem tempore iam absens quoque *Altorffi* inclaruerat duabus suis elegiis pulcherrimis et elegantissimis, quibus secundas nuptias CONR. RITTERSHVSII exornauerat a. 1610. Vid. ZELTNERVS l. c. p. 94. Not. c. Ingressus, post breuem a. 1610. in Saxonicis Academiis commorationem, a. 1611. annum agens vicesimum secundum, in *Altorffinam* Musarum sedem, in amicitiam atque intimiorem ERN. SONERI Academiae Professoris, Philosophi tunc inter Germanos omnium accuratissimi, familiaritatem receptus. In hac Academia lustro integro substitit, ad a. 1616. excepto interuallo, quod Racouiae transegit, scholis studiisque philosophicis atque philologicis in primis operam nauauit, beneficiisque publicis adiutus est. Quae ab eo *Altorffii* sunt gesta, prolixe

ZELT-

ZELTNERVS enarrauit. Anno 1612. frater ipſius minor natu IOACHIMVS ad Acad. Altorff. acceſſit, ſtudio medico ſacratus, et a MARTINO ad SOCINI caſtra perſuaſus, qui poſtea *Med. Doct.* et *Sereniſſ. Elect. Brandenb. Archiater* extitit. Tandem quoque PETRVS germanus minor natu a. 1614. eandem Academiam ſalutauit, Theologicis ſcientiis ex inſtituto deditus, orthodoxam doctrinam firmiter tenens, fratrum veſtigia abominabatur (*). Vid. ZELTN. l. c. p. 316. ſeqq. et *in annot. ad epp.* RVARI p. 63. et 74. MARTINVS, natu maximus nulli diſcendorum certo generi aſſidue addictus, vndiquaque, quae arridebant, delibauit, attamen iurisprudentiam pro principe ſcopo ſibi habere propoſitam videri voluit. Primum quidem errores a SONERO ſibi propinatos auerſabatur; tandem vero plurimis calculum ſuum adiecit, non tamen in omnibus cum Praeceptore ſuo conſenſit, quippe ipſe haud raro, quae mens SONERO fuerit, ignorauit, imo nemini forte conſtabat, quam SONERVS tenebat fidem. Quibus interim gradibus ac fraudibus ab eodem captus victusque et ad Socinianismum abductus fuerit, ipſe HVSWEDELIO ſuo prolixe enarrauit, *Epp. Cent.* II. N. XXVI. Vid. ZELTN. l. c. p. 42. Animus ipſi in principio fuit, nulli coetui ſuam dare confeſſionem, antequam inuenerit veritatem, quam ſingularia et paradoxa ſtudioſe adfectans, amiſit. Cum GREGORII NYSSENI ſermonem quendam aduerſus Arianos *κατηχητικον*, ſuaſu CONR. RITTERSHVSII et DAV. HOESCHELII, translatum edere pararet, a SONERO diſcere cupiebat, quibus is SOCINI doctrinam, *Gregorianae* contrariam argumentis tueretur, vt

(*) An PETRI huius, Paſtoris tandem Bredenbergenſis filius fuerit, PETRVS RVARVS, Krempa-Holſatus, a 1641. d. 3. Sept. in ciuium Acad. Regiomont. numerum, Rectore PERBANDTIO ſuſceptus, teſte albo ſtudioſorum, pro certo dici nequit.

vt si refellendis iis par esset, NYSSENI illa orationi, addita refutatione attexeret. Verum, cum partim ex ore SONERI, partim e libris, ab eo suppeditatis, omnia istuc pertinentia collegisset, ipsemet argumenta *Socino-Soneriana* S. Scripturae oraculis niti sibi persuadens, ad Socinianos tandem defecit. Mortuo a. 1612. SONERO, RVARVS iusta Praeceptori suo carmine venustissimo persoluit, coetusque Crypto-Sociniani in *Acad. Altorffina* exstitit Antesignarus.

Discedens *Altorffio*, *Argentoratum* profecturus, cum alumno suo BVRGSTORPHIO *Equite Marchico*, cui morum et studiorum Ephorus datus erat, cum honorifico facultatis Philosophicae testimonio a. 1614. d. 14. *Augusti* scripto, callidissimus erroris dissimulator dimissus est. Sed antequam Argentinam cum suo BVRGSTORPHIO discessum moliretur, clam omnibus, et simulata, Parentibus etiam et Praeceptoribus ita persuasis, alia caussa, *Racouiam*, Sarmaticam Socinianismi primariam sedem primum excurrebat, atque illic intima cum signiferis Socinianorum contracta amicitia, *Altorffium* rediit, tantaque taciturnitate in longissimo isthoc itinere vsus est, vt vix centesimus quisque aliquid huiusmodi suspicaretur. Qua ratione iter in Poloniam instituerit, ipse, pluribus enarrat in epistola ad IOACH. PEVSCHELIVM a. 1614. circa festum Paschatis scripta, *edit.* ZELTNERI p. 447. seqq. Inprimis, quam beneuole exceptus fuerit Racouiae, et quibus isto loco negotiis vacauerit, his verbis l. c. p. 450. exponit: "De — fratrum salutationibus non est quod operose scribam, cum ipse facile cogitare possis, si non prorsum iniucundus hospes fuerim, quantis congratulationibus, quam arctis complexibus sim exceptus, tum priuatim, tum publice; siquidem proxima ad coenam Domini

Domini celebrandam ſynaxi, cum primum SMALCIVS et me et vos *(fratres Altorffinos ad* SOCINI *caſtra protractos)* omnibus oratione polonica commendaſſet, ipſe MOSCOROVIVS, iuſſu reliquorum, amorem et officia mihi detulit, cui ego, quantum extempore potui, gratiis actis oſtendi, nos in ipſorum beneuolentia libenter acquieſcere. Victus in aula deſtinatus mihi fuit apud *Palatinidem;* (SIENINIVM) Muſeum etiam, quod tamen cum per hiemem ibidem incommodius mihi futurum foret, traductus in oppidum vna cum CRELLIO contubernali meo mutaui. Vis nunc de ſtudiis et occupationibus meis? ſesqui horam abſumunt ſacra publica, quae et mane et veſperi, vt ex CRELLII litteris aliquando intellexiſtis, quotidie frequentantur, a quibus tamen ego matutino tempore per ſeptimanas tres, quatuor abſtineo, ne gratis frigeam, cum Polonicae linguae ignarus conciones nondum intelligam. Duas horas apud SMALCIVM quotidie diſputando, deque variis ſcripturae locis diſſerendo, facimus, vbi et ipſe MOSCOROVIVS, *(Hieron.)* quando valet, et CROKERIVS *(Paulus)* et STATORIVS *(Ioannes*, coetus Racou. ab a. 1612. miniſter) adeſſe ſolent. Auctores etiam fuerunt mihi fratres, vt Polonicae linguae temporis aliquantum tribuerem, in qua Minerua tam inuita verſor, vt paulo plus quam nihil hactenus profecerim, neſcio, an ingenii mei ſtupiditate, an naturae abhorrentis vitio: nec tamen ſpem adhuc omnem abieci. Deberem etiam ſingulis ſeptimanis concionem aliquam ſacram habere (*), ſed iſtam curam, animo meo gratiſſimam tot eiiciunt alia negotia, vt rarius adhuc tam vtile ac mihi plane neceſſarium exercitium tractauerim.

(*) Ad hoc munus ſatis inſtructus putabatur, quamuis ſtudio Iuris operam nauauerit.

Quantum enim temporis ſalutationibus et colloquiis talium amicorum extrahi putas, mihi quidem non tantum iucundis, ſed etiam oppido fructuoſis, vt proinde non aſperner, ſed non tamen ſine otii impendio: quo nullum alias mihi peius interire puto, quam quod prandiis coenisque impenditur, quae non numquam, vt in aulis fieri ſolet, minus quidem pro *Palatinidae* noſtri dignitate, pro meo tamen vſu, et aliorum negotiorum deſiderio lentius, et cum pompa quadam occupato moleſta, trahuntur. Huc adde, quantum me laborare neceſſe ſit in rebus meis domeſticis, quarum ſtatus in patria non mediocriter affligitur, conſilio ſatis expediendis, meque ipſo ad omnem fortunae procellam matura deliberatione muniendo: adde poſtea, quantum mihi libris quibusdam in Germania rarioribus legendis ſatagendum ſit: iſtis additis, reliquisque ſupputatis, iam ſubduc rationes, et vide, quantum mihi ad litteras reſtat, in quibus, ſi non praeſtare queam id, quod tu expectas, iam non ego ignavus, cui aliae occupationes id non permittunt, ſed tu potius ſubiniquior, qui tantum a me exigas, videri debeas."

Racouia igitur *Altorffium* rediit, de quo ZELTNERVS l. c. p. 119. ita inquit: "Reuerſum ex nido Racouienſi, interque fratres coram ſolemni ritu iſtic cooptatum, et aegre ex amplexu amiciſſimo dimiſſum, atque hinc *Norimbergam* pariter ac *Altorffium* ſub initium veris anno MDCXV. vix inchoato, reuiſentem, quid aliud inde credendum eſt, reportaſſe, quam praeter confirmatam magis animi corrupti ſententiam, ipſummet *Emiſſarii* munus demandatum? quod ſtudioſe etiam ab hoc tempore peregit." Vid. eius *epp. Cent.* II. N. VII. X. XI. XII. XVII. Valedictoriam *Racouia* excedens epiſtolam ſcripſit Euergetae ſuo IACOBO SIENINIO, *Palatinidae Podoliae*, ſum-

ſummas demiſſasque pro beneficiis acceptis gratias agens, in *Epp.* ex edit. ZELTNERI p. 429.

Altorffio Argentoratum conceſſit, ibique, vt arbitramur ſecurum ad tempus domicilium ac inſimul coetus adprobati incrementa quaeſiuit, motibus Neo-Photinianis in Academia Altorffina iam erumpentibus. VOGELIVS hinc et PEVSCHELIVS Crypto-Socinismo Altorffino implicati de ſparſo errore quaeſiti, maximam corruptionis ſuae culpam in RVARVM abſentem deuoluerunt; qua propter Senatus et Academia Argentoratenſis per litteras a Conſule et Magiſtratu Norimbergenſi d. 19. April. 1616. datas, horum omnium certiores quam primum redditi ſunt, et commonefacti, vt ſibi cauerent ab homine ex dolis fraudibusque in promouendis coetus huius incrementis compoſito, veritatemque expoſitae criminationis inquirerent. Senatus Argentinenſis negotium inquirendi RVARVM committebat D. Io. BECHTOLDO, *Theol. Prof.* et Io. TAVFRERO. Perſcripta hinc eſt relatio Noribergam, quam ZELTNERVS l. c. p. 536. in extenſo inſeruit. In inſtituto examine negauit, ſe vnquam PHOTINI erroribus ſuffragium ſuum tuliſſe, ſed exercitii gratia in Academia Altorffina quaedam in diſputationibus propoſuiſſe et defendiſſe dubia, quo ſibi fortaſſis malam hanc contraxiſſet ſuſpicionem; D. SCHOPPERVM interim argumenta non ea, qua par eſt, ac debuiſſet ſoliditate ſoluiſſe. Interrogatus: *An Ieſum verum eſſe Deum crederet?* Reſpondit adfirmando. Iterum quaeſitus: *An aeternum eum crederet Deum?* regeſſit, non negari quidem a ſe diuinitatem Chriſti aeternam, ſed eandem in dubium vocari. Dictum quoque 1 *Io.* V. 20. de Chriſto explicauit, ſe enim non de vera, ſed aeterna Chriſti deitate habere dubia, dixit. Interrogatus: *An* ARGENTO-

RATI *S. coena vsus fuerit?* respondit, neg. quia scelestos et impios homines eadem vtentes et admissos viderit; qua occasione quaedam eidem datae sunt correctiones e. g. vt semetipsum docente PAVLO tentaret; lapsum quorundam hominum esse conspicuum, verum resipiscentiam eorum non in oculos cadere, nec quenquam illorum iudicem esse constitutum. Ad quaestionem: *An aliquando promouendae haeresi studuisset?* semet purgauit, quod nunquam aliis instillasset opiniones suas, sed prouide apud se seruasset, nec cuiquam *Argentorati* scandalo fore, cum iam iter in patriam paucis diebus instituendum meditaretur. Vid. litterae I. H. BARTHII ad ZELTNERVM l. c. p. 539. Ob hanc interim Apostasiam, haereditate paterna in *Holsatia* excidit, multorumque antea amicissimorum sibi contraxit indignationem. Vid. MOLLERVS l. c. p. 571.

Ex Academia igitur Argentina, BVRGSTORPHII gubernatione studiorum abdicatus circa mediam anni 1616. aestatem digressus, Germaniam reliquam, Daniam, Angliam, Belgium, Italiam et Galliam itinere peragrauit literario. Inde ad Polonicos agros remeauit, vbi generosi viri CASP. SACCI filiorum Ephorus primum constitutus a. 1618. circiter, horum itineribus in Germaniam, Belgium, Angliam et Galliam moderandis praefuit, eodem anno Lugduni, et a. 1619. Londini vixit. Itinere hoc absoluto in *Moestichbiano* et *Bobouiciano* SACCORVM praedio commoratus, ex quo a. 1627. et 1628. in *Academiam Francofurtanam* et 1629. *Bremam* et in alia loca aliquando excursiones fecit. In his varia RVARO oblata sunt munera, de quibus ipse inter alia in *Ep.* ad HEINONEM VOGLERVM, scripta circiter a. 1623. *Crempis*, *Cent.* I. N. XVII. p. 96. inquit: "In *Silesia* honesta mihi

mihi conditio nunc eſt in manu: neque deſunt, qui me in vicinam inuitent *Marchiam*, Academici praeſertim, quos longa conſuetudine mihi deuinxi." Quales vero fuerint conditiones in *Francofurtana* praecipue *ad Oderam Academia*, nullibi, quantum ſcio, diſtincte expoſuit. Qui a. 1639. d. 1. Martii apud *Senatum Gedanenſem* pro RVARO interceſſerunt nobiles Poloni, referunt, quod doctiſſimorum virorum opera, ad amplas functiones diuerſa in loca vocatus fuerit. V. RVARI *Epp.* ex edit. ZELTN. p. 632. In *Academia Cantabrigienſi* ipſi docendi munus et quidem Profeſſionem hiſtoricam recens fundatam, cum ſtipendio 100. librarum eſſe oblatam, ipſe 1619. ad DÜMLERVM ſuum amiciſſimum et commilitonem quondam Altorffinum, nec non ad VOGLERVM l. c. p. 114. perſcripſit (*). Qui eum ad munera varia inuitarunt, vel orthodoxe in religione eum ſentire credebant, vel ſpem ſibi faciebant, hominem eruditum et non vulgaribus animi dotibus praeditum ab errore in veritatis viam reducendi, vel tandem placitis eius adſpirantes, admoturi eum officio publico, eius opera ſtudioque diſciplinam hanc promouere intendebant.

Ex itinere cum iuuenibus SACCIS in Poloniam redux, CRELLIO a munere rectorali ſcholae Racouienſis, ad Eccleſiaſticum vocato a. 1621. menſe Maio (non, quod proditur 1622.) ſucceſſor eſt conſtitutus, ad quod officium obeundum pluries antea ſemet obtulerat, quod Acta Synod. MSSCC. a. 1621. exponunt. Quod iſto tempore

L 3 magna

(*) Ita ad NIC. DÜMLERVM *Cent.* I. ep. 10. ſcribit: "Puto te intellexiſſe, quam ſplendida mihi *Profeſſio* illic in *Acad. Cantabrig.* fuerit oblata. Eius conditiones augebantur ſupra modum, cum intellectum eſſet, me difficulter animum ad eam adiicere. Nam vltra centum librarum ſtipendium, promittebatur mihi locus in Collegio aliquo honeſtiſſimus, vnde tota vitae ratio mihi gratis conſtitura erat etc."

magna ſcholae Racouienſis fuerit celebritas, ſiquidem iſta ab aliquot centenis nobilibus, imo Euangelicis quoque et Pontificiis frequentabatur, alio loco notauimus. Vitae tamen ſcholaſticae, triennio nondum impleto, pertaeſus, a. 1623. munere hoc ſemet abdicauit; ad ſuſcipienda itinera potius et variationem ſtationis inclinans, oblatam itineris occaſionem vltro accipiebat, comesque datus nobili Polono ANDR. WISSOWATIO, cui ſe adiunxerunt IOACH. PASTORIVS, ab HIRTENSBERG, GEORG. NIEMERICIVS, NICOL. LVBIENIECIVS et PETR. SVCHODOLIVS, iter per Germaniam inferiorem, Angliam et Galliam ingreſſuri. Hanc quoque, imo fortaſſis longiorem viam emenſus eſt *Ruarus*; peragraſſe enim eum Galliam, Italiam, Belgium, Angliam, Daniam, praeter Germaniam et Poloniam ex animaduerſionibus in litteras Conſulum Gedanenſium, in *Epp.* eius ex *edit.* ZELTN. p. 639. conſtat. Ex itineribus redux in praediis CASP. SACCII, quem maximum ſemper venerabatur patronum, iterum ſubſtitit. A. 1630. Inſpector vel Informator Domini CIKOVII adpellatur, ipſique hoc tempore quaedam circa *Gedanum* expedienda committebantur. A. 1631. ipſe *Gedanum*, quo loco iam antea et quidem 1624. aliquod tempus conſumſerat, fixam ſedem commorationis ſuae praeoptavit, quo anno admonebatur per Synodi decretum, vt vniendi coetus Sociniani cum Arminianis tentamen faceret, quod experimentum quoque inſtituto in Belgium itinere a. 1632. ſuſcepit, quo vero ſucceſſu, alio loco enarrabimus. Vid. *Acta Synod.* MSSCC. 1631. Rediit circa finem anni 1632. Gedanum, et in Synodo Racou. a. 1633. praeſens fuit, cumque hoc anno CRELLIVS vita exceſſiſſet, RVARVS prae caeteris habilis et capax a Synodo iudicatus eſt, vt coeptos a CRELLIO labores ad

vmbi-

vmbilicum duceret, in quem finem statutum est, vt proxima hieme *Racouiam* semet conferret, commercium vero epistolicum cum transmarinis alii cuidam interea committeret curandum. *Gedani* priuatim primum dilatandis coetus sui commodis intentus, intra aedes suas singulis diebus statutis negotio huic operam nauauit, quod pluribus EVGENIVM quendam (qui Io. LVD. A WOLZOGEN fuit) ipse edocuit, *Epp. Cent.* I. N. XXV. Sed de eius negotiis Gedanensibus, et quomodo oppido a. 1643. excedere coactus fuerit, insuper habitis Procerum Polonicorum repetitis pro eodem intercessionibus, prolixe in *Hist. Socin. Pruss.* exposuimus. Quanta in existimatione Gedani fuerit, GROTIVS in epistola 1637. d. 19. Decemb. NICOLAO REIGERSBERGIO scripta significat his verbis: "*Est Ruarus propter vitae et consuetudinis lenitatem, in tanta apud Dantiscanos Reformatos gratia, vt quidam eorum, inter eos* ANDR. CONRADI *liberos suos ad me cum ipsius testimonio, miserint, quibus ego ita me comem facilemque praebui, vt vberrimas mihi gratias et ipsi egerint, et ipsorum parentes.*" Vid. Vol. epistolarum Grotii N. 880. p. 380. Integrum locum ex hac epistola inseruit TENZELIVS *Dialogis menstruis* germanicis 1693. *mense Martio* p. 253-255. Eodem, quo *Gedano* excessit anno 1643. KONIECKPOLSCII Patroni commendatione, a *Poloniae Rege* WLADISLAO IV. diplomate peculiari, in SERVITORVM, quos vocant, siue famulorum aulae regiae numerum susceptus est, omnibusque istorum iuribus, priuilegiis et immunitatibus, libere scilicet vbiuis commorandi, et negotia exercendi, in nullo alio iudicio, praeterquam coram Rege et in iudicio regio caussam dicendi etc. donatus. Vid. RVARI *Epp. Cent.* II. N. 88. ex edit. ZELTN. p. 684. Iisdem praerogatiuis, a successore WLADISLAI,

IOANNE CASIMIRO a. 1649. insignitus. *Vid. Diploma* l. c. N. 89. p. 686. Adfuit a. 1645. in *Colloquio Thorunensi*, qua occasione GEORG. CALIXTVS hunc conterraneum suum ad saniorem mentem reuocare studuit, quamvis irrito id factum fuerit successu.

GEDANO excedens, quo in oppido per septennium pacate se vixisse confitetur, prope vrbem in pago STRASSIN dicto, iisdem curis augendae familiae Socinianae praefuit, nec tamen hoc loco sine omni metu inter sacra Socinianorum obeunda versatus est, quippe quae Episcopus Cuiauiensis ibidem abroganda voluit. Sustentatus hoc loco Polonorum magnatum, quorum negotia curae suae commissa expediuit, stipendiis ac patrocinio, reliquum vitae transegit, et inter alia negotia in coetus sui commodum suscepta, conciones quoque polonicas germanice interpretatus est, sacramque Synaxin in eadem lingua administrauit. Tandem exeunte anno 1657. fere Septuagenarius vita hac excessit, liberis e VOSSIA vxore prima, MARTINI VOSSII mercatoris, ob Socinismum vrbe secum a. 1643 expulsi filia, eademque *Senatoris et Praesidis* Dantiscani nepte, compluribus, sed exiguo patrimonio relictis. Coniuge hac vita defuncta, connubii foedere sibi iunxerat alteram CATHARINAM WEIMERAM. Vid. *Epp. Cent.* I. N. XLVII. p. 226. Vtrum vero liberos ex eadem susceperit, dubitandum est. Corpus eius ad pagum Strassinensem prope Gedanum esse sepultum, REINHARTVS *disp. cit.* §. XIV. *fol.* C. 2. notauit.

Paulo ante obitum suum, nimirum 17. Calend. Martii 1657. litteras dedit ad STEPH. CVRCELLAEVM, quas ZELTNERVS ex *epp. Remonstrantium* N. 609. editioni epistolarum RVARI p. 700. attexuit, in quibus ita inquit: "Quod in vrbe mihi vestra *(Amstelodamum notat)* refugium

gium ostendis tutum, id magno mihi solatio fuit, vtarque lubens consilio tuo, si quid hic grauius ingruat; (*Belli Suecici fata innuit*) interim quamdiu spes nos aliqua melioris aurae tenet, hinc non facile me in loca tam longinqua mouebo, praesertim cum familia, quam per Dei gratiam satis numerosam habeo. Nec vero cura Ecclesiarum his in oris deserenda mihi videtur, quamdiu dabitur iis aliquis adhuc locus, nec modus viuendi, quo hic vtimur tolerabili, cum vestro nimium sumptuoso commutandus. Quamquam enim Dei immortalis munere mihi suppetat, vnde me meosque ad tempus sustentare possem, illa me tamen copia, si nihil aliunde accedat, facile defecerit. Et vt mihi non longum restet viuendi spatium, cum LXVIII. aetatis annos iam excesserim: inhumanum tamen videtur, si patrimonium omne viuus absumerem, et vxorem deinde cum tot liberis alienae misericordiae in peregrina natione relinquerem. Vt ex opera aliqua litteraria, ad quam per Dei gratiam satis adhuc mihi virium suppetit, rem istic faciam, non facile sperandum est, ob inuisum meum nomen, quod omnes abhorrebunt: at me litterulas stulti docuere parentes, nec praeter illas artem aliam didici, et haec quoque aetas ad discendum sera est. Gener meus I. S. (IOACH. STEGMANNVS, *iunior*,) Dei beneficio valet quidem, et in eodem mecum agit contubernio: sed et illum iniquitas temporum in angustias non exiguas redegit, quandoquidem a biennio et semestri, quod hic agit, promissum e Polonia salarium frustra adhuc praestolatur."

Filii ipsius duo in Belgium concesserunt, vbi alter DAVID RVARVS typographus haud ineruditus Amstelodami epistolas patris, suis subiecit typis et centuriae secundae praefationem praemisit; alter IOACHIMVS prio-

rum epiſtolarum patris centuriam, ſua ad lectorem commonefactione exornauit, qui iſto tempore, cum ſecundus faſciculus in lucem prodiret, mortalitatem iam expleuiſſe videtur. De *Ioachimo Moellerus* notauit, quod Eccleſiae Romanae Proſelytus exſtiterit, et opuſculis aliquot propriis de cultu Dei interno Belg. rythmicis inclaruerit. Nullum eſt dubium, quin MARTINI noſtri filius fuerit, MARTINVS ille RVARVS, *Gedanenſis*, qui a. 1659. d. 24. Iulii ſtudiis Academicis in *Regiomontana Academia* initiatus eſt, quique teſte albo ſtudioſorum absque iuramento praeſtito in numerum ciuium ſuſceptus, cum hoc loco diu verſari noluerit. De hoc MARTINI MARTINO RVARO MOELLERVS l. c. p. 573. narrat, quod Chymiater Amſtelodamenſis, lectis IAC. BÖHMII libris, in huius aſſeclarum caſtra, defertis Socinianis transgreſſus fuerit. A. 1662. in vltimo, quem Sociniani in Polonia habuerunt conſeſſu, ad deliberandum proximo tempore ſtatutum eſt: An RVARI filius capax iudicandus, qui aliquando miniſterio Eccleſ. admoueri poſſit. Iſte fortaſſis eſt IOACHIMVS, natu minor, quem in numerum alumnorum coetus ſuſceptum eſſe, in *actis* MSSCC. Synodi *Cruciburgi* a. 1663. habitae, legimus.

Quamuis MARTINVS RVARVS *ſenior*, Socinianismum pleno animi propoſito profeſſus fuerit, nullibi tamen ſacro Baptismi ritu initiatus et rebaptizatus legitur. Eundem vero a. 1646. in conſeſſu Dazuienſi manuum impoſitione a ION. SCHLICHTINGIO, CHRISTOPH. RVDNICIO et CHRIST. STOINIO ad miniſterium eccleſiaſticum ſolemniter inauguratum, et ab hoc tempore Ordinarii apud Gedanenſes miniſtri munere functum eſſe, *Acta Synodalia* nos condocent, licet id omnes adhuc, quantum ſcimus, in dubium vocauerint, imo negauerint; excepto

cepto CAR. OGERIO, qui in *itinere polonico* p. 418. teste BAYLIO in *Diction. Ruarum Pastorem Arianorum Dantisci* appellauit, quem MOLLERVS l. c. p. 572. immerito falsi arguit.

Fuit RVARVS, teste ZELTNERO l. c. C. I. §. XXVIII. p. 100. seqq. "doctrina praepollens et ingenio, poëta eximius, orator singularis, Philosophiae peritissimus, linguas orientis, nec non gallicam et italicam, aliasque exoticas non mediocriter doctus, et conceptorum placitorum callidissimus dissimulator. Princeps ipsi studium fuit Philosophia, secundum omnes eius partes et ius naturale ac ciuile, cuius non imperitus et ipse voluit haberi." Vid. Eius *epp. Cent.* I. N. XV. p. 94. et N. XVII. p. 112. Eum tamen nec Theologiae penitus fuisse expertem, et scripta eius, et disputandi cum doctissimis Theologis habitus, satis comprobant. Ingenium eius non tenue fuit, quod vt alia multa, ita cumprimis, quae hinc inde dispersa in scriptis leguntur carmina, affabre non minus, quam argute concinnata testantur, cuius facultatis geminum specimen, vtrumque MICH. PICCARTO dicatum, *Zeltnerus* inseruit. De animi charactere ac praeualente affectu, qui in eodem fuerit, *Zeltnerus* optime iudicat, quod praedominante ambitionis motu cum primis fuerit actus. Hinc suas in Academia Rostochiensi et Altorffina maxime occupationes fuisse testatum, vt supra vulgus saperet, vt per florentissimos Graeciae Latiique campos instar apis vagaretur, non vt febriculosas aliquot obseruatiunculas ad grammaticam pertinentes, quod multi faciunt, colligeret; sed vt stilum ad scribendum prosa versaque, nec minus linguam ad differendum formaret, animum vero praeclaris vitae praeceptis imbueret, et ad ciuile commercium subigeret ac praepararet. Imo ipse eo progressum

sum se scribit, vt tyrociniis sub TARNOVII in litteratura hebraica vexillo positis, nec *in Rabbinis* plane fuerit hospes; quin et *Syriacae Arabicaeque* linguae rudimenta deinceps sub magistris optimis ERPENIO *Lugdunensi* et *Maronitis Parisiensibus* delibarit. V. *Epp. Cent.* I. N. XVII. p. 111. seqq. *Cent.* II. N. XIV. p. 80.

In quam plurimis momentis, reliquis coetui Sociniano adscriptis fuit homodoxus; quantum vero ad *satisfactionem Christi vicariam* attinet, Remonstrantium sententiae calculum adiecit, vna cum ION. SCHLICHTINGIO; de quo argumento cum GITTICHIO in epistolis ad hunc scriptis disceptauit. Sectae suae nouatoribus animose se opposuit, imprimis DANIELI ZWICKERO, fraternitatem cum Hussitis et communionem bonorum vrgenti. Vid. Epp. RVARI. Cent. I. N. 70-74. *Chiliasmo* se fauere, in epistola ad PHILOMATHEN Cent. I. N. 100. haud dissimulauit. Singulis Veneris diebus ieiunio assuerat, quod, et carnium abstinentiam aduersus GITTICHIVM defendit. Vid. *Epp. Cent.* I. N. 90. 92. 94. 96. 98. Quod non in omnia F. SOCINI verba iurauerit, imo necdum omnia eius scripta legerit, pluribus exponit HEINONI VOGLERO *Cent.* II. *ep.* I. ex *edit.* ZELTNERI p. 378. Varia de eodem elogia et Socinianorum, et eruditorum alias religiones profitentium MOLLERVS collegit l. c. p. 574. Extat eius effigies aeri incisa formae 4. cuius exemplari, quod videre contigit, manus mihi ignota haec adposuit: *Tantae eruditionis fuit, vt* GROTIVM *in partes Socinianorum traxerit.*

SCRIPTA:

1. MARTINI RVARI, *nec non* H. GROTII, M. MERSENNI, MICH. GITTICHII et NAERANI, *aliorumque virorum doctorum, quorum nomina post praefationem vide*

vide ad ipſum epiſtolarum ſelectarum CENTVRIA. *In quibus res magni in religione momenti, inter diuerſarum ſententiarum atque ſectarum homines tractantur, et examinantur. Amſtelodami apud* DAVIDEM CRISPICVM (RVARVM) 1677. 8. Alph. 1. pl. 7½. ALTERA Centuria eodem loco, ſub tit. MARTINI RVARI, *nec non aliorum illuſtrium, ſpectabilium, doctorumque virorum, quorum nomina in indice videbis, ad ipſum vel eius cauſſa ſcriptarum epiſtolarum ſelectarum centuria altera et vltima. Amſtel.* apud DAVIDEM RVARVM 1681. 8. Alph. 1. pl. 5½. Cum praefationibus ad Cent. I. IOACH. RVARI, ad Cent. II. DAV. RVARI, Typographi, *Martini* filiorum. Harum litterarum iterata editio, quae ZELTNERI *Hiſtoriae Lipſ.* 1729. 4. Alph. 3. pl. 20. adtexta eſt, prioris raritatem diminuit librumque ſcopo ſuo dignoſcendisque totius coetus Sociniani fatis, cui iam inſeruire poteſt, vtiliorem fecit; adpoſitae enim ab editore notae epiſtolis ipſis multum lucis adfundunt, noſcendique ſyſtema et hiſtoriam Socinianismi cupidis, haud parum adiumenti adferunt. Epiſtolas vero RVARI non ex ipſis litteris ad amicos miſſis, ſed e primis lineis a RVARO ductis, adeoque mancas typis expreſſas eſſe omnino conſtat. Inter deſcribendum proinde ac ſecundis curis haud parum ab auctore mutatas fuiſſe, ZELTNERVS recte ſuſpicatur, in *notis* ad *Epp.* p. 690. Epiſtolarum argumentum SANDIVS l. c. p. 114. expoſuit, plura de iisdem narrauit FRID. GOTTH. FREYTAGIVS *in analect. litterar. de libris rarior.* p. 793. et BAVMGARTENIVS, *in recenſ. Bibliotb. Halenſ.* T. VI. p. 482. Continent permulta, quae cuiuis docto, tum ob ſtyli elegantiam, tum rerum cognoſcendarum iucunditatem

facile

facile eas commendant; siquidem non Philosophus modo, Politicus et Historicus; sed etiam potissimum Theologus in iisdem inuenit, quorum notitia eum antehac fugiebat. Vid. *Acta Erud.* 1683. p. 20. seqq. Extant et aliae epistolae RVARI, hinc inde sparsim editae, rariores tamen; cuiusmodi in Epistolis *Remonstrant. Richterianis* et *Gudianis*, alibi vero vix vna alteraque habentur, obseruante ZELTNERO l. c. p. 1. not. a. Plures quoque epistolae eius MSSCC. a SANDIO l. c. allegantur. Eiusdem et IOANNIS KIRCHMANNI epistolae e museo MOELLERI leguntur in *noua Biblioth. Lubecensi* a. 1753. Vol. II. et IV.

2. *Scriptum de Magistratu: per modum Responsionis ad* DAN. BREENII *epist. datam Amstelod.* 26. Aug. 1627. Adnexa est in fine *Cent.* I. *epp.* RVARI, et relationem habet ad *Cent.* II. ep. XXXV.

3. *Rationes, cur Rom. Eccl. asseclae non deberent adeo infensi esse Vnitariis, quos Socinianos, vel Arianos vocant.* Eodem loco adtextae. SANDIVS scripti huius iterata vice inter anonyma mentionem fecit. p. 178.

4. *Notae in Catechesin Ecclesiarum Polonicarum, adiunctae Catechesi*, quae 1665. 8. *Irenopoli* sumptibus FRIDERICI THEOPHILI in lucem prodiit. Eaedem insertae editioni impressae a. 1680. 8. Vid. sub SCHLICHTINGIO et ANDR. WISSOWATIO. Testante SANDIO sunt et aliae eius in eandem Catechesin annotationes, quae nondum sunt editae. Ad notas priores SCHLICHTINGIVS ex parte iam respondit.

5. *Confessio de satisfactione, cum annotationibus* PETRI ZORNII MSC. Adiuncta est MSCtis ZORNII obseruationibus in librum GROTII, *de satisfactione Christi*, de quibus vid. *nou. publ. litter. Hamburg.* 1747. N. 71. p. 565.

6.

6. *Analyses s. conciones in varia Scripturae loca.* MSC. In Synodo a. 1633. admonebatur, vt analyses locorum S. Scr. ad formam et vsum concionum concinnaret. *Val. Smalcium* quoque analyses in extantiora S. Scr. loca construxisse, sub hoc notauimus. *Vid.* sub *Gittichio* p. 395.
7. *Historia sui temporis.* MSC.
8. *Excerptorum liber.* MSC.
9. *De obedientia hominis Christiani liber.* MSC. Pluribus eius mentio fit, in *Analectis ad hist.* ZELTNERI p. 1239.
10. *Colloquium cum* PAVLO FELGENHAVER, *Berolini habitum* 1629. cuius hic meminit in *Refutat. Paralogismorum Socinian.* p. 108. teste Io. MAVKISCHIO in dem probirten Verstand- und Gedenkbuch. p. 813.
11. MART. RVARVM *germanicae quoque librorum N. T. versioni*, quae 1630. prodiit, operam nauasse indubitatum est, quamuis id omnino neget MOLLERVS l. c. p. 576. De hoc labore ita ZELTNERVS l. c. p. 327. not. b. inquit: "Quibus nihil addimus, nisi quod *versionem N. T. Socinianorum* RVARVM quoque promouisse, multi perhibent, immo *obstetricante* MARTINO RVARO, *ex ipsius* SOCINI, OSTORODI et SMALCII *dispp. eam expressam esse*, HAKSPANIVS noster in *Errab. Interpr.* §. 72. diserte affirmauit. Quae quamuis famosae istius versionis origines non omnino patefaciant, hactenus tamen HACKSPANIANA, (cui Viro doctissimo Socinianorum res et scripta ceteroquin apprime cognita fuere) obseruatio vsui nobis esse poterit, vt b. PIPPINGIO in *Prolegom. ad Libb. Symbolicos* lubentius assurgamus, quando l. c. fol. 13. ex Iunioris RVARI relatione prorsus constare, OSTORODVM esse versionis ipsius, CRELLIVM vero praefationis auctores, tradit.

RVAR.

RVARVM certe publicandae suasorem et adiutorem fuisse, alia quoque sunt, quae condocent. Nobis, si inter *elaborationem primam et recognitionem* RVARI atque CRELLII coniuncta opera susceptam, distinguas, res omnis expedita videtur." Fusius hoc argumentum in *Actis Synod.* MSSCC. expositum est; cum quibus simul historia *versionis* huius plena aliquando a nobis exhibebitur. V. SMALCIVS.

12. *Epistola ad* GANOVIVM, *Regiomontanum*, *de conquirendis pro Viro erudito Paris.* CALOVII *scriptis Anti-Socinianis: scripta* 1642. 28. *Ianuar. Gedano.* Inserta legitur ex CALOVII *Opp. Anti-Socinianis* Vlmae 1677-80. fol. P. I. ZELTNERI notis ad *Epp.* RVARI *Cent.* I. ep. L. p. 195. not. c. qui quoque monstrauit, virum eruditum Parisiis viuentem, non DION. PETAVIVM fuisse, quod editor Operum CALOVII putauit, sed potius MARIN. MERSENNVM.

13. *Amica disputatio aduersus Iudaeos*, *continens Examen Scripti cuiusdam Iudaici*, *e Lusitanico in latinum versi*, *et Responsionem ad Quaestiones inibi Christianis propositas.* 1644. 4. SANDIVS l. c. p. 136. scriptum hoc DAN. BRENIO tribuit, in quo omnino errasse nobis videtur, cum BRENIVS potius illud refutauerit in *Breuibus annotationibus in V. et N. T.* quae 1664. Amstel. fol. prodierunt. Statuit hinc, nec sine omni ratione EL. SIGISM. REINHARTVS, *disp. cit.* §. XV. *fol.* C. 3. quod MART. RVARVS verus auctor sit, nisi forte illud communicata cum ION. SCHLICHTINGIO opera adornatum fuerit. Idem REINHARTVS obseruauit, quod quaestiones *Iudaei* circa mysterium S. Trinitatis propositas, auctor intactas et absque vlla responsione, *tanquam extra contextum et Scripta mere*

Apo-

Apostolica versari Examinatori visas, *et sic non defendendas* praeterierit. Quod ipsum auctorem Antitrinitarium prodidit.

14. *Duae* RVARI *epistolae ad Consiliarium Noribergensem* GEORG. RICHTERVM, vna ad IO. KIRCHMANNVM, et *fragmentum epistolae*, MATTH. BERNEGGERO *Argentoratum scriptae*, quarum nulla in duabus RVARI epp. Centuriis occurrit, teste ZELTNERO l. c. pag. vlt. in monitis et emendandis, partim in RICHTERI epp. select. p. 386. seqq. partim in epp. MARQV. GVDII p. 261. et in HEVMANNI *Poecile* T. II. p. 206. occurrunt. Vna *Ged.* 1622. scripta extat in *Noua Biblioth. Lubec. Vol. I.* N. 8. p. 144. seqq. Item *aliae duae Epp.* cum vna KIRCHMANNI, ex Museo OLAI HENR. MOLLERI producuntur in ead. *Bibl. Lubec. Vol.* II. N. 5. p. 144. Vna RVARI epistola extat in RATHLEFFII scripto periodico, quod sub tit. THEOLOGI, german. prodiit, P. 33. Vna ad GRÜNEWALDVM, *Dantisci* prid. kal. Dec. 1632. scripta reperitur inter *Epp. Remonstr. eccles. Amstel.* 1684. *fol.* N. 515. p. 771. Vna ad FRANC. LIMBVRGIVM, *Francof. ad Viadr. M. Iul.* 1620. scripta, legitur in CRENII *Animadu.* P. V. p. 262. seqq. Duae ad GERH. IO. VOSSIVM, in epistolis Vossianis a PAVLO COLOMESIO 1690. *Londini fol.* editis.

15. Spem fecerat MART. RVARVS STANISLAO KONIECPOLIO, *exercituum Regni Poloniae supremo Generali*, describendi *belli Scythici historiam*, feliciter ab hoc Patrono suo 1644. gesti, prostratis et in fugam conuersis 30000. Tartaris, quod ex huius ad RVARVM epistola in epp. RVARI ex edit. ZELTNERI p. 676. colligitur. Fortasse his blandimentis magni

viri fauorem, vel captare, vel feruare ftuduit RVARVS. Sufpicamur idem effe fcriptum, quod N. 7. allegauimus. Inter omnes conftat, RVARVM dum viueret, a lucubrationum fuarum publicatione, typorum ope procuranda, omnino abftinuiffe.

16. *Nouam libri* GREGORII NYSSENI, cui titulum fecit: *λογον κατηχητικον*, *editionem* meditatum fuiffe RVARVM, ipfe HVSWEDELIO amiciffimo fuo fignificauit, *Epp. Cent. II.* N. XXVI. Ad hoc opus perficiendum a SONERO fubfidiis litterariis et confiliis adiutus. Tandem labore hoc abftinuit, cum ipfe Antitrinitariis, aduerfus quos GREGORIVS arma tulit, fuffragium dare conftituiffet, aduerfae partis argumentis victus.

17. Quod in colligendo *Lexico theologico* occupatus fuerit, *acta* MSSCC. Synodi 1629. comprobant; ipfique a. 1630. commendatum eft, vt librum *de prouidentia Dei* concinnaret, quem laborem detrectaffe videtur, quare eundem Io. STOINIVS in fe fufcepit.

18. Eundem TRIADOMACHIAE confcribendae operam nauaffe, ex Actis MSSCC. Synodi 1633. colligimus. Plures ex Socinianis huic libro commodaffe manus fuas aliquoties iam notauimus. Vid. quae fupra p. 426. 506. hac de re narrauimus.

19. Vt *confeffionem Ecclefiarum Vnitariarum* adfirmatiue fcripto exponeret a. 1637. in Synodo Racou. inuitatus eft, quod vero negotium anno fequente, nec non a. 1639. SCHLICHTINGIO committebatur.

20. Liber *de ratione refarciendae cum Euangelicis vnionis*, ipfi 1652. in Confeffu Czarcouienfi fcribendus commendabatur, communicato tamen cum ION. SCHLICHTINGIO confilio, et vt eundem proximo confeffui exhiberet, monitus eft.

21. *Bre-*

21. *Breuis explicatio capitis primi* IOANNIS lingua germanica. Hanc ſcripſiſſe RVARVM, acta MSSCC. Synodi Racou. 1635. teſtantur.

22. FAVSTI SOCINI *ad* ANDR. DVDITHIVM *epiſtolas IV.* *ex Italico in latinum* RVARVS conuertit, ediditque *Racouiae* 1635. Vid. Vita *Socini* P. II. C. 3. hiſtoriae noſtrae. Hanc verſionem vt exhiberet Synodo, RVARVS iam 1626. decretis coetus ſui inuitatus eſt.

23. *De Eleemoſynis ſcriptum germanicum.* Meminit eius ipſe in ep. ad ZWICKERVM *Cent.* I. N. LXXII. ex edit. ZELTNERI p. 269. narratque, in eodem inter alia ſe oſtendiſſe, non ſtatim pro theſauris a Chriſto vetitis habenda, quae quis ob incidentes vitae humanae caſus ad tempus ſibi reponat, modo ne cor illis adponat.

24. *Carmina latina varia*, ſigillatim diuerſis edita temporibus MOLLERVS l. c. p. 575. allegauit, qui eadem argutiſſima atque elegantiſſima praedicat. Idem notauit *Carmen germanicum* Alexandrinum, prolixum et haud inuenuſtum, HENR. HVDEMANNI Emblematis Germanicis, ſub tit. Des Hirnſchleiffers a. 1626. 8. excuſis, ſubiunctum eſſe.

25. Scripti D. Io. BOTSACCO, Theologo Gedanenſi oppoſiti ipſemet mentionem iniecit *Epp. Cent.* II. N. 98.

26. Quod operibus Io. CRELLII poſthumis perficiendis, ſtudium ſuum conferre a Synodo iuſſus fuerit, in eius vita notauimus. HVGO GROTIVS Ep. 336. ad RVARVM ſcripta a. 1634. huic ſignificauit: auide ſe opera haec expectare, eoque magis, quod a RVARO diiudicata et limata ſint proditura.

27. M. RVARI *Diſceptatio de verbo Dei*, *Irenop.* 1646. 8. allegatur in Catal. libb. STEPH. WOLTERI, Gedan. 1719. 8. p. 335. N. 435.

IOACHIMVS RVARVS.

MARTINI frater natu minor, per illum ad Socinianismi partes *Altorffii* pellectus, quibus deinde constanter adhaesit, et cum fratre MARTINO consilia de amplificanda secta diligenter contulit, quod ex epistolis adparet. Studio medico nauauit operam, quamuis non multum temporis in Acad. Altorf. commoratus fuerit. A. 1614. VOGELIVM in Saxoniam discedentem comitatus, ipse paulo post *Rostochium* semet contulit. In hac vel alia Academia summos in medicina honores obtinuit, et teste MOELLERO *Archiatri Brandenburgici* characterem *Berolini* sustinuit. Mortis praecise tempus certo non constat; ipsum tamen 1635. adhuc in viuis fuisse, ZELTNERVS euictum dedit, l. c. p. 329.

CHRISTOPHORVS RVDNICIVS.

Fuit circa a. 1600. Minister Surasiensis, de quo SMALCIVS in *diario vitae* apud ZELTNERVM l. c. p. 1172. narrat, quod secum et cum CHRISTOPH. LVBIENIECIO eodem anno 1600. ad Synodum Neogardiensem delegatus fuerit.

IOACHIMVS RVPNOVIVS, DE RVPNOW.

Eques Polonus, ANDREAE LVBIENIECII *gener*. Ministrum coetus Racouiensis primum fuisse testatur SANDIVS p. 122. quamuis a LVBIENIECIO l. c. p. 240. in horum catalogum insertus non reperiatur. In *Actis* MSSCC. Synodi Lublinensis 1610. Ministerii officio semet abdicasse, Racouiae tamen commoratus narratur. Cum vero eadem acta narrent, IOACHIMVM quendam RVPNOVIVM a. 1612. mense Maio in Synodo Racouiensi ministerio

Eccle-

Ecclef. initiatum effe, et eiusdem Synodi decreto miniftrum ad coetum Kifielinenfem in Volihinia in praediis CZAPLICII conftitutum, hinc vno plures fuiffe *Rupnovios*, eodem praenomine infignitos fufpicamur. A. 1618. coetui Lachouecenfi minifter praefectus legitur, quo munere deinde etiam functus eft *Lublini*, et tandem *Berefci*, quo etiam loco, non a. 1643. quod SANDIVS perhibet, fed 1641. diem obiit. Filia eius nupfit ANDREAE WISSOWATIO, cuius mater filia FAVSTI SOCINI erat. Plura de IOACH. RVPNOVII familia narrat, auctor vitae ANDR. WISSOW. SANDII *Biblioth.* adtextae p. 238. Ipfum RVPNOVIVM adpellat virum in omni fcibili verfatum, qui in primo iuuentutis flore, gloriae diuinae (fectae fuae) amore ductus, facrum in fe fufcepit minifterium, quod variis in locis, vt Lublini, Krelouiae, Racouiae, Berefcique digne obiuit, praetulitque id mundi huius honoribus, fpreta confanguineorum, qui in eo pollebant multitudine ac fplendore etc. Reliquit IOACHIMVS filium ANDREAM.

SCRIPTA:

1. *Acta Synodalia fratrum Polonorum*, feu Chronologiam Ecclefiaft. continuauit ab a. 1628. quod opus porro per Synodorum fcribas, fucceffores eius continuatum eft, vsque ad a. 1668. polon. et Lat. MSC. Vid. fupra *tit. Acta Synodalia*, p. 1.
2. *Somnium, quod habuit circa a.* 1630. de Iudicio Racouienfi, repraefentans futurum oppidi huius calamitatem: Religionis nimirum exercitii, Ecclefiae, Scholae ac Typographiae fublationem, polon. MSC.
3. *Conociones MSSCC.* et alia varii generis.

RVTKEVICIVS.

Vocatur in *Actis* MSSCC. Doctor; medicum hinc eum fuiſſe ſuſpicamur. Litem quandam ipſi fuiſſe cum CHRIST. WISSOWATIO, *acta* Conſeſſus Raſzcouienſis a. 1649. teſtantur, quam componendam RVTKEVICII fratri conſeſſus commendauit.

ANDREAS RVTKOVIVS.

GEORGIO NIEMIERICIO, nobili Polono ſtudiorum moderator, et in Galliam ad HVG. GROTIVM profecturo itineris comes conceſſus eſt, quod ex RVARI ad GROTIVM *epiſtola* 1631. d. 12. Cal. *Decemb.* ſcripta ex *edit.* ZELTNERI p. 129. diſcimus. Ita vero *Ruarus:* Veniet fortasſis ad te ſalutandum hac hieme iam imminente Generoſus GEORGIVS NIEMIERICIVS, illiusque ductor ANDR. RVTKOVIVS, eximio vterque ingenio, et pro aetatis cuiusque modulo doctrina praeditus haud vulgari, ille vero natalibus inſuper illuſtribus editus.

IACOBVS RYNIEVICIVS.

Eques Polonus. Aliquando in actis MSSCC. RINIOVICIVS ſcribitur. Maternum TREMBEGII nomen adſciuit, cum praenomine IOANNIS, (quo tamen non ſemper vſus videtur) cum infamia notatus ac proſcriptus eſſet. Vid. SANDIVS p. 142. et LVBIENIECIVS p. 250. qui illius merita in coetum Socinianorum in duriſſima praeſertim perſecutione, quam in Polonia expertus eſt, non ſatis celebrari poſſe perhibet, eumque praedicat virum pereruditum, pium et de Eccleſiis polonicis optime meritum, imo et in iſta diſperſione adhuc optime merentem, quem conſilio fratrum vrgente perſecutorum mali-

malitia Trembecii maternum assumsisse nomen narrat. Patrem habuit Nicolavm Rynievicivm, honesto loco in districtu Lucouiensi natum, sed in re tenui constitutum. Ideo quoque filii eius Iacobvs et Albertvs, inter alumnos coetus a. 1620. suscepti, publicisque stipendiis sustentati. Iacobvs a. 1621. scholae Racouiensis Paedagogus constitutus, a. 1626. vero ministerio eccles. initiatus, Lublinensi coetui minister praefectus. A. 1631. coetui Kisiclinensi datus, a quo summa cum laude et gratiarum actione Synodo pro tanto viro habita susceptus est. A. 1645. coetui Nouogrodecensi praefectus, a. 1650. vero Vszomirscensi. A. 1653. Keidanensibus in Samogitia ad vnum annum est commodatus, propter messem Christi, vt in *actis Synod.* MSSCC. traditur. A. 1662. confessus eum in Transyluaniam delegare voluit, nisi ipse ob caussas grauissimas in istam regionem semet conferre declinaret. Oblatam hanc stationem in se non suscepit; sed potius paulo post, coetui exulanti in *Borussia* ad Poloniae terminos minister praefuit, in qua statione *Rutouiensi* eum a. 1668. iam longa aetate prouectum adhuc subsitisse, ex *Actis* confessus Cruciburgi in Silesia eodem anno celebrati constat, in eadem quoque 1678. annos natus 81. vita functus est, teste Sandio p. 142. V. *Hist. Socin. Pruss.* Filium habuit Stephanvm, qui post exsilium polonicum a. 1662. in Alumnorum numerum receptus, cum admonitione, vt dirigente et instruente patre maiores in scientiis faceret progressus, quique a. 1663. ex statuto confessus Cruciburgici sumtu publico in exteras missus est prouincias ad prosequendum studia.

Scripta:

1. *Rhapsodiae continentes res memorabiles in religionis potissimum negotio, praeterito et hoc seculo, gestas.* MSC. Polon.

2. *Conciones sacrae* MSC. polon. A. 1646. in confessu Dazuiensi admonitum eum legimus, vt homilias suas polonicas prelo paratas exhiberet, a tribus vel quatuor initium facturus, quod iterum a. 1648. eidem esse iniunctum reperimus. Eaedem homiliae ab auctore Synodo exhibitae, a. 1653. in Synodo Czarcouiensi PAVLO RINIEVICIO, ad reuidendum sunt commendatae.
3. *Epistolae* MSSCC.
4. Vt in describendis *precum formulis*, IOANNI STOINIO operam praestaret a. 1630. in Synodo inuitatus est.
5. *Litterae eius polon.* 1659. *vigiliis conuersionis Pauli, Kalniciis ad* CHRISTOPH. ZWIARTOVIVM scriptae, quibus hunc hortatur, vt susceptam confessionem constans retineat, nec vlla calamitate et persecutione ab eadem dimoueatur, insertae sunt *Actis Synodalibus MSSCC.*

PAVLVS RYNIEVICIVS.

Fortassis frater IACOBI. A. 1621. scholae Lucklauicianae admotus, inde vero 1625. Racouiam rediit ad alumnorum stationem, vt in scientiis theologicis incrementa caperet. Anno vero sequente ministerio Eccles. initiatus, Spzanouiensi coetui in Volihinia praepositus est minister. A. 1629. Dobrinensi; a. 1641. in Synodo Piascensi *scriba Synodi* constitutus. A. 1648. in confessu Dazuiensi, coetui Szersniouiensi datus et a. 1650. in Nouogrodecensi coetu successor quidem Io. TREMBECIO, s. IAC. RYNIEVICIO destinatus est, sed nescio quo casu factum, quod munus hoc non adgressus, sed potius ab hoc tempore ministerio *Dobrini* iterum functus fuerit. A. 1653. ad Dazuiensem coetum admotus est.

Nomi-

Nominatur quoque in actis IAROSZ RINIOVICIVS, qui a. 1638. in Synodo Kiſielinenſi admonitus eſt, vt praxi iuridicae totum ſemet traderet.

ANDREAS SAIOVICIVS.

A. 1646. ſcholae Luclauicianae praeceptor extitit; a. 1650. vero coetui Piellae collecto miniſter praefectus, ex ſtatuto conſeſſus Raſzcouienſis.

CHRISTOPHORVS P. SANDIVS, *pater.*

A filio ſuo vt diſtingueretur CHRISTOPHORVS, PHILIPPI *filius* vocari voluit. Natus eſt a. 1611. Cruciburgi, quod oppidulum eſt prouinciae Natangiae in Boruſſia, Patre PHILIPPO, vrbis Senatore (*). A. 1627. ſemeſtri aeſtiuo ex ſchola triuiali, honorifico cum teſtimonio Rectoris dimiſſus, ciuibus Academicis in Acad. Regiom. adſcriptus eſt, minorennis adhuc, quare demum a. 1631. d. 14. Aprilis iuramentum Academicum ſolito iſtius temporis more praeſtitit, teſtante Albo Studioſorum. Fortaſſis IOANNES SANDIVS, Crucib. Bor. qui a. 1619. d. 14. Decemb. muſis Regiomontanis adnumeratus eſt, eodem Albo teſte, frater noſtri natu maior fuit. Primum in hac Academia ſtudio theologico, deinde vero iuridico operam nauauit. Hoc in Academia patria abſoluto, in Germaniam, Belgium, Galliam atque Italiam profectus, vbique locorum adaugendae ſcientiarum ſupellectili ſtuduit. In Belgio praecipue aliquod tempus ſubſiſtens, HVGONIS GROTII amanuenſis fuiſſe traditur. Redux in patriam,

(*) An *Sandii* in Boruſſia celebres eandem habuerint familiam ac progeniem, cum *Friderico Sandio*, curiae Geldricae et comitatus Zutphaniae Senatore, cuius tres ad *Grotium* et vna ad *Io. Narſium* epiſtolae, ARENACI 1612. inſertae *Epp. Eccleſ. praeſtantium ac eruditorum virorum*, N. 199. 236. 261. 263. pro certo nec adfirmare nec negare audemus.

triam, circa 1644. vel 45. nullo gradu Academico ornatus, collegia priuata in hac ipſa *Academia Regiom.* ſtudioſis inſtituit, prohibentibus id Ampl. Facult. Philoſ. ſtatutis. Hac de contrauentione ad Decanum vocatus, egregie ſemet excuſauit, qua propter, nec non ob vitam modeſtam politiſſimamque eruditionem commendatiſſimus, a mulcta legem transgredientibus ſtatuta liberatus et admonitus eſt, vt habendis lectionibus Academicis, antequam gradum conſequutus fuerit, abſtineret. Referunt haec *Acta Fac. Philoſ. Acad. Regiom.* MSSCC. ſemeſtris hyberni a. 1645. et 46. Poſt biennium a. 1648. *Conſiliarii Brandenburgici*, nec non *Supremi in Boruſſia Regiminis*, *Secretarii* munere decoratus. Poſt haec tempora, cum in Boruſſia vinculo feudali a Poloniae regno ſoluta, ſupremum appellationum collegium, cui *Tribunal* nomen, conſtitueretur, SANDIVS grauiſſimo huic Senatui ab epiſtolis eſt datus, ſeruato tamen ipſi munere antea collato. Functiones iſtae quamuis moleſtiarum et negotiorum pleniſſimae, eum a muſis omnino non auocarunt, quibus quotidie aliquid temporis et diligentiae tribuere conſueuit; inprimis vero *hiſtoriae eccleſ. et antiquitatis ſacrae* ſtudio omnem impendit operam. Inter has priuatae diligentiae curas infelici ſidere ad controuerſias recentiori aeuo a Socinianis concitatas pertrahebatur, iisque adeo cogitationibus ſuis conſtringebatur, vt quoque S. ſynaxi abſtinuerit, ſibique haud immerito *Separatismi* ſuſpicionem contraxerit. Acceſſit ad hunc *Arianismus*, quem vix, ac ne vix quidem pectore incluſum tennit, ſed eundem potius inter colloquendum profiteri ac diſſeminare ſtuduit. Inprimis vero Arianismi profeſſionem manifeſtauit, cum a. 1668. moribundae filiae ſuae, ſacram coenam adminiſtrandam a Diacono templi

templi Cathedralis IACOBO TILHEMIO peteret. Vid. ven. *Arnoldti Hist. Eccl. Boruss.* L.VII. C. III. §. 11. p. 584. seqq. Quos ministerium eccles. templi cathedralis, quod Regiomonti est, susceperit labores, ad eundem ad saniorem viam reducendum et quae a *Sandio* obiecta fuerint impedimenta, in *Hist. Socin. Pruss. ex MSC.* exposuimus. Illis frustra adhibitis a. 1668. vrgentibus Prussiae ordinibus, exutus muneribus publicis, reliquum vitae priuatus transegit, idque legendis patribus visitandisque officinis librariis insumsit. Disputauit quoque cum eo MELCH. ZEIDLERVS de mysterio S. Trinitatis, sed absque vllo errantis fructu. Tandem obiit a. 1686. d. 6. *Iunii.* Complures paradoxas S.Scripturae interpretationes ipse confecit; cum vero easdem *Regiomonti* publicae luci committere non posset, CHRISTOPHORVM filium suum *Amstelodamum* misit, vt easdem prelo typographico subderet, seque ipsum auctorem illarum profiteretur. Vid. Erläutertes Preussen T. I. p. 766. T. II. p. 185. *Act. Boruss.* T. II. p. 317. HARTKNOCHII *Hist. Eccl. Pruss.* p. 646. seqq. et ven. ARNOLDTI *Hist. Eccl. Pruss.* l. c.

SCRIPTA:

1. ***Praefatio in*** CHRPH. CHRISTOPHORI, SANDII, ***filii sui Historiam enucleatam, s. nucleum hist. eccles.*** 1676. 4.
2. Gründlicher Beweiß, daß die Arianer, Mennonisten, und dergleichen Ketzer, der Religion halben mit Recht nicht können aus dem Lande vertrieben werden. MSC. In hac demonstratione maxime ad Borussiam nostram respectum habuit; proinde illius copiam in ***hist. Socinianismi Pruss.*** ex auctoris autographo exhibituri sumus.
3. ***Sophron, de vsu rationis in Theologia.*** MSC.

4. Car-

4. *Carmina quaedam.*
5. *Epistolae de rebus Theologicis* MSSCC. inprimis ad filium CHRISTOPH. SANDIVM: cum quo vna sequentes Tractatus exarauit:
6. *Scriptum, quod M.* IAC. BOHLIO rogatu ministerii Tripolitani Regiom. obtulerunt. A. 1668. 24. *Ianuar.* quodque Consistorio Borussico, ac ab hoc *Serenissimo* exhibitum est. MSC. In extenso legitur in *Act. Bor.* T. II. p. 527. Mouentur in eo dubia circa receptum S. Trinitatis dogma, atque quaeritur: cum Christus et Apostoli docuerint, Deum ABRAHAMI, ISAACI et IACOBI verum esse Deum: an ABRAHAMVS, ISAACVS et IACOBVS crediderint, Deum trinum esse in Personis?
7. *Replica ad refutationem dubii primi in memorato scripto.* MSC.
8. *Allegatur disputatio MSC. cum Theologis Regiomontanis;* qua sine dubio notantur controuersiae cum Ministerio Cniphosiano Regiomonti agitatae et insertae *Act. Boruss.* T. II.
9. De eiusdem *confessione*, V. *Relat. innoc.* 1722. p. 229.
10. *Responsio eius ad Facult. Theolog. Regiom. assertionem Deitatis Christi* ibid. legitur 1732. p. 393-412.
11. *Declaratio Regiomontanis Proceribus exhibita*, ex MSC. inserta est den Fortges. Saml. von A. und N. ꝛc. 1722. p. 227-247.

CHRISTOPHORVS SANDIVS, CHRISTOPHORI *filius.*

Praeter scriptores paulo ante de patre allegatos *Vid.* SAGITTARII *Hist. Eccl.* T. I. p. 378. seqq. BENTHEMII holländ. K. und Schul. Staat, P. I. p. 902. et ZELTNERVS *de correctoribus* p. 482. Natus a. 1644. d. 12. Octobr.

Octobr. Regiomonti, patre CHRISTOPHORO, qui Filium ipſe in graecis ac hiſtoricis inſtituit, eidemque ad ſuſcipienda Arianorum placita auctor extitit. A. 1658. Rectore Academ. Regiom. THILONE in numerum ciuium Academiae patriae ſuſceptus, teſte Albo ſtudioſorum. Poſt patris ſui exauctorationem *Amſtelodamum* profectus eſt, ibidemque non tantum libris corrigendis in officinis typographicis victum ſibi parauit, ſed et ipſe varia ſcripta concinnauit. Ibidem A. 1680. d. 30. Nouemb. vitam finiuit, teſte BAYLIO in *Nouis reipubl. litterar.* in *Opp.* T. I. fol. 75. Idem eum inſignis litteraturae virum adpellat, et HVETIVS, in *epp. celeberr. virorum* a IANO BRANTIO collectis, p. 278. virum doctiſſimum, diligentiſſimum, ſibique vt ſperat amiciſſimum. Plura de eodem in *Hiſt. Antitrin. Pruſſ.* expoſuimus.

SCRIPTA:

1. CHRISTOPH. CHRISTOPHORI SANDII *nucleus hiſtoriae Eccleſiaſticae, cui praefixus eſt tractatus de veteribus ſcriptoribus eccleſiaſticis.* *Coſmopoli* (i. e. *Amſtelod.*) apud LIBERTVM PACIFICVM M. DC. LXIX. (quamuis titulus generalis annum 1668. prae ſe ferat) 8. Liber primus cum praefixo tractatu paginas habet 235. ſecundus 156. tertius 137. et indicc. 33. Locupletatus et cum CHRISTOPHORI patris praefatione, *Coloniae (Amſtelod.)* apud IO. NICOLAI (CHRISTOPH. PEZOLDVM) 1676. 4. et 8. lucem adſpexit; et huius noua acceſſio facta per adpendicem addendorum, confirmandorum et emendandorum, *Coloniae (Amſtelod.)* 1678. 4. Librum hunc, quem BAYLIVS in *Epp.* ſuis in *Opp.* T IV. fol. 576. hiſtoriam Arianiſmi adpellat, inter rariores collocandum eſſe, rei litterariae ſcriptores teſtantur, quemadmodum omnia auctoris

ctoris huius ſcripta raro obuia ſunt. Vid. *Vogtius* l. c. p. 601. DAN. SALTHENII *Catal. Libb. rarior.* p. 30. N. 164. Prioris editionis vtramque partem auctor *Amſtelodamo*, vbi tum temporis degebat, *Regiomontum* transmiſit, eamque *Bibliothecae Elector. Brandenb.* inſeri petiit, quod exemplar, cum praefixa propria manu ſcriptione, in *Bibliotheca Regia* adhuc ſeruatur. Probare hoc in opere auctor magno molimine conatur, ARII dogma de Chriſto, fidei Catholicae contrarium in Eccleſia ſemper apud Orthodoxos obtinuiſſe, idque primum atque Apoſtolicum fuiſſe. In hunc finem teſtimonia profert HERMAE, IGNATII, IVSTINI MARTYRIS, ORIGENIS, TERTVLLIANI etc. qui ipſo iudice Chriſtum Dei miniſtrum fuiſſe in creatione ac paulo ante creatum aſſeruerint. Confirmare id ipſum molitur teſtimonio HVETII, in *Origenianis*, PETAVII *in dogmatibus fidei* ac ipſius GERHARDI. Imo adeo LVTHERVM Arianis accenſere non erubeſcit, nec non ERASMVM ac CALVINVM, qui Trinitatis nomen ſepultum optauerint. Ipſe auctor ſcopum ſibi fuiſſe propoſitum ſignificat: vt oſtendat, *nullum haereticum ante* ARIVM *in articulo de Trinitate cum* ARIO *credidiſſe: Nullum haereticum ante* SOCINVM *eadem de* VERBO *cum* SOCINO *docuiſſe; quin potius omnes haereticos tum in aliis multis, tum in eo, quod crediderunt, vnum eſſe Deum, Patrem, Filium et Spiritum S. vnam ſubſtantiam et tres perſonas, cum eccleſia Romana conſenſiſſe, cumque ea tandem in vnum corpus coaluiſſe.* Et L. I. Sec. IV. p. 156. inquit: "Iſta ſunt, quae me permouerunt, vt probarem, patres omnes eadem cum ARIO ante docuiſſe. Ideoque Pontificiis perſuadere volui, vt ſolam Scripturam credendorum

dorum normam agnoſcerent, quia ex traditione doctorum trium primorum ſeculorum nequeant probare maximos ſuos articulos fidei, ſcilicet Trinitatis conſubſtantialitatem et coaequalitatem." Operi auctor praemiſit tractatum *de veteribus ſcriptoribus eccleſiaſticis*, incipiens a ſcriptoribus N. T. et progrediens vsque ad CONSTANTINVM M. deque illis multo diligentiae et eruditionis adparatu tractauit. *Praefationem* praepoſuit *pater* CHRISTOPH. SANDIVS, hortans ex *Ierem.* VI. 16. ſtandum eſſe ſuper vias, et videndum atque interrogandum de ſemitis antiquis; non autem de Synodis et Conciliis, nec de decretis et canonibus pontificiis, nec de ſententiis ſcholaſticorum, nec de codicibus patrum caſtratis et corruptis, nec de libris normalibus: contentos vero nos eſſe debere ſimplicitate fidei, eamque bonis operibus demonſtrandam. In nucleum hunc animaduerſiones ſcripſit ANDR. WISSOWATIVS, quae adhuc *MSptae* latent, teſte Io. FABRICIO in *Hiſt. Biblioth.* P. V. p. 62. Vid. ſub WISSOWATIO.

Adpendici operis ſubiunxit tres epiſtolas, *primam* ad GARDINERIVM *apologeticam*, 7. *Eid. Septemb.* 1677. p. 95. *ſecundam* GARDINERII ad SANDIVM, *pro cauſſa Patrum Ante-Nicenorum*, ſcriptam *Eckingtoni Feſt. S. Andr.* 1677 p. 106. *et tertiam* SANDII ad defendendam cauſſam Arianorum datam *Amſtel. Eid. Iunii* 1678. p. 129. SAMVEL GARDINERIVS oppoſuerat SANDIO *Hypotypoſin Catholicae circa Trinitatem fidei ex ſcriptis Patrum Ante-Nicenorum. Londini* 1677. 8. in qua probat, Patres quandoque durius loqui noſtris auribus, phraſibus Scholaſticorum non aſſuefactos et ipſum HIERONIMVM *in apologia ad* RVFFINVM teſtari,

Patres,

Patres, antequam ARIVS controuersias mouerit, secure et minus caute esse locutos. Hoc GARDINERII opus ad commercium istud epistolicum ansam suppeditauit. Secundae SANDII epistolae GARDINERIVS opposuit *responsionem valedictoriam ad secundam* SANDII *epistolam in vindiciis Nuclei sui hist. eccl. conscriptam, vna cum adpendice de* CINGALLO *Londini*, 1681. 8. post SANDII obitum editam. Operi *Sandii* inter alia quoque opposita sunt: 1) D. MICH. WALTHERI *Exercit. theol. Iesus ante Mariam*, Witteb. 1689. 2) GE. BVLLI *defensio fidei Nicenae etc.* de qua alibi. Vid. sub SAM. CRELLIO p. 172. 3) IO. GVIL. BAIERI, *diss. hist. theol. qua Concilii Niceni primi et Oecumenici auctoritas atque integritas a criminationibus* DAN. ZWICKERI et CHR. SANDII *Ariani defenditur* 1671. 4. Alph 1. 4) *Lic.* CHRISTOPH. NIFANII, IVSTINVS, *Philosophus Christianus et Martyr, exhibitus veritatis euangelicae testis et confessor, praecipue in articulis de SS. Trinitate et persona Christi, aduersus* CHRISTOPH. CHRISTOPHORI SANDII *inculpationes. Francof.* 1688. 8. Vid. Fortgeſ. Saml. von A. und N. 1729. p. 739. 5) CALOVII *diss. inter Rostochienses vltima: De fide catholica Patrum ante Concilium Nicenum de vno Deo P. F. et Sp. S.* 6) IO. GOTTL. MOELLERVS *diss. Summaria detectio imposturarum et subdolae imprimis erga S. Ecclesiae Patres reuerentiae, quibus eruditum fallere orbem conatus est* CHRISTOPH. SANDIVS *etc. Rostoch.* 1697. 4. V. *Acta Erud.* a. 1682. p. 281. FABRICIVS l. c. P. V. p. 62.

Quae SANDIVS ex Patrum testimoniis non absque violenta verborum contorsione falsisque interpretationibus comprobare adnititur, THOMASIVS adprobauit

bauit in *Obseru. Halens.* T. II. *Obs.* VIII. §. XV. p. 126. *Nucleum interea hunc hist. eccl.* plurima habere scitu dignissima et aliis haud obseruata, recte enunciauit PFAFFIVS in *introd. in Hist. Theol. liter.* P. III. p. 21.

2. *Centuria epigrammatum. Amstel.* 1669. 8. V. FABRICIVS l. c. p. 64.

3. CHRISTOPH. CHRISTOPHORI SANDII *Interpretationes paradoxae, quatuor Euangeliorum, quibus affixa est dissertatio de Verbo, vna cum adpendice. Cosmopoli (Amstelod.) apud* LIBERTVM PACIFICVM M. DC. LXIX. 8. pagg. 416. et praef. nec non corrigend. pagg. 9. Secundam editionem prodiisse 1670. 8. ipse SANDIVS in *Bibliotheca* p. 169. significat. In hoc scripto auctor vindicias Arianae haereseos suscepit. V. *Relat. innoc.* 1715. p. 773. FABRICIVS l. c. P. VI. p. 430. Non tantum priori, sed posteriori editioni etiam duo adtexti sunt tractatus, qui iam sequntur:

4. *Dissertatio περι τȣ λογȣ*, i. e. *de Verbo.* Aduersus hanc scripsit ANDR. WISSOWATIVS *obiectiones contra opinionem de Filio Dei ante mundum producto etc.* quibus addidit: *Defensionem obiectionum etc.* V. sub WISSOWATIO. Quid SANDIVS regesserit, infra N. 24. et 27. allegabimus.

5. *Appendix interpretationum paradoxarum.*

6. CHRISTOPH. CHRISTOPHORI SANDII *Tractatus de origine animae, Cosmopoli, (Amstelod.) apud* LIBERTVM PACIFICVM. MDCLXXI. 8. pagg. 191: Quam sententiam auctor defenderit, ipse p. 5. his verbis exponit: "Antiquissimi quique cum PYTHAGORA, omnibusque PLATONICIS et ORIGENE, animas ante corpora, in principio singulas simul conditas, in statu feliciori, quam in corpore sunt, statuebant. Huic sententiae nos

quoque subscribimus, qui antiquissima dogmata, vt plerumque saniora, recentioribus anteferre docti sumus a TERTVLLIANO. — — — Potuisse animam ante corpus creari, quia separata a corpore existat, incorruptaque permaneat, fuse probauere — — alii. Verum, quod et actu ante corpus creata sit, hoc tractatu probandum suscepimus." Librum hunc anonymus quidam (ANDR. WISSOWATIVS) sub examen vocauit, hoc titulo: *Argumenta contra* C. C. SANDII *opinionem de animarum praeexistentia comprehensam in libro eius de* ORIGINE ANIMAE, *per A. N. d. V.* MSC. V. SANDIVS l. c. p. 179. Post hunc opposuit DAN. ZWICKERVS: *Argumentum contra animarum praeexistentiam antemundanam; a* CHRISTOPH. SANDIO *tractatui suo de* ORIGINE ANIMAE *cum* RESPONSIONE *sua insertum.* 1671. 8 Nec non *Refutationem responsionis etc.* MSC. Inprimis IAC. THOMASIVS, aduersus hunc SANDII tractatum, et anonymi opusculum, cui titulus: *Dissertatio singularis de existentia animarum, antequam in aspectabili huius vitae theatro compareant, iam primum e tenebris eruta, et doctorum virorum exposita iudicio, Anno salutis* 1672. 8. orationem, occasione promotionis Magisterialis in Lipsiensi Academ. a. 1674. 29. Ianuar. habitam publicauit, oppositam illorum opinioni, qui asserunt praeexistentiam animarum humanarum; quae inserta est eiusdem *Orationibus varii argumenti, Lips.* 1683. 8. N. XX. p. 457. Inter Theologos SANDIVM oppugnauit BALTH. BEBELIVS, in *Exercitat. theol. aduersus praeexistentiam animarum humanarum, errorem* CHRISTOPH. SANDII *et Anonym. Argentor.* 1675. 8.

7. *Acta Philosophica Societatis Regiae in Anglia Anni* 1665.

1665-1669. *Auctore* HENRICO OLDENBVRGIO, *Soc. Reg. Secret. anglice conscripta et in latinum versa, interprete* C. S. *Amstelod. ap.* HENR. et THEOD. BOOM. 1674. 12. cum praefatione translatoris, quae in altera editione, *Lips.* 1675. 4. non comparet. V. PLACCII *Anon.* N. 1033. p. 259. MORHOFF *Polyh.* L. I. C. XVI. §. 34. p. 193.

8. *Notae et animaduersiones in* G. I. VOSSII *Libros III. de Historicis latinis. Amstelod. apud* IANSSONIO-WAESBERGIOS. 1677. 12. Vid. BAILII *Opp.* T. IV. fol. 575. et 576. Rarae, eruditae, accuratae et infinitis VOSSII locis praeclaram lucem adfundentes, iudice I. A. FABRICIO, p. 3. et 7. in *praefatione*, quam praemisit *Supplementis ad* VOSSIVM *de Historicis*, in quibus has SANDII notas iterum cum MALLINCROTII, NOGAROLAE et HALLERVORDII spicilegiis edidit. Vid. DAN. SALTHENII *catal. libb. rarr.* N. 2338. p. 466.

9. *Continuationis notarum et animaduersionum in* VOSSII *librbs de historicis latinis fragmentum* MSC.

10. *Confessio fidei de Deo P. F. et Sp. S. secundum Scripturam.* Lucem quoque vidit in lingua gallica, sub tit. *Confession du Foy de Dieu le Pere, du Fils, et du S. Esprit, conformement a l'Ecriture: traduit du Latin: a Leyde, chez* IEAN LE FRANCOIS, 1678. 12. Non equidem SANDII nomen scripto huic praefixum reperitur, quia tamen post ipsius obitum propria manu latine exaratum inter eiusdem libros repertum est, dubium vix vllum est, quin ab eodem profectum fuerit.

11. *Scriptura S. Trinitatis reuelatrix: auctore* HERMANNO CINGALLO. *Goudae, (Amstel.) apud* IACOBVM DE GRAEF, *anno* M. D. C. LXXVIII 12. *pagg.* 223. Eundem fere in hoc scripto auctor sibi scopum, quem

in *Nucleo hist. eccl.* praefixit, cuius libri argumentum, in hoc aduersus GARDINERIVM praecipue defendit, ac probare nititur: Omnes Patres trium primorum seculorum eadem cum Ario docuisse ac tradidisse, adeoque dogma de S. Trinitatis coessentialitate, coaeternitate et coaequalitate minime posse probari ex traditione Apostolica. Plurima S. Scripturae loca, quae S. Trinitatis ὁμοουσίαν validissime probant, vnius, vel alterius, non nunquam recentioris interpretis auctoritate nixus eneruat, et dum contra Socinianos animose disputare videtur, Arianorum argumentis prolixe satis propositis, breuissime, quasi aliud agens et negligentius satisfacit. Vid. *Acta erud.* 1682. p. 281. DAV. CLEMENT. *Biblioth. hist. et crit.* Tom. VII. p. 165. VOGTII *Catal. libb. rar.* p. 191. MICH. LILIENTHALII *Biblioth. theol.* T. I. p. 973. FECHTII *Philocal. S.* p. 139. PLACCII *Pseudon.* N. 654. p. 184. Scriptum hoc Satyram esse aduersus SS. Trinitatis defensores optime iudicat BAVMGARTENIVS, *Recens. Biblioth. Halens.* T. V. p. 515. Oppositum eidem est ab anonymo Sociniano: *Iudicium, de* HERM. CINGALLI *libello, cui titulus: S. Scriptura Trinitatis reuelatrix* MSC. In quo, quemadmodum SANDIVS inter scripta anonyma p. 179. indicat, potissimum ostenditur, non posse probari, primaeuos Christianos temporibus Apostolicis proximos, credidisse Filii Dei ante matrem suam existentiam. Opposuit quoque SANDIO CALOVIVS disput. *Scriptura S. V. T. SS. Trinitatis reuelatrix, pseudonymo* HERM. CINGALLI *S. Scripturae Trinitatis reuelatrici oppositum. Witteb.* 1680. pl. 8. LAMYVS *in Histor. Socinianismi gallice scripta.* P. II. C. XLIX. quodcunque studium adhibet

defen-

defendendi DIONYS. PETAVIVM, aduerſus HERM. CINGALLI imputationem, quod in loco quodam *dogmatt. theologg.* ſpeciem prae ſe tulerit, ac ſi teſtimonio Patrum Ante-Nicenorum aduerſus Arianos parum roboris tribuerit.

12. C. C. S. *Problema paradoxum de Spiritu Sancto, an non per illum ſanctorum angelorum genus intelligi poſſit? vna cum* REFVTATIONE *opinionis Socinianorum, Spiritum S. perſonam eſſe negantium. Coloniae (Roterod.) apud* Io. NICOLAI. 1678. 8. In hoc libello auctor, vt Sp. Sancti hypoſtaſin et ſubſiſtentiam, contra Sabellianorum, Samoſatenianorum, Photinianorum et Socinianorum ſententiam adſtruere videatur, non quidem per eum cum BIDELLO, quandam perſonam angelicam, ſeu praecipuum quendam miniſtrum, ſed *genus ſanctorum Angelorum*, vel collectionem Spirituum SS. intelligi poſſe ſomniat. Adtexta *Refutatio*, *Floriani* fortaſſis *Cruſii* eſt, quae ſub tit. *Addenda alterius cuiusdam auctoris* (F. C.) acceſſit. Vid. PLACCIVS *Anon.* N. 882. p. 172. Scriptum SANDII refutarunt: 1) CHRISTOPH. WITTICHIVS ſub tit. *Cauſa Sp. S. Perſonae diuinae eiusdem cum P. et F. eſſentiae, contra C. C. S. problema paradoxum aſſerta et defenſa. Lugd. Batau.* 1678. 8. qui ſimul *addenda* ad problema SANDII ſub examen vocauit. Cumque ſocius quidam SANDII, qui ſub litteris A. A. latere voluit, (ANONYMVS, idem ſine dubio eſt, qui addendorum auctor, FLORIANVS nimirum CRVSIVS) in epiſtola ad WITTICHIVM, *Profeſſ. Lugdun.* (quem peſſime GITTICHIVM appellauit) reſponderat, et ipſe SANDIVS reſponſionem prolixiorem MSCtam ad WITTICHIVM miſerat, hic aduerſus vtramque publicauit:

Caussam victricem Sp. Sancti. Lugd. Batau. 1682. 8. cum ambo Antagonistae iam vita essent defuncti, qui in scriptis hisce allegatis priorem quidem sententiam deseruerant, sed ne tacuisse censerentur victi, nouas exceptiones attulere, quibus Spiritum S. plures Angelos principes esse, v. g. septem illos, de quibus *Apoc.* I. 4. probare conati sunt. Vid. *acta erud.* 1683. p. 39. 2) IVSTVS CHRISTOPH. SCHOMERVS, qui opposuit *assertionem endoxam fidei Christianae de Sp. S. contra nouam et antehac inauditam haeresin, sub schemate* PROBLEMATIS PARADOXI *nuper in lucem protrusam. Francof. et Lips.* 1679. 8. pl. 17. 3) D. BVDDEVS in *Commentatione de VII. Spiritibus coram throno Dei etc.* quae legitur in *Syntagm. Diss. theol.* p. 105. 4) IO. FRID. MAYERVS, in diss. de CHRISTOPHORO SANDIO *illiusque sententia, Spiritum S. esse genus angelorum. Hamb.* 1700. 4. Addi potest eiusdem *Diss. de Io. Bidellii vita, eiusque sententia, Sp. S. esse praecipuum angelum. Hamb.* 1700. 4. 5) GRAPIVS *in Theol. recens controuersa* P. I. p. 160. seqq. Vid. MICH. LILIENTHALII *Biblioth. theol.* T. I. p. 936.

13. *Epistola ad* D. CHRISTOPH. GITTICHIVM *(Wittichium potius) etc. qua gratiae ei habentur pro eruditissimis ipsius in Probl. de Sp. S. animaduersionibus, scripta a socio Auctoris Problematis paradoxi, per quas errores suos eiicere coactus est. Colon. (Roterod.* 8. sine anni notatione. Vid SALTHENII *Catal. Libb. rarior.* N. 2576. p. 533. et *Biblioth. Winckler. Hamb.* 1721. 8. p. 83. N. 165. In SANDII Bibliotheca p. 171. hoc modo allegatur: *Epistola ad* D. CHRISTOPH. WITTICHIVM, *S. S. Theol. et Philos. Doctorem, illiusque in Academia Lugduno Batava Professorem: qua caussam Dei Patris*

Domini

Domini nostri I. C. agens, respondet ad librum, cui memoratus D. Professor titulum fecit: CAVSSA SP. SANCTI, *scripta* 4. Calend. Maius 1679. MSC. V. N. 12.

14. *Appendix addendorum, confirmandorum et emendandorum ad* NVCLEVM HIST. ECCLES. Adduntur in fine III. epistolae auctoris et *Sam. Gardineri.* Colon. apud *Io. Nicolai* 1678. 4. Vid. supra N. 1.

15. *Catalogi Patriarcharum et Episcoporum Hierosolymitan. Antiochen. Alexandrin. Ephesinor. Smyrnensium, Sardensium, Syriae, Caesareensium Palaestinae, Tyrior. Byzantin. et Constantinopol.* Adiuncti sunt ANDR. WENGIERSCII *Hist. Eccles. Slauon.* Amstel. 1679. 4. p. 511. seqq.

16. *Scripta duo, quae vna cum patre suo Theologis Regiomontanis obtulit.* Vid. sub patre N. 6. 7.

17. *De restauranda Religione, seu de Monarchia Dei liber, auctore* CHRISTIANO SOPHODRO VINERIO. (per anagr. CHRISTOPH. SANDIO, *iuniori)* V. PLACCII *Pseudon.* N. 2546. p. 572. A IO. GVIL. BAIERO refutatus in Disp. *de Monarchianis Anti-Trinitariis antiquis et recentioribus. Hal.* 1695. 4. Vid. sub ANDR. WISSOWATIO, N. 26.

18. *Quaestiones et problemata quaedam theologica.* MSC.

19. *Exegeses in varia S. Scripturae loca cum V. tum N. Foederis.* MSC.

20. *Epistola ad* D. IO. AD. SCHERZERVM; inserta est *Collegii eiusdem Anti-Sociniani praefationi.*

21. *Problemata nonnulla mathematica.*

22. *Argumenta de exsistentia Dei et de eius attributis.* MSC.

23. *De verkorte Reeden-Konst*, i. e. Compendium Logicae. MSC.

24. *Contra* ANDR. WISSOWATII *obiectiones, de Filio Dei ante mundum creato, post incarnato.* 1673. MSC. Vid. N. 4.

25. *De materia mundi, vtrum sit sine vllo initio ac Deo coaeua, an vero ab eo producta? cum NN. disputatio.* MSC. Ad scriptum hoc SANDII respectum habere videtur anonymum, quod in *Biblioth.* allegatur p. 179. sub tit. *Demonstratio, quod materia mundi non sit initii expers, Deoque coaeterna, sed ab eo creata vel producta etc.* cuius auctorem esse vel ANDR. WISSOWATIVM vel ZWICKERVM, suspicamur. Vid. p. 19.

26. *Summa colloquii cum D.* ZWICKERO *de praeexistentia Domini I. C. ante natiuitatem ex virgine,* (quam ZWICKERVS oppugnabat, SANDIVS vero propugnabat) *habiti* 1677. *MSC.* belgice.

27. *Notae in* ANDR. WISSOWATII *obiectiones de Filio Dei ante mundum creato, post incarnato.* 1678. *MSC.* Vid. N. 4. et 24.

28. *Verschillen onder de Christenen, van Christi en der Apostelen tyden af; aengaende Godt den Vader, de Sone Godts, en den H. Geest. MSC.*

29. *Van de Conscientie — dwangh.* Demonstratur in hoc tractatu, qui 1680. scriptus est: neminem ob religionem poenis esse afficiendum. *MSC.*

30. Belgicam versionem libri ANDR. WISSOWATII: *Stimuli virtutum, frena peccatorum,* inchoatam morte praeuentus ad finem non perduxit. *MSC.*

31. *Dialogus inter* CHRISTOPHORVM Pontificium; MARTINVM, Lutheranum; IOANNEM Caluinistam; GEORGIVM, Calixtinum; ABRAHAMVM, Fanaticum; et ISRAELEM Iudaeum. MSC. opusc. imperf.

32. *De* SIMONIS MAGI *opinionibus earumque fautoribus.* Opus vix inchoatum. MSSCC.

33. *Epistolae ad varios.* MSSCC.

34. *Bibliotheca Antitrinitariorum, s. Catalogus Scriptorum et succincta narratio de vita eorum autorum, qui praeterito et hoc seculo vulgo receptum dogma de tribus in vnico Deo per omnia aequalibus personis vel impugnauerunt, vel docuerunt, solum patrem Domini nostri I. C. esse illum verum, seu altissimum Deum. Opus posthumum* CHRISTOPHORI CHR. SANDII. *Accedunt alia quaedam scripta etc. Quae omnia simul iuncta, Compendium Hist. Eccles. Vnitariorum, qui Sociniani vulgo audiunt, exhibent. Freistadii (Amstelod.) apud Io. Aconium.* 1684. 8. pl. 19½. Confecerat SANDIVS iam circa annum 1670. Catalogum librorum Socinianorum, Photinianorum et Arianorum recentiorum, quem SEVERINVS WALTHERVS SLÜTERVS *Propylaeo Historiae Christianae etc.* Francof. 1680. 12. p. 186. seqq. inseruit, his verbis: " Appendicis loco subiungam, *Catalogum variorum scriptorum Socinianorum* curiose congestum per CHRISTOPH. SANDIVM, mihique abhinc nouennio circiter ab eodem Amstelodamo Güstrouium transmissum, hactenus ἀνέκδοτον, rem haud ingratam φιλοβίβλοις me hoc ipso facturum sperans". Sed indicem hunc auctor multis additionibus amplificauit, opusque posthumum prelo paratum sub tit. *Bibliothecae etc.* reliquit. Praefationem Bibliothecae praemisit BENEDICTVS WISSOWATIVS, qui sub lit. *B. W.* latet. Inseruit is, vt ipse narrat operi SANDII septuaginta scriptores, ab illo praetermissos, aliaque ad augendum et exornandum opus contulit. Scripta in adpendice adtexta sunt: 1) IOH. STOINII *Epitome historiae originis Vnitariorum in Polonia, S. Chronologia graduum etc.* p. 183. 2) GEORGII SCHOMANNI

Teſtamentum vltimae voluntatis etc. p. 189. 3) *Anonymi de typographiis Vnitariorum in Polonia et Litthuania* p. 199. 4) *Breuis relatio de* IOH. TYSCOVICII *martyrio* p. 203. 5) ANDR. WISSOWATII *narratio compendioſa, quomodo in Polonia a Trinitariis Reformatis ſeparati ſint Chriſtiani Vnitarii* p. 207. *Accedit hiſtoria de* SPIRITV *Belga* p. 216. (Vid. ſub GEISTERANO) Narrationis iſtius compendioſae, alium fuiſſe auctorem, non ſine omni ratione ſuſpicati ſumus ex *MSCto* huius narrationis, quod nobis poſſidere contigit; de quo argumento alio loco. 6) *Anonymi Epiſtola, exhibens vitae ac mortis* ANDR. WISSOWATII, *nec non Eccleſiarum Vnitariorum eius tempore breuem hiſtoriam* p. 219. 7) *Vindiciae pro Vnitariorum in Polonia religionis libertate, ab Equite* POLONO conſcriptae, p. 265. STANISL. LVBIENIECII iunioris ſcriptum eſſe, SANDIVS p. 166. perhibet. Vid. ſub SAM. PRZYPCOVIO N. 43. p. 699. et ſub STAN. LVBIENIECIO *iun.* N. 3. p. 452. Vid. *de Sandii Bibliotheca* CAROLI *Memorab.* P. I. p. 434. ſeqq. *Bailii* nouvelle de la republ. des lettres 1684. p. 395. et in *Opp.* T. I. fol. 74. LILIENTHALII *Biblioth. Theol.* T. I. p. 923. *Acta erud.* 1684. p. 283. BAVMGARTENII *Recenſ. Biblioth. Hal.* T. VI. p. 329. ſeqq. In Catalago Antitrinitariorum ſequitur Ordinem aetatis, non Alphabeticum, hinc WOLFFG. FABRICIVM CAPITONEM, hoc cenſu omnino eximendum, primo loco ſtatuit, quia is reliquos omnes natiuitate praeceſſit; natus enim 1481. Opera auctorum, diuerſas eorundem editiones, ac verſiones, tempus et locum impreſſionis, et aliquando quae concinnando operi ſuppeditata fuerit, occaſionem, inſigni cum induſtria, quamuis non ſine omni errore

errore expoſuit, haud raro ipſa ſcriptorum fragmenta ſignificauit, vbique auctorum vitae particularia, quamvis paucillimis enarrauit. Plurimum igitur aeſtimanda eſt *Bibliotheca*, nec negandum, quod auctor inſigni cum diligentia multa curioſa et particularia orbi expoſuerit antehac eruditis vix cognita. Quod tamen maiorem in recenſendis libris et MSSCCtis, quam exponendis auctorum fatis praeſtiterit diligentiam, et aliquando in obſcuris deſcribendis, magis prolixus fuerit, quam in praecipuis, imo ſcripta aliquando ab eodem non viſa minus plene et mendoſe enarrauerit, ipſius libri lectio quemuis docet. Quosdam ab auctore, Antitrinitario, horum claſſi eſſe accenſitos, vt de numeroſiore familiae ſuae exercitu gloriari poſſit, vel plane hoc numero excipiendos, vel dubium adhuc facientes, an ſodalitati huic addicti fuerint, ab haud paucis obſeruatum eſt. Tantus vero horum numerus non eſt, quantum plerique arbitrantur. Plures eum praeteriiſſe ſilentio, in hunc numerum omni iure referendos, praeſens hoc opus noſtrum euincit. Multa quoque errata typographica, imo et hiſtorica etiam occurrunt, quae lectoris examen expoſcunt. Interea liber vtiliſſimis hiſtoriae huius ſubſidiis eſt accenſendus, nec eodem carere poteſt, qui coetus huius ſtatores et praecipuos miniſtros noſcere cupit. Recte iudicat Pfaffius in *theol. litter.* P. I. p. 176. "Libellus hic neceſſarius prorſus eſt ad Theologiam litterariam, omnesque fere illius partes." Et REIMANNVS in *Catal. Biblioth.* p. 127. "Digna eſt haec Bibliotheca, quae lectione ſollicita teratur; multa enim in ſinu ſuo fouet arcana literaria, eccleſiaſtica, ciuilia. etc."

35. *Fabricius* l. c. p. 65. de SANDIO inquit: "*Expertus*

etiam

etiam est contra editionem N. T. graeci aduersarium Io. Gottl. Moellerum;" cuius rei nullum in *Biblioth. Antitrin.* p. 169. reperitur vestigium.

MELCHIOR SCHAEFFERVS.

Gente *Silesius*, ex vrbe *Freystadio* Ducatus Glogauiensis, quod titulus libelli ab ipso editi prodit. Litterarum a FRID. SCHOSSERO Silesio, et quoad religionem Euangelicam admodum vacillante ad SCHAEFERVM datarum, meminit MART. RVARVS in epist. ad illum 1629. 15. *Calend. Aug.* scripta, in *Epp.* ex edit. ZELTNERI p. 114. ex qua colligitur, maximam SCHAEFFERI cum RVARO fuisse familiaritatem.

SCRIPTA:

Kurzer Bericht auf die Frage: Ob der Herr Jesus, als er gestorben und todt gewesen, sich selbst aus eigener Krafft von den Todten auferwecket habe? Gestellet von MELCH. SCHAEFFERO, *Freystadiensi Silesio.* Im Jahr Christi 1637. 8. pl. 3. In Polonia maiori typis exscriptum, Belgice 1653. 4. (V. DAN. SALTHENII *catal. libb. rariorr.* p. 259. N. 1254.) et latine redditum ac repetitum *Amstelod.* apud Io. IANSSON. 1659. 8. cui editioni accessit epistola Io. LVDOV. WOLZOGENII, qua SCHAEFFERVM defendere allaborat. Libellus *Schaefferi* contra D. H. qui est DAN. HALTSIVS, Pastor Mesericensis, scriptus, quod auctor in praefatione significat. Vid. *C. S. Thomas*, in *continuat. secunda historiae Ecclesiarum Euangelicarum in Polonia*, germ. scriptae, et insertae *obseruationibus Winariensibus*; a Celeberr. BARTHOLOMAEO editis. Coll. XIX. p. 595. Aduersus librum istum prodierunt: 1) Kurze und gründliche Antwort, auf die Frage ꝛc. von H. G. V.

S. L.

S. L. D. F. L. 1638. 8. Opusculum Lissae fortasse typis impressum, ex quo loco dedicatio ad Senatum Mesericensem et Schwerinensem scripta, in qua ita auctor: Es hat sich ohnlängst ein gotteslästerlicher Mann in Ewrer Nachbarschaft sich aufhaltend, Nahmens Melchior Scheffer von der Freystadt u. s. w. Litterae titulo adpositae auctoris nomen celantes, vt arbitramur, denotant: *Hans George von Schlichting*, Landrichter des Fraustädtischen Landes, quem verum libelli et dedicationis auctorem esse iudicamus, quod etiam scribendi genus in dedicatione obuium, verisimillimum facit; quamuis in opere ipso significetur, hoc ad votum et desiderium SCHLICHTINGII esse concinnatum. Epistola libello adtexta, ad SCHLICHTINGIVM scripta, ab *I. A. C.* sine omni controuersia Io. AMOS COMENIVM auctorem habet; quem ex sola hac caussa auctorem totius scripti reputarunt, et SANDIVS l. c. et WOLZOGENIVS in epistola latinae versioni libelli *Schaefferiani* adiuncta. Refutatio haec praefixo COMENII nomine latine lucem adspexit, sub titulo: *De quaestione, vtrum Dominus Iesus propria virtute a mortuis resurrexit, ad* MELCHIOREM SCHEFFERVM *Socinistam, breue ac solidum Responsum, Amstelod. apud Io. Ianssonium* 1659. 8. Duplicem *Comenius* praemisit dedicationem alteram Io. LVD. WOLZOGENIO, *Amstel.* d. 20. *Martii* 1659. scriptam; alteram Io. GEORGIO SCHLICHTINGIO. Adtextus est p. 45-71. *iteratus ad D. Baronem* WOLZ. *sermo.* 2) Schrifftmäßiger wolgegründeter Kegen-Bericht auf die Frage: Ob der Herr Jesus sich selbst aus eigener Krafft von den Todten auferwecket habe? Wider Michel (Melchior) Schäfers ungegründeten Photinianischen Bericht, Auf christlöbliche

löblichster Vorsorg gnedigstes Ansinnen J. Churfstl. Durchl. zu Brandenburg, zu nothwendiger Rettung der Ehre Christi, und treuen Unterricht der Einfältigen in Christo gestellet von der Theologischen Facultät in der löblichen Churfürstl. Universität Königsberg. Gedruckt und verlegt von Johann Reusnern, im Jahr 1641. 8. pl. 14½. ABRAH. CALOVIVM calamum duxisse, dubium nullum est. V. HARTKNOCH l. c. p. 594.

THEODOSIVS SCHIMBERGIVS.

Nomen et *Scripta Sandius* quidem p. 86. allegauit, sed de hominis huius fatis nihil addidit, de quibus, quotquot in consilium vocauimus omnes tacent; nec nominis ipsius in *actis* MSSCC. *Synod.* mentionem esse factam recordamur, nisi forte idem sit, qui SCHOENBERGIVS vel etiam *Schlimbergius* vocatur. Inclaruisse eum circa finem Sec. XVI. constat.

SCRIPTA:

1. *De erroribus Trinitatis.*
2. *Praefatio in libros* SOMMERI contra PETR. CAROLIVM, 1582. In eadem dogma de SS. Trinitate blasphemum et horrendum adpellat. Verba eius, quibus ARII triste mortis genus ATHANASIO tribuit, huncque magiae criminis accusat, allegata reperiuntur in BALTHAS. MEISNERI *epist. dedicat. tract. Breuis. consideratio Theologiae Photinianae.* fol. a. 7.
3. *Praefatio in Tractatus aliquot christianae religionis, editos quasi Ingolstadii*, 1583. 8. de quo opere. Vid. sub GLIRIO N. 2. p. 403.

IONAS

IONAS SCHLICHTINGIVS A BVKOWIEC.

Scribitur nomen eius et per *Schl.* et per *Sl.* Eques Polonus, de quo familiae huius primi ordinis viro plura ex *Actis* MSSCC. in *Hiſt. Socin. Polon. et Boruſſ.* vna cum ſtemmate genealog. expoſuimus. Complures nobilis huius familiae celebre in hiſtoria Socinianismi nomen conſequuti ſunt, qui ab inuicem diſtinguendi. Fuit inter hos 1) WOLFFG. DE SCHLICHTING vel SCHLICHTIG *Bauchuicenſis*; (a germanico praedii nomine Bauchwitz, polon. *Bukowiec*) ita enim familia haec ex Heluetia ad Poloniae agros concedens primo tempore nomen ſuum ſcripſit: Schlichtig auf Bauchwitz; et 2) SIGISMVNDVS, ambo patrueles teſte LAVTERBACHIO, WOLFFGANGVS, Socini partibus adſcriptus, SIGISMVNDVS STARPELENSIS (auf Starpel) religioni Euangelico-Lutheranae deditus, aduerſus WOLFFGANGVM calamum ſtrinxit. Vid. ſub M. RADECIO N. 4. Praeter opus eiusdem ibidem allegatum, aliud adhuc proſtat, ſub titulo: Des Edlen Sigmund von Schlichtig auf Starpel Beweiß, daß Christi Leib und Blut im Abendmahl mit dem geſeegneten Brodt und Wein wahrhafftig und weſentlich im Abendmahl ſey, und mit dem Munde empfangen werden, beydes von den Würdigen und Unwürdigen. Sammt der Gegenlehr der Sacramentirer, und einem Bericht, wie zwiſchen den Lutheriſchen und Calviniſchen Vergleichung und Einigkeit angeſtellt und gemacht ſolle werden. Franff. a. d. Oder 1591. 8. Eiusdem ſine dubio ſcriptum eſt, quod allegatur in *Bibliotheca* FRID. BENED. CARPZOVII, Lipſ. 1700. 8. p. 259. Sigismund von Schlichtings Stammbuch oder *Onomaſticon*, *Francof.* 1593. 8. Aduerſus eum Smiglenſis coetus pugnauit in libello: Der Gemeine zu Schmiegel

gel Antwort wider Sigm. von Schlichting, 1593. 8. Nomen eius inter *Legatos Ser. Marchionis Brandenb. Ioannis*, recessui Imperii de a. 1570. subscriptum legitur: Sigmund von Schlichting zu Starpel. Vid. BECMANNI *notitia Vniuersitatis Francof.* f. 187. WOLFFGANGVS teste LAVTERBACHIO 4. habuit filios, qui singuli diuersis religionibus addicti fuerunt. 1) Inter hos IOANNES, *Iudex terrestris Wschuensis*, (Fraustadt) *et administrator Comitatus Lesnensis*, (*) (*Vid.* WENGERSCIVS L. I. C. IV. p. 116.) constanter sacra Euangelico-Lutherana tenuit. D. IAC. MARTINIVS meminit epistolae suae, ad eum scriptae *Witteberga* a. 1634. d. 10. *Iul.* in caussa rituum ecclesiasticorum. A. 1633. in comitiis Regiae coronationis electus ipse nuntius terrestris Palatinatus Posnaniensis, nouo Regi VLADISLAO IV. nomine nobilium Euangelicorum exhibuit *Acclamationem panegyricam super coronatione Sereniss. Potentissimique Princ.* VLADISLAI IV. *feliciter cum Deo peracta prid. Kal. Febr.* quae etiam tum temporis, sine loci mentione typis expressa, forma maxima pl. 5 ½. et 4to pl. 3. Ab hoc IOANNE, distinguendus est IOANNES GEORGIVS, cui patrueli suo IONAS librum Num. 8. dicauit. Fortassis quoque ad hunc plurima spectant, quae de IOANNE diximus, saepius enim solo IOANNIS praenomine notatur. 2) IONAS, is ipse est, cuius vitam et scripta recensebimus, qui in *Colloquio Charitat. Thorun.* Socinianorum caussae patrocinium suscepit, quem HARTKNOCHIVS l. c. in textu pariter ac indice libri falso IOANNEM vocat. 3) ELIAS et 4) VESPASIANVS, quorum alter narrante LAVTER-

(*) *Litteras Fratrum Bohemicorum ad Pastores inuariatae Aug. Conf. in maiore Polon. scriptas Leslae* 1645. 26. *April.* in conuocatione fratrum, quas *MSSCCtas* tenemus, ita inter Patronos primo loco subscripsit: IOANNES SCHLICHTING de *Bucowitz*, *Iudex Regius Prouincialis terrae Scauensis et totius Ecclesiae Leslensis Confessionis Bohemicae*.

LAVTERBACHIO l. c. p. 332. religionem Romano-Catholicam, alter Euang. Reformatam profeſſus eſt, quos etiam EL. SIGM. REINHART *diſſ. alleg.* § XIV. *fol.* C. 2. allegauit; absque tamen mentione facta religionis, quam vterque amplexus fuerit. Qui praeter hos nobis, innotuerunt SCHLICHTINGII, in *Hiſt. Socin. Pruſſ.* allegantur. Poſt exilium enim polon. familia haec in *Boruſſiam* ſe contuluit, vbi IONAS CHRISTOPH. SCHLICHTINGIVS miniſtri officio praeſente hoc tempore, inter Socinianos ad Poloniae terminos adhuc ſuperſtites, fungitur. *Ionae* vitam, vel potius hiſtoriolam commentariorum eius ſcripſit STANISL. LVBIENIECIVS, *iun.* in epiſtola ad virum quendam magnum ſcripta et SCHLICHTINGII operibus praefixa. Ex hac mutuarunt, qui de viro hoc expoſuerunt, ARNOLDVS, HEINSIVS, KOENIGIVS, WEISMANNVS etc. ll. cc. et FRID. ERN. KETTNERVS, *de Vnitariis Sec. XVII.*

Natus eſt patre WOLFFGANGO a. circiter 1592. qui filium ſuum in placitis, quae ipſe adſciuerat, inſtituit. Poſitis ſcientiarum in Polonia maxime Racouiae fundamentis, *Altorffinam Academiam* a. 1616. d. 30. April. cum GEORGIO SCHLICHTINGIO et ZBYGNEO SIENINIO a SIENNO, IACOBI SIENINII, Racouiae Toparchae filio, cui IONAS morum litterarumque moderator conſtitutus erat, nec non IANO MORSTINIO popularibus ſuis, acceſſit, eo praeciſe tempore cum Crypto-Socinianorum turba ex hac muſarum ſede diſpelleretur, errorisque complices carcere iam conſtricti eſſent. Vid. SMALCII *Diar. vit.* apud ZELTNERVM l. c. p. 1204. Dato his, male omnino ferentibus VOGELII, PEVSCHELII aliorumque incarcerationem, *Altorffio* abeundi conſilio, dilationem quandam ſibi expetierunt, quam ea quoque obtinuerunt con-

ditione, vt interea temporis quieti degerent, nec quemquam suis corrumperent placitis. Vid. ZELTNERVS l. c. p. 524. Altorffio SCHLICHTINGIVM cum PRZYPCOVIO aliisque popularibus demigrasse in *Belgium* probabile videtur. LIMBORCHIVS enim in vita EPISCOPII p. 329. seqq. narrat, hoc in Academia Lugdunensi Theologiam profitente, vtrumque et IONAM nostrum et RVARVM per aliquod tempus in eadem Academia EPISCOPIO praeceptore vsos fuisse, ac Remonstrantium sententiam de satisfactione, (*acceptilationem* substituentium) eodem duce adoptasse.

Redux in patria primum *Racouiae*, deinde *Luclauiciis* ministerio Eccles. functus, ac praeterea varia itinera, molestissimaque in commodum sectae suae negotia suscepit, quibus ob firmitatem corporis animique mansuetudinem perficiendis, maxime idoneus a coetu iudicabatur. Ita non tantum coetibus per Poloniam visitandis perpetuo occupatus fuit, quod *acta Synodalia* MSSCC. copiose indicant, sed etiam 1638. in Transyluaniam missus, vt mitiora illis instillaret consilia, qui semiiudaizantes durius tractare visi sunt, quod ipse Senatus Claudiopolitanus a fratribus Polonis sibi expetierat. Paulo ante ad id negotium tractandum SCHLICHTINGIVS media hyeme in Transyluaniam missus, rebus infectis redierat. Vid. RVARI *Epp. Cent.* II. N. 45. 46. ex *edit.* ZELTNERI p. 618. seqq. et *Cent.* I. N. 84. p. 324. et quae ex *actis* in *Hist. Socin. Transylu.* expositari aliquando sumus. Edita fidei Christianae confessione, a. 1647. in comitiis regni (*) publice proscriptus et ipsius liber in foro

(*) Tenuit Bibliotheca *Vffenbachiana* (vid. Catalogum eiusdem T. V. p. 569.) epistolam cuiusdam Vnitarii ad amicum *MSC.* varias continentem rationes, cur IONAS SCHLICHTINGIVS ob libros editos ad Comitia Regni citatus, non debeat comparere, lingua mixta Polonica et Latina concinnatam.

foro Warſauienſi carnificis manu flammis traditus eſt. Qui igitur in Synodo Dazuienſi eodem anno conuenerant fratres, ad eum litteras conſolatorias dederunt, quibus animum ipſius in aduerſitatibus perferendis erigere ſtuduerunt. Non tamen publicato proſcriptionis edicto Poloniae valedixiſſe, ſed potius clam latitaſſe ibidem videtur; quamuis enim primo poſt proſcriptionem tempore, nulla eiusdem in *Actis* MSSCC. fiat mentio, anno tamen 1651. publice prodiit, vt in Conſeſſu Czarcouienſi PACEVICIVS a IONA SCHLICHTINGIO manuum impoſitione miniſterio Eccl. inauguratus ſignificetur, et ipſe IONAS in conſeſſu a. 1652. eodem loco celebrato, inter moderatores eiusdem nuncupetur, quemadmodum quoque a. 1654. *Luclauicii* officio vel eccleſ. vel ſcholaſtico functus videtur; filius enim eius PAVLVS, in conſeſſu Czarcouienſi admonitus legitur, vt inſtituente Patre *Luclauiciis* ſtudio theologico operam nauaret. A vero proinde aliena ſunt, quae LVBIENIECIVS prodidit; inquiens: "His iniquitatis telis in eum vibratis (in Comitiis Varſauienſibus 1647.) per aliquot annos, vir nobiliſſimo loco natus, et nullius criminis conuictus in patria exul, et in liberrima Republ. aduerſariorum veritatis libidini obnoxius, incertis ſedibus vagari et oras *Transboryſthenias, Ponto Euxino et Moſchicae ac Scythicae barbariei vicinas, adire et incolere neceſſe habuit.*"

Poſtquam belli Suecici procella in Polonia a. 1655. et mox in Diſſidentes a Romanis perſequutio coorta eſſet, SCHLICHTINGIVS ad Regis Sueciae protectionem confugit, et cum aliis *Cracouiae* aliquod tempus commoratus eſt, quo loco, in inſtituto cum quibusdam *collegio biblico*, Commentariorum ſuorum partem concinnauit. Dedita *Cracouia* a. 1657. in *Moeſtichiano* SACCORVM pago ſe-

dem fixit; fed inde ob rumores et motus bellicos *Stetinum* Pomeranorum a. 1658. fe contulit, vbi STANISL. LVBIENIECIVS eum, vtpote affinem cariffimum et parentis loco femper habitum, a. 1658. habuit conuictorem. Quid hoc loco inter armorum ftrepitum, vrbs enim ab exercitu Polonico et Germanico obfidebatur, in perficiendis commentariis praeftiterit, horum editor in epiftola allegata enarrat. *Stetini* ad initium Februarii 1660, vrbis obfidione proxime praeterito menfe Nouembri foluta, permanfit. Dehinc tum vxore paulo poft folutionem obfidionis orbus, tum noui belli in Pomerania motus metuens, tum denique liberis, e quibus tres filii et vnica filia fuperftites erant (*), vicinior fieri volens, inde profectus eft. Sed *Starogardiae* a praefidiariis Brandenburgicis, quod ex vrbe hoftili veniret, fufpectus habitus, et in vincula datus eft. Inde iuffu Electorali in caftrum *Spandauienfe* d. 23. *Febr.* perductus et cuftodiae traditus, in qua Commentarium in epiftolam ad Ephefios concinnauit, ita, vt inter eruditos, quorum carcer fuit mufeum, locum habeat. Ex hoc d. 5. *Aprilis* dimiffus, mox *Berolinum* femet contulit, vbi a *Sereniff. Electore* benigne admiffus commentarios Stargardiae detentos ex manu *Principis Anhaltini* recepit, et tunc demum libertati priori ex integro reftitutus eft. Inde profectus eft *Selichouiam*, Marchiae, qua Silefiae terminos tangit pagum, quo loco in domo nobiliffimae Matronae ELISABETHAE FALCKENREHDIANAE reliquum vitae fuae tranfegit, ac a. 1661. d. 1. *Nouembr.* aet. 69. (corrigendus enim

(*) Vnus filius a Polonis militibus, vna cum alio iuuene nobili captus, vitam potius, quam religionem perdere maluit, quod LVBIENIECIVS in epift. cit. fignificat. Quae cum alio filio, cui IONAE nomen, in Polonia acciderunt in confeffu Rutouienfi 1678. quamuis obfcure exponuntur. De tertio filio, cui nomen PAVLVS, vid. infra.

enim est error typograph. apud SANDIVM, annum 59. prodens) obiit, corpusque in vinea *Sacciana* sepultum. Effigiei ipsius aeri excisae haec adposita leguntur:

In effigiem Reuerendi Viri IONAE SCHLICHTINGII.

Haec veneranda senex gessit SCHLICHTINGIVS ora,
Haec grauitas vultus plena decoris erat.
His Dea Suada sedit labiis, haec ille resoluens,
Dura licet, poterat saxa mouere loco.
Haec iam muta silent: loquitur tamen ille, loquentem
Audit, et auditum fama loquetur anus.

Commentarios suos tribus filiis suis CHRISTOPHORO et IONAE, qui moribundo parenti praesentes fuerunt, ipsique defuncto pietatis officia praestiterunt, et PAVLO natu minimo, nec non STAN. LVBIENIECIO et IO. PREVSSIO commendauit. Breui ante obitum tempore, iussu SAMVELIS DE SCHLICHTING, IEREMIAS GERLACHIVS, *pastor coetus Euangel. Schlichtinghemensis* eum salutauit, experimentum facturus, si fieri posset, eundem ab erroribus suis in veritatis viam deducendi; cui vero, velle se sectae, quam in vita, ore ac scriptis tuitus esset, ad vltimum quoque halitum adhaerere, testatus est. Celebratum est IONAE SCHLICHTINGII nomen inter Socinianos. Anonymus in vita WISSOWATII apud SANDIVM l. c. p. 240. eum magnum Ecclesiae ornamentum adpellat. STAN. LVBIENIECIVS in ep. allegata eum vocat: "virum et genere et eruditione et pietate nobilissimum — — — in eruendis scripturae S. etiam reconditis sensibus, et connectendis textus biblici periodis felicissimum, Virum excellentissimis ingenii et naturae dotibus, tum exquisita rerum diuinarum humanarumque, praecipue variarum linguarum notitia praeditum ac peregrinationis vsu expolitum, ideoque huic rei perficiendae (commentariis con-

cinnandis) aptissimum, et sacris alioqui studiis annorum circiter XL. spatio vnice deditum." Fratres Poloni in ep. ad senatum Claudiopol. T. II. Epp. RVARI p. 316. eum vocant virum nobilissimum, cuius prudentiam atque dexteritatem in administrandis Ecclesiae negotiis, non modo ipsi compertum habeant, sed etiam Claudiopolitani comperti sint.

Quam in eo coetus huius socii praedicant insignem animi mansuetudinem, scripta ipsius quoque comprobant; nec eum tantum, qui eadem cum ipso sentiebant, laudibus ornant; sed etiam qui ab eo dissentiebant. Vid. REINHARTVS l. c. IO. HOORNBECKIVS in *apparatu ad controuersias et dispp. Socinian.* p. 68. ita de eodem inquit: *Ionam Schlichtingium* aduersarium mihi cupio, designo: "hic in viuis superest, et qualis sit, in disputationibus suis cum BALTHAS. MEISNERO ostendit, eumque eo lubentius hoc meo in scripto ad partes nonnunquam cito; vir, si quid iudico, ingenuus et doctus; neque enim vel in ipso hoste virtutes quae sunt, dissimulandae: sufficit hoc vnum culpare, quod hostis est."

Commentaria eius posthuma in plerosque N. T. libros, in duos Tomos distincta, cum tribus indicibus copiosissimis prodierunt *Irenopoli*, *sumptibus* IRENICI PHILALETHII, *post annum Domini* cIↃ IↃ C LVI. (1665) *fol.* Ipse auctor breuem hanc ad lectorem praemisit admonitionem: "*Commentarios hosce scripsi, Lector! non publico nomine, sed meo priuato, quos nec publicae subiicere potui censurae, dispersis graui persecutione Ecclesiis. Proinde nolim vllo dicto, vlla sententia, Ecclesiam oneratam. A priuato dictum est, quidquid dictum scriptumue est. Quodsi verum est, publicum est; si quid sit falsum, nollem dictum, et quamuis dixerim, pro meo non agnosco. Vale.*

Vale." Haec, vt SCHLICHTINGIVS testaretur, necesse putauit, cum repetitis synodorum statutis, coetus huius scriptores, inprimis circa vltima tempora admoniti fuerint, ne sine publico consensu in publicum ederent librum. Inprimis edendis SCHLICHTINGII commentariis coetus suffragium suum non tulit. In consessu a. 1662. in loco quodam Poloniae anonymo, habito, statutum est, ne commentarii isti absque praeuia censura CHRISTOPH. CRELLII, ANDR. WISSOWATII et IOACH. DROZOVII publicae luci committerentur, cum priuatae auctoris opiniones nondum totius coetus consensum nactae fuerint. Quod equidem non in genere de omnibus intelligendum, cum ante hoc tempus et viuente adhuc auctore quidam sint editi. Idem decretum a. 1663. in consessu Cruciburgico repetitum, et SAMVELI PRZYPCOVIO censura et reuisio istorum commentariorum commendata. Absque tamen censura editos esse, ex *Actis consessus* a. 1665. celebrati constat, quipqe in quo fratres *Marchici* semet hac de re excusarunt. De scriptis hisce exegeticis *vid.* MICH. LILIENTHALII *Biblioth. exeget.* p. 581. sqq. et quae sub tit. *Bibliotheca FF. PP.* p. 49. diximus. Iam specialem omnium SCHLICHTINGII scriptorum censum adgredimur.

SCRIPTA:

1. *Sermo* CHRISTOPH. LVBIENIECII *Sen. coetus Racou. Past. quo, animam agens, filios suos ceterosque adstantes alloquutus est. Racou.* 1624. *M. Febr.* MSC.
2. Odpowiedz na script. X. Daniela Clementinusa, nazwany Antilogia et absurda, to iest sprzeciwienstwa y nieslusznosci wypliwaionce z opiniey Socinitow Ponurzonych. Uczyniona przez Ionasza Schlichtinka z Bukowca, 1 Ioh. V. 1. w Rakowie drukowal Sebast. Sternacki, Roku 1625. i. e. *Responsio ad scriptum Ec-*

clesiastes DAN. CLEMENTINI, *inscriptum:* ANTILOGIAE ET ABSVRDA, *i. e. sibi inuicem aduersa et rationi repugnantia, quae ex opinione Rebaptizatorum Socinistarum profluunt, data per* IONAM SCHLICHTINGIVM *de Bukowiec.* 1 *Io. V.* 1. *Racouiae, impressit* SEB. STERNACIVS, a. 1625. 4. *Alph.* 1. *pl.* 10½.

Quod refutandum conatus est SCHLICHTINGIVS scriptum, hunc prae se fert titulum: *Antilogiae et absurda*, to iest, Sprzeciwienstwa y niesłusznosci wyplywaionce z opiniey Socinitow Ponurzonych, ktore ku obaczeniu się w blond zawiedzonim, Przestrodze chwieioncym, zawstydzeniu upornieiszym, stoirdzeniu w prawey wierze postempuioncim zebral, napisal, podal *Dan. Clementinus*, Pana Iezusow sluga Gorskiego zboru pastersz, A. D. 1623. die 10. Maii, w Krakowie, Roku Panskiego 1623. i. e. *Sibi inuicem aduersa et rationi repugnantia, quae ex opinione rebaptizatorum Socinistarum profluunt. Quae ad contemplandum per errorem seductis, ad praemonitionem titubantibus, ad pudorem suffundendum malitiosis et contumacibus, ad confirmationem in veritate fidei ambulantibus, collecta et concinnata exhibet* DAN. CLEMENTINVS, *minister Dni Iesu et Pastor coetus Gorscensis.* A. D. 1623. d. 10. *Maii. Cracouiae, anno Domini* 1623. 4. *Alph.* 1. *pl.* 13. De hoc CLEMENTINI scripto, vt quaedam exponamus, refutatio *Schlichtingiana* locum facit. *Dedicatio* quibusdam nobilibus scripta, (w Gorach) *Goryae* 1623. 10. *Maii*, agit ex 2 *Pet.* II. de quintuplici falsorum doctorum et seducentium alios malo labore, quo 1) Clam, 2) perniciosas sectas introducunt, 3) Dominum redimentem eos abnegant, 4) viam veritatis calumniantur, et 5) per

per auaritiam effictis ſermonibus a ſemet ſeductos circumueniunt; quae omnia in hypotheſi exemplo Socinianorum et experientia, quam de his ipſe ſibi auctor acquiſiuit, illuſtrat. Exponit praeterea, qua ratione *ſecunda diſputatio Lublinenſis* 1622. luci expoſita (vid. ſub Io. STATORIO) et callida Socinianorum machinatio, qua in numeroſo quodam coetu Reformatum Miniſtrum DAN. RZECZYNSKIVM, chariſſimum amicum ſuum praeter, omnem opinionem ad hanc diſputationem pertraxiſſent (*), ad concinnandum hoc opus, ſibi occaſionem ſuppeditauerint. Scopum deinde propoſitum et partitionem totius libri ſignificat, ſpemque facit edendi aliquando alium tractatum, cui titulum facturus ſit: HAERETICO-SOCINISMVS. Tractatio tribus abſoluitur partibus. In *prima* Antilogiae ſibique aduerſantes propoſitiones; in *ſecunda*, abſurda et inconuenientia in Socinianis obſeruata proponuntur; in *tertia* argumentum diſputationis F. SOCINI *de I. C. Seruatore* contra COVETVM recenſetur ac refutatur. In *prima* parte tres expenduntur quaeſtiones *fol.* C. 1. b. ſeqq. 1) *An Sociniſtae in placitis ſuis conſpirent?* Negatiua reſponſio decem ſectionibus vel titulis comprobatur: *Tit.* 1. *De diuinis perſonis fol.* C. 3. b. *Tit.* 2. *De tribus perſonis in eſſentia diuina. fol.* C. 4. *Tit.* 3. *De diuinitate Chriſti fol.* D. 1. b. *Tit.* 4. *Quod Chriſtus ſit Dei Filius*; *fol.* D. 4. et *qualem Dei Filium ex eo fingant Sociniſtae. fol.* E. 3. b. *Tit.* 5. *De exiſtentia et praecellentia perſonae Chriſti*

(*) Videtur tamen paulo poſt DAN. RZECZYNSKIVS, niſi ad Socinianorum caſtra tranſiiſſe, attamen Reformatorum ſacra deſeruiſſe. SCHLICHTINGIVS enim in reſponſione ſua ad *antilog.* CLEMENTINI p. 30. inquit: Dubito an CLEMENTINVS adhuc *Rzeczynskium* fratrem ſuum chariſſimum ſit ſalutaturus.

F. 1. b. *Tit. 6. De descensu Christi e coelo* F. 4. b. *Tit. 7. De fide in Christum.* G. 2. b. *Tit. 8. De Christi honore.* G. 3. b. *Tit. 9. De inuocatione Christi.* H. *Tit. 10. De merito passionis et mortis Christi.* H. 1. b. 2) *Vtrum in opinionibus suis perfecte iam consentiant, vel in posterum opus habeant nouis emendationibus, correctionibus ac paradoxis, quibus adhuc systema suum exornent ac commutent. fol.* I. 3) *Vtrum vnum vel duos habeant Deos? Qua ratione in vnum vel alterum credant? Vtri iam maiori zelo seruiant? In quem maxime spem suam collocent? Vtri conueniat ipsos remunerari? fol.* K. Auctor omnia ipsis Socinianorum testimoniis, et allegatis ex ipsorum editis operibus, confirmauit. *Secunda* pars exponit et refellit absurda in eorum systemate, sub iisdem titulis, quos prior pars habuit. Ita *Tit.* 1. *fol.* K. 3. S. Scripturae loca, quae vnitatem diuinae essentiae et personarum pluralitatem euincunt, expenduntur; e. g. ex Vet. Test. praecipue in quibus nomen Elohim occurrit, *Gen.* I. 26. III. 22. XI. 6. XVIII. 1. XIX. 24. *Exod.* XX. 2. *Ios.* XXIV. 19. 23. *Ies.* VI. 3. XLIV. 2. 5. *Num.* VI. 23. ex Nou. Test. ea, quae circa incarnationem Filii Dei contigerunt *Luc.* I. 35. *Matth.* I. 20. ex baptismo Christi, et institutione baptismali, ex aliis N. T. oraculis e. g. *Io.* XVI. 6. 2 *Cor.* XIII. 13. 1 *Io.* V. 7. Ex vltimo dicto auctor *fol.* L. 2. ita colligit: Si sunt *vnum*, quacunque hoc ratione sit; certissimum est, quod etiam sint *vnus:* nisi enim sint *vnus*, nec *vnum* esse poterunt, praecipue in salutis nostrae opere, quod soli omnipotenti et gratiosissimo Deo de iure tribuendum est. Aduersariis inde hoc proponit dilemma: Vel in Deo tantum nomina, vel etiam rem ipsam distinguunt. Si illud, erro-

errorem SABELLII et *Patripassianorum* faciunt suum; si hoc, *Tritheismi* sunt accusandi. Ex ipsis posthac Socinianorum libris, hos conuincit, quod duos statuant Deos sibi subordinatos. *Tit.* 2. *fol.* L. 3. b. eos refutat, quatenus Christo eiusmodi diuinitatem tribuunt, qualis et aliis competit, qui in S. Scriptura analogice apellantur Dii, simulque personalitatem et deitatem Sp. Sancti adstruit. *Tit.* 3. *fol.* M. 4. b. monstrat: qua ratione Christi deitatem destruunt, statuentes, eam cum statu exaltationis initium cepisse, qui tamen cum eiusdem, officio mediatorio, quo ex hypothesi Socinianorum in eodem statu praecipue fungi debuerit, ad quod praeparatio tantum mors ipsius fuerit, conciliari et componi non possit. *Tit.* 4. *fol.* N. 4. Errorem dispellit, quo Christum non essentia, sed ex gratia exaltatum Deum statuunt. *Tit.* 5. *fol.* O. 3. inter omnes titulos maximum ambitum imo fere dimidium totius libri spatium occupat. Adstruit auctor aeternitatem et excellentiam personae Christi ex *Io.* I. 1 - 14. et *Io.* VIII. 58. quae loca egregie aduersus quascunque Socinianorum expositiones propugnantur, *fol.* Dd. 4. b. *Tit.* 6. *fol.* Ff. 4. monstrat, omnino inconueniens esse, quando Sociniani descensum Christi de coelo, vel praeeunte STATORIO ita explicant: quod Christo Dei voluntas incognita non fuerit; hoc enim modo et Prophetae et Patriarchae V. T. de coelo venisse reputandi forent; vel, viam monstrantibus SOCINO et SMALCIO, per ecstasin Christi eiusque effectum interpretantur, quae PAVLO etiam accidit. Realem potius descensum euincit ex *Luc.* I. 35. *Io.* XVI. 28. etc. Eadem ratione pergit *Tit.* 7. *fol.* Gg. 1. b. *Tit.* 8. *fol.* Gg. 4. *Tit.* 9. *fol.* Ll. 2. *Tit.* 10. *fol.* Ll. 3.

Tertia

Tertia pars praecipuos errores a SOCINO in libro *de I C. Seruatore aduersus* COVETVM expofitos repetit ac refellit. *Sect.* 1. *fol.* Mm 3. ad ea refpondet, quae SOCINVS P. I. c. 1. de iuftitia Dei protulit; *Sect.* 2. ad ea, quae c. 2-6. propofuit de quinque rationibus, ob quas Chriftus, Seruator nofter appellari poffit *fol.* Mm 4. *Sect.* 3. ad ea, quae SOCINVS c. 8. de reconciliatione cum Deo per mortem Filii fui explicauit, *fol.* Nn. 2. b. *Sect.* 4. fub examen vocat, quae SOCINVS P. II. c. 1. 2. 22. de comparatione CHRISTI cum MOSE, et de peccatis, quae Chriftus tulit, in medium profert, *fol.* Nn. 3. et tandem *Sect.* 5. quae SOCINVS P. III. c. 4. 5. de praerogatiuis, quas Chriftus per refufcitationem fuam ex mortuis confequutus eft. Denique operi fuo finem imponit *Epilogo ad lectorem*, excitatione ad gratias agendum Deo et interceffione pro aberrantibus a veritate.

Tractatui CLEMENTINO SCHLICHTINGII refponfio oppofita eft, quam dicauit *Comiti* RAPHAELI LESZCZYNSSCIO, *Palatino Belzycenfi*, epiftola *Racoviae* d. 31. *Ian.* 1625. fcripta. Patrono huic diuerfae licet religioni dedito iudicium de libro ipfi adfcripto, nec non de inhumanis et a pacis ftudio alienis aduerfariorum actionibus ferendum committit. Totum opus in duas diuifum eft partes, quarum *altera* generales quasdam obferuationes in CLEMENTINI librum; *altera* vero fpecialem huius refutationem continet. In PRIORE exponuntur 1) 130. criminationes et calumniae, (vt auctor appellat) aduerfus Socinianos effufae, quos ab illis vindicare ftudet p. 1-76. 2) 15. Deprauationes quorundam S. Scripturae locorum p. 77-81. et 34. male allegata ex fcriptis Socinianorum loca

loca p. 81-90. Ex auctoris opinione 1 *Tim.* III. 16. explicandum: *Exceptus in gloria* i. e. *gloriose*; et *Luc.* I. 36. Id, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei; non quod sanctum iam fuerit, sed ex Sp. Sancto initium capere debuerit. *Col.* I. 15. *Primogenitus omnium creaturarum*; ita, vt ex ipso creaturarum numero fuerit. *Rom.* I. 4. *definitus*, determinatus et praeordinatus, vt esset Filius Dei. 3) Dictiones quaedam contumeliosae et iniuriosae, quibus CLEMENTINVM aduersus Socinianos vsum esse, accusat. p. 91. 4) 30. Contradictiones et sibi inuicem aduersantes CLEMENTINI phrases p. 96. 5) 82. errores puerilis ignorantiae p. 104. quae vero imputationes omnes vel exigui sunt valoris, vel etiam ab inductione parum confirmantur. In POSTERIORE parte auctor opus CLEMENTINI per singulas partes, eodem, quem hic seruauit, ordine sub examen vocauit; ita vt *Sect.* 1. ad tres quaestiones, in prima parte *de Antilogg. Socinit.* propositas respondeat, et quidem ad primam et secundam, sub iisdem decem titulis, quos CLEMENTINVS fecit; p. 128-144. *Sect.* 2 in posteriori parte exposita absurda sentent. Socinit. p. 147. examinet; et tandem *Sect.* 3. ad ea regerat, quae CLEMENTINVS aduersus SOCINI disp. *de I. C. Seruatore* in medium protulit, p. 233. Tandem operis totius finem facit p. 245. seqq. alloquio ad Euangelicos, quo hos charitatis, studii pacis et abstinentiae a iudicio impio admonet.

9. Na Antapologiam X. *Daniela Clementinusa* o Potwarzach Odpowiedz, przez *Ionasza Szlichtinka* z Bukowka. *Luc.* VI. 22. w Rakowie, drukowal *Seb. Sternacki*, Roku 1631. i. e. *Ad Antapologiam ministri* DAN. CLEMEN-

MENTINI, *criminationes concernentem*, *data responsio*, *per* ION. SCHLICHTINGIVM *a Bukowiec. Luc. VI.* 22. *Racouiae*, *impressit* SEB. STERNACIVS, a. 1631. 4. Alph. 2. pl. 11. Edidit CLEMENTINVS ad vindicandum opus suum n. 2. recensitum, aduersus SCHLICHTINGII responsionem librum, cui tit. ANTAPOLOGIA: to iest Odpowiedz X. *Dan. Clementinusa* na Odpowiedz P. *Ionasza Schlichtinka.* 2 *Ioh.* v. 9. 10. 11. W Baranowie Andrzey Piotrkowczyk drukowal Roku Panskiego 1630. *Antapologia*, i. e. *Responsio ministri* DAN. CLEMENTINI *ad Responsionem Dni* ION. SCHLICHTINGII. 2 *Ioh.* 9. 10. 11. *Baranouiae*, *impressit* ANDR. PIOTRKOWTSCHIK, *anno Domini* 1630. 4. Operi huic CLEMENTINI adtextum est, (quod in titulo non notatur, in dedicatione vero significatur) THOMAE WENGERSCII, qui breue ad Lectorem praefamen litteris T. W. subscripsit, ASYMBOLVM SOCINIANORVM etc. Vid. sub MORSCOVIO. WENGERSCII opusculum habet pl. 9. CLEMENTINI Antapologia vero *Alph.* 3. *pl.* 6. ASYMBOLVM istud Centonem ex praecipuis Socinianorum scriptis compositum exhibet, in quibus hi fidem suam de VIII. articulis symboli Apostolici primariis exponunt, p. 1. 2. 3. 36. 40. 44. 55. 60. In fine adduntur Theologorum Euangelicorum Luther. et Reform. iudicia de disciplina Socinianorum, in linguam polonicam a WENGERSCIO translata.

In Antapologia CLEMENTINI primo loco occurrit *dedicatio Comiti* RAPH. LESZCZYNSCIO, *Palatino Belzycensi* scripta, cui, male licet id ferenti, SCHLICHTINGIVS responsionem suam sacrauerat. In hac dedicatione CLEMENTINVS, criminationes SCHLICHTINGII aduersus Euangelicos effusas recenset, et iudicium de iisdem

iisdem tanto arbitro ac Senatori regni, ſapientiae, aequitatis et amoris in veritatem laude conſpicuo committit. Hac occaſione quoque pietatem et munificentiam patris ANDR. LESZCZYNII, *Palatini Brzeſcenſis* praedicat, cuius alumnatu pro 15. ſtudioſis in *Collegio Leſzczynskiano*, *Liſſae* inſtituto, fruitus olim auctor fuerat. Vid. WENGERSCIVS, L. I. C. 14. p. 118. In *praefatione* ad lectorem, SCHLICHTINGII dedicatio Comiti facta ſub examen vocatur XII. momentis, quae partim reſpiciunt ſollicitationes SCHLICHTINGII *Comiti* propoſitas, partim pacem eccleſiaſticam, et quaedam alia ex hiſt. Eccl. adducta. Opus ipſum *tribus* abſoluitur partibus. PRIMA directa eſt aduerſus SCHLICHTINGII generales obſeruationes, in iisque expoſitas criminationes, ſecundum quinque ſectiones ſupra commemoratas; ſicque 130. criminationes aduerſus Socinianos expoſitas defendit ac ſolide vindicat p. 13-207. idem praeſtat ratione deprauationum et adulterationum quorundam S. Scr. locorum p. 209-234. nec non reſpectu contumeliarum et iniuriarum, quarum SCHLICHTINGIVS CLEMENTINVM et Euangelicos accuſauerat p. 235-248. et intuitu 30. contradictionum, quas in ipſo notauerat SCHLICHTINGIVS p. 249-267. qua occaſione per XI. exempla monſtrat, qua ratione doctrina Euangelica ſibi adparenter tantum, non autem re ipſa ex genuino credendi principio diiudicata, aduerſetur; e contrario autem XXV. exemplis doctrinam Socinianam ſibi palam contradicere, euincit p. 271-274. Tandem agit de 82. erroribus puerilis ignorantiae, quos ipſi aduerſarius imputauerat p. 275-326. In parte SECVNDA 1) Ad SCHLICHTINGII reſponſionem, tribus quaeſtionibus oppoſitam, auctor

ctor regerit p. 328-367. item 2) Ad eiusdem examen absurdd. sentent. Socinit. p. 373-536. 3) Tandem ea refellit, quibus aduersarius SOCINI disputationem propugnare studuit, et quae circa Epilogum libri sui monuit, p. 537-548. Libro finem facit epicrisis circa SCHLICHTINGII alloquium ad Euangelicos, p. 550-569.

Hoc CLEMENTINI opus, prae reliquis aduersus Socinianos in lucem emissis in Polonia libris, vniuersum eorum systema oppugnat, cui proinde per SCHLICHTINGIVM responsionem opponere, coetus necesse putauit, qui illum a. 1630. decreto Synodi excitauit, vt duplicam, quam primum scripti CLEMENTINI copiam nactus fuerit, luci committeret. Sed haec iterata SCHLICHTINGII responsio, vix tertiam CLEMENTINI operis partem tangit.

Praefixa est eidem praefatio ad Euangelicos, qua auctor rem suam defendit, quod nobilem Euangelicum, ad iudicium ferendum de controuersiis prouocauerit, eidemque librum superiorem dedicauerit. Exposito totius operis argumento, respondet partim ad CLEMENTINI dedicationem Antapologiae suae, partim ad eiusdem praefamen ad lectorem, et tractata in eodem XII. momenta p. 13-34. CLEMENTINVM antapologiae huius esse auctorem, omnino inficiatur. Tractatio, circa vnicam tantum operis CLEMENTINI partem est occupata, nimirum circa 130. criminationes, aduersus Socinianos, quas SCHLICHTINGIVS ex CLEMENTINI Antilogg. in prima responsione sua p. 1-76. expositas, calumnias adpellauerat, quibusque CLEMENTINVS in prima Antapologiae parte p. 13-207. fusiorem opposuerat responsionem.

4. Com.

4. *Commentarius in epiſtolam ad* HEBRAEOS, *cum indice rerum locorumque ſcripturae. Racouiae, typis* PAVLI STERNACII. *Anno Chriſti* 1634. 8. *pagg.* 699. *et* 58. *praef. et indicc.* Auctor nomen ſuum in praefatione confitetur, in qua circa finem ita de Io. CRELLIO opem ſibi ferente ſcribit: "Eſt commentarius hic viuente adhuc IOANNE CRELLIO doctiſſimo, litterarumque monumentis clariſſimo viro, Collega meo deſideratiſſimo, a me confectus et elucubratus, ita vt in eruendis epiſtolae illius ſenſibus omnis mihi cum CRELLIO ſociata fuerit opera, idque ita, vt ei primas hic partes merito deferre debeam, quod te Lector monitum volui, vt tanti viri nomine commentarius hic tibi eſſet commendatior. Tu laboribus noſtris fruere etc." Ob hanc in conficiendo opere praeſtitam CRELLII operam, huius quoque ſcriptis T. II. inſertus eſt. Quod SANDIVS l. c. p. 117. perhibet, commentarium hunc belgice 1658. 4. prodiiſſe, a veritate alienum eſt, et potius *de paraphraſi* epiſtolae ad Hebraeos, quam CRELLIVS concinnauit, valet, quae belgico habitu lucem vidit. In illo SCHLICHTINGII commentario, iudicante ita REIMANNO in *Biblioth. theol.* p. 667. verba non abiecta, res quaedam diligenter traditae; nec nullus flos, aut nullum lumen animi, ſed quod labes domeſtica obfuſcauit. Manifeſtum nouaturiendi et SOCINI Theologiam exornandi ſtudium, cum perpetuo propoſito S. Scripturam ad ſuam mentem, non hanc ad illam commodandi etc." Commentarium hunc Io. BRAVNIVS ſub examen vocauit in *Comment. in ep. ad Hebr. Amſtel.* 1705. 4. Vid. *Acta erud.* 1705. p. 360. ſeqq. ARTVRIVM ASHLEY SYKESIVM, *Anglum*, SCHLICHTINGII veſtigia in explicanda hac Pauli epiſtola preſſiſſe conſtat.

5. *Commentarius in epistolam ad Galatas, ex praelectionibus potissimum* CRELLII *conscriptus: cum praefatione* IONAE SCHLICHTINGII, *Racouiae* 1628. 8. pl. 21½. Praefatio litteris initialibus I. S. subscripta. Vid. REIMANNVS l. c. p. 666. Belgica quoque libri versio prostat.

6. *Commentarius in III. priora capita epist. ad Romanos*, itidem ex CRELLII praelectionibus ab ipso conscriptus. *Racou.* 1636. 8.

7. *Quaestiones duae:* VNA, *num in Euangelicorum religione dogmata habeantur, quae vix vllo modo permittant, vt qui ea amplectatur, nullo in peccato perseueret?* ALTERA, *num in eadem religione quaedam concedantur Christi legibus inconcessa? contra* BALTHASAREM MEISNERVM *S. Theologiae Doctorem et in Academia Wittebergensi Profess. publicum, a* IONA SCHLICHTINGIO A BVKOWIEC *disputatae. Typis* PAVLI STERNACII. *Anno a Christo nato.* MDCXXXVI. 8. *pagg.* 495. et 38. *dedic. praef. et indic.* Dicatus est liber fratribus germanis ADAMO et ANDREAE GOSLAVIIS, per epistolam, quam excipit *Praefatio*, quae historiam et argumentum scripti his verbis exponit: "Progredimur, lector, in defensione libelli FAVSTI SOCINI, a BALTH. MEISNERO, *S. Theol. Doctore*, et *in Acad. Witteb. Prof. publ.* oppugnati, quo SOCINVS eos, qui inter Euangelicos verae pietatis sint studiosi, ad suam inuitat Ecclesiam, tali argumento, quod cum sine vera vitae sanctitate, quae in abdicatione omnis vitii consistat, nemini regnum coelorum fas sit capessere, Euangelica religio ita sit et sententiis et institutis comparata, vt eiusmodi pietatis studium multis ex partibus impediat. Totum hoc argumentum quinque capitibus

bus et vno appendice pertractauit SOCINVS. Et primo quidem capite docet, eam, quam diximus morum ſanctitatem, ad ſalutis adeptionem omnino requiri, qua de re peculiari cum MEISNERO diſputatione iam egimus. Hoc opere de ſecundo et tertio capite nobis cum MEISNERO inſtituta eſt diſceptatio; quorum in *illo* docet SOCINVS, euangelica religione ea contineri dogmata, quae vix vllo modo permittant, vt, qui ea pro veris amplectatur, omne vitium repudiet: in *hoc* vero planum facit, eadem religione quaedam concedi, quae Chriſti legibus inconceſſa ſint. Quod igitur ad caput illud attinet, tria iſtius generis dogmata commemorat SOCINVS: *primum* de praedeſtinatione diuina: *ſecundum* de hominis arbitrio, atque viribus in iis, quae ad pietatis opera pertinent: *tertium* de iuſtificationis noſtrae ratione, quibus de rebus Euangelicorum ſententias eam habere vim demonſtrat, vt in ipſa ſtirpe verae pietatis fructus intercipiant. Haec dum contra tendit MEISNERVS, effecit, vt tanto diligentius a nobis tractarentur. Itaque habes hic, *lector*, de praedeſtinatione diuina, cui tanquam ſolidiſſimo fundamento ſalus noſtra innititur, tum verae ſententiae explicationem atque defenſionem, tum erroneae refutationem; peculiarem etiam iſtiusque loci propriam de electis, an ſua culpa poſſint a Deo reprobari, diſputationem. Habes deinde tot contentionibus agitatam de humano arbitrio in rebus ad religionem ſpectantibus quaeſtionem, an ſcilicet ſeruum ſit, an liberum, ſeu, vt rectius loquamur, an vllum ſit, an nullum? nam, qui quaerit, an ſeruum ſit, nec ſui iuris arbitrium, pugnantia permiſcet, nec vim vocis intelligit; arbitrium enim dum dicit, libertatem

insinuat. Habes denique diligenter expositam iustificationis nostrae rationem, nempe quid ea sit? quibus caussis efficiatur? an bona opera ad illius comparationem pertineant? et si pertinent, an intra conatum tantum recte agendi subsistant? vbi simul nobilis ille capitis septimi epistolae ad Romanos locus, collatis vtrinque argumentis explicatur, tum an Christi iustitia nobis vspiam imputari dicatur? tandem de ipsius iustificantis fidei natura agitur, an sola, seu sine operibus iustificet, et quatenus? — — — Igitur tot tantasque res in capitis istius, quod apud SOCINVM et MEISNERVM secundum est, examine disputatas, *lector*, inuenies. Iam, quod ad *caput* attinet *posterius*, quod SOCINO et MEISNERO *tertium* est, in hoc accusat Euangelicorum religionem eo nomine SOCINVS, quod per eam liceat vltionem iniuriae apud magistratum quaerere, hostibus occidendis operam in bellis vltro nauare, haereticos vi et poenis coercere, quae per Christi disciplinam nefas sit facere. Addidimus nos illam damnandi licentiam, qua diuersum sentientes tam facile ab ecclesiae corpore separantur, nimium proh dolor! inter Euangelicos vsitatam."

Harum quaestionum prior, peculiari tractatu agitata, iam antea separatim prodiit sub titulo:

8. *Quaestio, num ad regnum Dei possidendum necesse sit in nullo peccato Euangelicae doctrinae aduerso manere? contra* BALTHASAREM MEISNERVM, *Theol. D. et in Acad. Witteb. Prof. P.* A IONA SZLICHTINGIO *a Bukowiec disputata. Typis* PAVLI STERNACII. *Anno Domini* 1635. 8. *pagg.* 112. et 12. *dedic.* et *praef.* Omnia *Schlichtingii* scripta, *Vogtius* p. 613. rarioribus omnino adnumerauit, quod de hoc primo inter

scripta

ſcripta ab auctore aduerſus *Meiſnerum* diuulgata, eo magis valet, quo minus illud Bibliothecae FF. PP. inſertum animaduertimus. Editio, quam allegauimus, SANDIO non innotuit. V. Fortgeſ. Sammlungen von A. u. N. 1734. p. 415. Dicauit opus hoc IOANNI GEORGIO *a Bukowiec* SZLICHTINGIO, terrae Schouenſis iudici, patrueli ſuo, quem Socinianismo infectum non fuiſſe, ex his dedicationis verbis colligimus: "*Tuum erit inprimis, videre quid hic veri ſit, et vt in re tanta omni errore libereris, omnem operam ponere.* Libellus hic ſane eſt exiguus, ne quid de temporis anguſtia, publicis aliisque diſtractus curis, cauſari poſſis: quanquam ſalutis cura omnibus aliis eſſe debet antiquior. — — — Tu animum reuoca, et de tua ſalute, eaque ſempiterna, agi cogita. — — Quicquid hic tandem, diuerſis imbutus ſententiis, ſtatuendum eſſe tibi cenſueris, aut quamcunque in partem conſilium hoc meum interpretatus fueris — — — mei certe in te maximi amoris, et fraternae beneuolentiae, publicum hoc erit, etiam ad poſteros, monumentum." In *praefatione*, diſputationis cum MEISNERO hiſtoriam ita enarrat: "Edidit ante complures annos SOCINVS libellum hoc argumento: *Euangelicos in Polonia et Lituania vulgo dictos, quibus verae pietatis ſtudium ſit cordi, debere ſeſe eorum coetibus adiungere, qui ibidem Arriani atque Ebionitae immerito vocantur.* Quod vt Euangelicis iſtis perſuadeat SOCINVS, *primum* fundamenti cuiusdam loco ſubſternit: Ad regnum Dei poſſidendum, neceſſe eſſe nullo in peccato euangelicae doctrinae aduerſo manere. Hoc conſtituto, demonſtrat *ſecundo loco:* In Euangelicorum iſtorum religione quaedam dogmata et ſententias haberi, quae vix

vllo modo permittant, vt, qui eas fectatur, nullo in peccato maneat. *Tertio loco*, in eadem religione quaedam concedi docet, quae cum Chrifti praeceptis pugnent. *Quarto*, non paucos in eadem effe errores, qui facile veram falutis aeternae viam obfcurent et impediant. *Quinto*, multos in ea effe alios circa doctrinam errores, qui facile, quae errorum eft foecunditas, grauiores alios parere poffint: *Sexto* denique loco, addit appendicem de difciplinae ecclefiafticae inter Euangelicos defectu. ——— Libellus hic SOCINI, diu per multorum manus in publico volutatus, neminem inuenit aduerfarium. Prodiit tandem BALTH. MEISNERVS, (*) —— qui alienam caufam fecit fuam, fe fuosque Euangelicorum nomine comprehenfos exiftimans, ignarus hoc titulo non alios in Polonia et Lituania vulgo defignari, quam quos alibi vulgus, a Lutheranis diftinguens, peculiari nomine *Caluinianos* appellat. Is igitur libelli iftius refutationem fibi defumfit, et quinque illius capitibus, fextoque appendici, totidem et ipfe capita oppofuit: in quorum vno quoque, ea, quae SOCINVS afferuit, labefactare atque euertere conatus eft. ———— Itaque non tam SOCINI, quam veritatis fufcepta caufa, de fingulis iftis capitibus difputationem cum MEISNERO inftitui, eamque illo adhuc viuente, aut faltem nullo dum de obitu illius accepto nuntio, magna ex parte perfeci; quae caufa etiam eft, cur plerumque MEISNERVM, tanquam adhuc viuentem oratione compellem: quod cognita illius morte, mutare nolui, vt hoc ipfum indicium effet, non mihi morte demum ipfius creuiffe ani-

(*) Opus *Balth. Meisneri*, cui pugnam infert SCHLICHTINGIVS, prodiit fub titulo: *Breuis confideratio Theologiae Photinianae etc. Witteb.* 1619. 8. et 1623. 8.

animos, ſed me, ne cum viuente quidem certamen pro veritate detrectaſſe. — — — — Sed operis a me conſcripti editionem, multi alii morati ſunt labores, atque etiamnum morantur. Quod antequam plenum ſuisque partibus abſolutum in lucem prodeat, viſum eſt, hanc primi capitis diſputationem in publicum emittere; quippe quae contineat quaeſtionem maximam atque grauiſſimam, — — nempe, num ad regnum Dei poſſidendum neceſſe ſit, nullo in peccato euangelicae doctrinae aduerſo manere?"

De hoc libello ita *Grotius* ad RVARVM, in huius *Epp. Cent. I.* N. 40. ex *edit.* ZELTN. p. 159. inquit: "Video ab eo *(Schlichtingio)* ſtatui, non adulterii tantum, ſed et ſcortationis actum tales eſſe, qui hominem Chriſtianum, ſi ſubito moriatur, a vita aeterna ſint excluſuri; quod cum haud dubie et de aliis delictis aeque grauibus ac deliberatis ſentiat, nihil habeo, quod contradicam. Verum non modo de ſcortationis, ſed et de adulterii actu aliter ſenſiſſe SOCINVM, videbar ex eius ſcriptis didiciſſe." V. MICH. LILIENTHALII *Bibl. theol.* T. I. p. 929.

9. IONAE SCHLICHTINGII A BVKOWIEC, *de SS. Trinitate, de moralibus N. et V. Teſtamenti praeceptis, itemque de ſacris Euchariſtiae et Baptismi ritibus, adverſus* BALTHASAREM MEISNERVM, *ſacrae Theol. Doctorem et in Academia Vittebergenſi, Profeſſorem publicum, diſputatio. Anno Chriſti* 1637. 8. *pagg.* 945. *praef.* 67. et *indic.* 24. Nec hoc opus in Biblioth. FF. PP. extat. Satis diffuſa eſt praefatio, directa ad omnes, per Europam, eccleſiarum euangelicarum paſtores atque doctores, in qua initium et progreſſus doctrinae de SS. Trinitate explicatur, et quam longe

hac in parte a prima Christianorum fide, ex opinione auctoris, discessum sit, ostenditur. Ita vero de hoc libro inquit: "Post multa et varia aduersus BALTH. MEISNERVM — — diuersis operibus a me disputata, hoc opere mihi, *prima* et *praecipua* cum ipso de SS. Trinitate disputatio est: quam Patrem, Filium et Spiritum S. esse, nulli Christianorum fas est dubitare: sed quae sit, esseque debeat nominum istorum significatio, — — magna est dissensio. — — — Nos solius Patris nomine, summum illum vnicumque Deum, rerum omnium conditorem significari debere dicimus: Filii vero nomine, non alium vllum, quam Iesum Christum hominem ex Spiritu S. conceptum et ex virgine natum MARIA, non spectata in eo alia vlla, per quam iam ante Deus fuerit, hominemque induerit, natura: Sp. Sancti denique nomine, non aliam rem vllam, quam coelestem diuinumque afflatum, Dei Patris munere, per Filium Iesum Christum credentibus concessum ac inspiratum."

Quo huic disciplinae speciem induat, ad *Symbolum Apostolicum*, ac TERTVLLIANI integri et nondum corrupti, nec non IRENAEI et IVSTINI testimonia prouocat, putatque, ipsum hunc TERTVLLIANVM, et omnes, qui primi (vt arbitratur) tres personas docuerunt, essentiae distinctionem inter eas posuisse et docuisse Filium a Patre conditum fuisse, initiumque habuisse; imo sequentium temporum ecclesiasticos doctores et Homousianos Filium a Patre summo illo Deo, quoad essentiam non minus, quam quoad personam distinxisse, quare etiam in *Symbolo Niceno* ab his condito, Christum, Deum de Deo, lumen de lumine, antiquorum more professi fuerint. De prima ortho-

orthodoxae de SS. Trinitatis myſterio doctrinae origine ita p. 39. ſcribit: " Primi illi trium in vnitate Dei perſonarum aſſertores, vnitatem cum Trinitate, vt poterant, conciliabant. Atqui multo poſt conſecuti ſunt, cum contradictiones in diuinis conſerere non vererentur, imo vel maxime fide et religione chriſtiana dignum eſſe iudicarent, et tres perſonas diſtinxerunt cum Montanicis, et eas rurſus vnum eundemque ſine vlla diſpenſatione ac diſtinctione Deum dixerunt eſſe cum PRAXEA cumque SABELLIO: vt ita haec ſententia ab iis, qui humanam Chriſti naturam dedignati, diuinam illi, antequam ex virgine naſceretur, attribuerunt, primum concepta, a *Praxeanis* fota, a *Montanicis* excluſa; ab *Arrianis* prouecta, ab *Homouſianis* enutrita; ab *Athanaſio* et *Scholaſticis* ad maturitatem perducta fuerit."

Altera, quae in hoc opere tractatur (ita SCHLICHTINGIVS in preaf. p. 59.) *quaeſtio* eſt: "An Chriſtus legem Moſis moralem ſanctioribus pietatis praeceptis additis, cumulatiorem effecerit? Hoc cum Pontificii doctores adfirment; veſtra tamen diſciplina non admittit. Sane TERTVLLIANI tam vicino Apoſtolis tempore, ad immotam chriſtianae fidei regulam id pertinuit, vt credamus, Chriſtum praedicaſſe nouam legem et nouam promiſſionem regni coelorum. — — — Praeter has duas quaeſtiones adhuc tractantur duae aliae, de duobus nimirum ſacris ritibus N. T. id eſt de panis fractione et de baptismo: quibus in quaeſtionibus explicatur, et quomodo vſurpandi ſint iſti ritus, et a quibus, et quem in finem. Nam et hic longe a ſimplici illa, priſcaque veritate tot ſeculorum lapſu, aberratum eſt. Quid certius eſt, quam in eccleſia natos,

non ante olim baptismo tingi solitos, quam adolescerent, fidemque in Christum profiteri, ac peccatis renunciare possent? Quid item certius, quam sacrum illum panem, non aliter pro Christi corpore habitum fuisse, quam quod Christi corporis figura signumque esset? — — — — Externis nimirum ritibus, quamvis sacri sint et a Christo profecti, nimium fidimus, arduoque christianarum virtutum studio neglecto, leue quoddam, per faciles ac parabiles ritus, salutis adipiscendae compendium quaesiuimus: nec tamen hos ipsos ritus, eo, quo nobis traditum est modo, obimus; scilicet et modus ipse mutandus fuerat, ne genuina illa rituum istorum simplicitas, nimias spes de iis conceptas coargueret."

Hanc *Schlichtingii* disputationem refutauit D. CHRISTOPH. FRANCK, *in breui et liquida demonstratione Deitatis Christi*, IONAE SCHLICHTINGIO *opposita. Kilonii* 1705. 4. Alph. 1. pl. 2. Opus posthumum, editum a filio WOLFFG. CHRISTOPH. *Vid. Relat. innoc.* 1706. p. 317. seqq.

10. *Confessio fidei Christianae illarum Ecclesiarum, quae in Polonia vnum Deum, et Filium eius vnigenitum Iesum Christum et Spiritum S. corde sancto profitentur, per diuinae veritatis confessorem. Anno* 1642. 4. *pagg.* 26. Omnes quidem libelli huius editiones rarae, prae ceteris autem haec, quae publice combusta. Vid. VOGTII, *catal. libb. rar.* p. 613. et SALTHENII *catal.* p. 240. N. 1177. IONAM SCHLICHTINGIVM scripti huius esse auctorem, et *Acta Synod.* MSSCC. et fata, quae sibi eodem contraxit, extra omne dubium ponunt. Idem quoque praefationem praemisit et opusculi huius apologiam suscepit. Prodiit polonica versio sub tit. Wy-

znanie

znanie Wiary etc. 1646. 4. et noua eius editio latina, collata cum polonica verſione et emendata atque aucta ab auctore 1651. 8. ſine loci mentione, cuius titulum exhibuit BAVMGARTENIVS l. c. T. IV. p. 35. Belgice 1652. 8. et gallico habitu ſub tit. Confeſſion de foi des Chretiens, qui croyent en un ſeul Dieu le Pere, et en ſon fils unique Ieſus Chriſt et au S. Eſprit. 1646. 8. Vid. *Acta hiſt. eccl.* P. 102. p. 890. et MICH. LILIENTHALIVS l. c. p. 929. Germanicae verſionis titulus eſt: Bekenntniß des chriſtlichen Glaubens, herfürgegeben im Namen derer Gemeinen, welche in Polen einen einigen Gott und ſeinen eingebornen Sohn Jeſum Chriſtum und den heiligen Geiſt öffentlich bekennen. Aus dem lateiniſchen überſetzt ins Hochdeutſche. **Mit dem Herzen glaubet man zur Gerechtigkeit, mit dem Munde aber bekennet man zur Seeligkeit.** Röm. X. 10. Im Jahr 1653. 8. *pagg.* 136. et *dedic.* 6. Concinnauit hanc IEREM. FELBINGERVS, eamque dicatam eſſe voluit *D.* IAC. FABRICIO, *Superintendenti Palaeo-Sedinenſi*, *D.* CHRISTIANO GROSSIO, *Superintendenti Colbergenſi deſignato*, et *D.* IO. MICRAELIO, *Rectori paedagogii Sedinenſis*, per epiſtolam *Coeslini* d. 25. Iunii 1653. ſcriptam. *Vid.* ſub *Felbingero.* N. 6. p. 346. Conſcripta eſt Confeſſio poſt triſtia familiae huius fata per *Racouiae* ereptionem perpeſſa, eo fine, vt illius cauſſam ſuſtineret auctor, doctrinamque coetus ſui eſſe Apoſtolicam venditaret. Quodcunque hinc ſtudium in id confert, vt per Symboli apoſtolici, ab omnibus Chriſti ciuium coetibus ſuſcepti ſingula capita, ſingulos fidei ſuae articulos, ſiue ſymboli ipſius verbis expreſſos, ſiue alia quadam ratione in iis ſignificatos deducat, et Scripturae canonicae

nicae teſtimonia vbique verbis ſuis vel inſerat, vel ſubiiciat, vel eorum ſaltem loca notatà apponat. In *praefatione* cauſſae allegantur, cur *Symbolum Apoſtolicum*, idque paulisper immutatum pro fundamento huius confeſſionis poſitum ſit. In *confeſſione* ipſa per breues poſitiones Symbolum exhibetur, et vnicuique poſitioni fuſior explicatio ex mente Socinianorum additur, allegatis quam pluribus S. Scripturae oraculis, per illegitimam explicationem illas comprobantibus. Exhibuerat SCHLICHTINGIVS Synodo Czarcouienſi a. 1642. *fidei fratrum confeſſionem duplici methodo concinnatam*, quae eiusdem Synodi decreto IOANNI STOINIO, CHR. LVBIENIECIO et RVARO, ad reuidendum eam commendata eſt; qui alteri harum ſuffragium ſuum tulerunt. Confeſſionis huius compendium poſt haec tempora *Sereniſſimo Electori Brandenb.* exules Poloni tradiderunt, quod in *Hiſt. Socinianismi Pruſſ.* ex MSC. inſeruimus. Scriptum SCHLICHTINGII a. 1647. in comitiis Warſauienſibus, pulſo e Poloniae finibus per publicum edictum auctore, in foro Warſauienſi carnificis manu combuſtum eſt. Quae NICOL. CICHOVIVS aduerſus illud publicauit, infra N. 22. allegabimus.

11. *Notae* (ſub nomine IOH. SIMPLICII) *in doctiſſimi cuiusdam viri* (HVG. GROTII) *Commentationem ad ſecundum caput poſterioris ad Theſſalonicenſes epiſtolae*, 1643. 8. V. PLACCII *Pſeudon.* N. 2518. p. 569. GROTII commentatio ſub GITTICHIO N. 8. p. 380. a nobis allegata. Hoc loco notamus: 1) Sub Io SIMPLICII nomine ficto non latere SAMVELEM MARESIVM, (qui addito nomine ſuo aduerſus hanc GROTII commentationem calamum ſtrinxit; quem errorem D. ITTIGIVS commiſit, in diſſ. *de Haereſiarch. aeui Apoſtol.* Sect.

Sect. I. C. II. §. 8. p. 40. eundem vero emendauit *in Hist. Eccl. Sec.* I. C. V. §. 18. p. 277. seqq. Idem error repetitur in *Act. erud.* 1690. p. 313. 2) SIMPLICIVM hunc non esse commutandum, cum SIMPLICIO VERINO, sub quo nomine CLAVD. SALMASIVS latere voluit. Aberrauit igitur a vero MATTH. POLVS, qui in *praefat.* ad Vol. V. *Synops. Bibl. Crit.* perhibet, SALMASIVM sub nomine SIMPLICII VERINI aduersus GROTII commentationem scripsisse; cum tamen SALMASIVS in Scripto de hac materia luci exposito, nomen suum expresse adposuerit. Idem vero sub SIMPLICII VERINI nomine *Hagiopoli* a. 1646. 8. partim epistolam ad IVSTVM PACIVM, s. *iudicium de libro posthumo* HVG. GROTII (qui sub titulo: *votum pro pace contra* RIVETVM *aliosque irreconciliabiles*, a. 1642. 8. prodiit) refutauit; partim quoque opusculum aduersus GROTIVM *de Transsubstantiatione*, *Hagiopoli* 1646. 8. luci commisit. *Vid.* PLACCIVS *Pseudon.* N. 2518. p. 569. et BAYLII *Diction.* Tit. MARESIVS, lit. (D)

12. IONAE SCHLICHTINGII DE BVKOWIES *notae in D.* GEORGII VECHNERI *concionem, quam habuit super initium Euangelii* IOANNIS, *Lesnae anno* 1639. *Racouiae typis* SEBASTIANI STERNACII. *Anno* 1644. 8. *pagg.* 186. s. pl. 12. Ipse libri adspectus extra dubium ponit, non in Polonia et *Racouiae*, quae iam 1638. Socinianis erepta; sed in *Belgio* esse expressum. Hinc quoque in meo, quo vtor exemplari, et in aliis, quae conspexi exemplaribus, nomina RACOVIAE et SEBAST. STERNACII, calamo extincta animaduerti. STAN. LVBIENIECIVS in epistola operibus exegeticis SCHLICHTINGII praemissa inquit: "quod typographus transmarinus inuidiae metu, *Racouiam*, iure typographiae in-

iniuria priuatam, et SEBAST. STERNACII nomen ad se occultandum supposuerit, quod in crimen et argumentum poenae ab illis, qui cum male facere velint, nunquam non causam inueniunt, tractum fuerit." Interim dolus iste haud parum iuxta confessionem fidei contulit, ad tristia illa fata, quae auctorem et totam posthac familiam prostrauerunt; vterque etiam liber flammis traditus est. Prodierunt tamen *notae* iterum 1646. 12. addita dissertatione de *verbo Dei;* de qua paulo post, et in belgicam linguam translatae a. 1649. 4. Vt librum hunc componeret auctor, ansam arripuit, cum VECHNERVS, *Pastor Lesnensis* in Polonia, sequentem sermonem sacrum typis imprimi curasset: **Der Anfang des Evangelii Johannis, von dem Worte das da Gott war, und Fleisch worden ist:** gründlich und deutlich zu christlicher Erbauung erkläret, und durch eine Weinachts-Predigt, bey der Gemeine Gottes zur Lissa in Polen, abgehandelt von GEORG VECHNERO, *SS. Th. D.* a. 1639. 8. pl. 8. In hoc sermone auctor Iesu Christi Deitatem orthodoxe proposuit, inprimis vero in adpendice latina p. 97-106. significatum vocis VERBI ex *Targum Hierosolym.* ex translationibus IONATH. et ONKELOS. explicauit. Vid. GODOFR. OLEARII *Obseru.* in MATTHAEVM, *Obseru.* 28. §. 5. p. 247. et IO. CHRISTOPH. WOLFFIVS *Biblioth. hebr.* T. I. p. 476. *Tom.* II. L. VI. C. III. §. 4. p. 1187. item *Curae philolog. et Critic.* in *Io.* I. p. 778. Ex scriptis allegatis VECHNERVS per certos gradus monstrauit: 1) Verbum aeternum esse personam vere subsistentem. *Gen.* III. 8. 10. 22. VI. 3. *Exod.* III. 14. XIV. 15. XX. 1. *Deut.* XXVI. 14. XXXII. 1. 48. XXXIII. 7. *Ies.* VIII. 5. *Gen.* XXX. 22. *Deut.* XXXIII. 7. *Exod.*

II.

II. 25. *Pſ.* CX. 1. *Exod.* XIX. 2. *Gen.* XVII. 7. I. 2. XXXV. 9. *Pſ.* II. 4. 2) Eſſe Perſonam a Iehoua Patre diſtinctam quidem, eidem tamen quaſi ſociam et arctiſſime coniunctam: *Gen.* VIII. 21. VI. 6. *Exod.* XVII. 31. *Deut.* XXXIV. 5. 3) Quae cum Deo Patre ſit eiusdem diuinitatis, ſeu ὁμοούσιος illi eſſe innuatur ex actionibus et attributis plane diuinis. *Gen.* I. 27. III. 22. *Num.* XXIV. 6. *Gen.* XIX. 24. *Exod.* XIII. 18. XIV. 25. XV. 25. *Num.* XXI. 7. 9. 10. XXVII. 16. *Deut.* XVIII. 19. *Gen.* XXVIII. 20. 21. XLVIII. 21. XL. 23. *Num.* XXIII. 21. *Ier.* XVII. 5. *Gen.* XV. 6. XXII. 14. *Num.* X. 35. 36. *Deut.* XXXII. 1. *Hoſ.* II. 2. *Deut.* IV. 7. 4) Quae vi oraculorum diuinitus explicatorum, pro Meſſia ſit agnoſcenda, ex aſſignatis ei axiomatibus et praerogatiuis diuinis. *Pſ.* CX. 1. *Deut.* XXXII. 39. *Ieſ.* XLV. 17. *Hoſ.* I. 1. *Ieſ.* XLI. 10. 14. LXIV. 8. Locorum iſtorum verba, quae ad demonſtrationem faciunt, in libello VECHNERI latine expreſſa ſunt. Coronidis loco pauca quaedam de auctoritate translationum chaldaicarum et de AMELIO, *Philoſopho Platonico* adduntur.

In nonnulla Sermonis VECHNERI momenta SCHLICHTINGIVS notas et animaduerſiones concinnavit. Vid. MICH. LILIENTHALIVS l. c. p. 930. BAVMGARTENIVS l. c. T. IV. p. 38. In fine libelli duabus paginis, non tantum errata typographica indicantur et corriguntur, ſed quoque breue quoddam Typographi ad lectorem poſtſamen adtextum eſt, huius tenoris: " *Typographus Lectori.* Appendicis loco annectenda fuiſſet diſſertatio de antiquitate et auctoritate Paraphraſtae Chaldaei IONATHAE et ONKELOSI, quam ridicule eruditi quidam contendant, Euangeliſtam Io-

ANNEM

ANNEM ex *Targumistis* phrasin suam de SERMONE DEI mutuatum esse, cum IOANNE aliquot seculis fuerint posteriores; in qua etiam excutiuntur praecipua loca a VECHNERO ex *Targumim* corrasa: sed quia haec aliunde expectatur, illam huic editioni adiungere noluimus. Vale!"

Dissertatio haec, quae libelli allegati pars quasi altera est, vel eiusdem continuatio, iam impressa exstitit, cum notae lucem viderint, huncque prae se fert titulum: *Disceptatio de verbo vel sermone Dei, cuius creberrima fit mentio apud* PARAPHRASTES CHALDAEOS, IONATHAN, ONKELOS et TARGVM HIEROSOLYMITANVM. *Irenopoli apud haeredes* IACOBI LARINGHII 1643. 8. *pagg.* 63. In id auctor (quem SANDIVS l. c. p. 143. GVIL. HENR. VORSTIVM, *Conradi* filium esse perhibet) maxime allaborauit, vt Paraphrastis omnem auferat auctoritatem, ac demonstret, veteres Iudaeos non credidisse Messiam, qui Deus sit aeternus, quamuis eundem ante hunc mundum coepisse initium, sibi persuaserint. Vocis etiam τȣ λογȣ apud IOANNEM non eum esse significatum, quem orthodoxi ex Paraphrastis stabilire contendunt; in hunc finem varia quoque V. T. dicta pro demonstrando genuino vocabuli huius significatu ab orthodoxis allegata, more Socinianis peculiari explicantur.

Hanc SCHLICHTINGII disceptationem sub examen vocauit IOSEPH. de VOISIN in tractatu: *De SS. Trinitate aduersus disceptationem Antitrinitarii anonymi, Parisiis. ap. Piget* 1647. 12. Refutatio minus solida RITTANGELO visa, hunc commouit, vt in publicam lucem emitteret tractatum: *Libra veritatis, qua Irenopolitae cuiusdam Ariani innumeri, in citan-*

sitandis Scripturae, Doctorumque vtriusque Iudaicae et Christianae Ecclesiae, contra aeternum et per se subsistentem λογον *auctoritatibus, errores aut falsitates, accurate expenduntur. Elbingae* 1650. 4. *Rittangelo*, anonymus opposuit *Bilibram veritatis* (cuius auctor pluribus videtur GVIL. HENR. VORSTIVS,) quae diu in MSC. seruata tandem luci exposita est vna cum SCHLICHTINGII disceptatione aliisque sub hoc titulo: *Bilibra veritatis et rationis de* מימרא די *seu verbo Dei, librae* IO. STEPH. RITTANGELII; *et Appendix* IOSEPHO DE VOISIN RAYMVNDOQVE MARTINI; *opposita. Praemissa est disceptatio de Verbo Dei, cuius creberrima fit mentio apud Chaldaeos Paraphrastas. Freistadii, anno Domini* M. D. CC. 8. *pagg.* 429. absque praefat. *Vid.* DAV. CLEMENT *Biblioth. hist. Crit.* T. IV. p. 242. seqq.

13. *Epistolae ad* GEORG. CALIXTVM 1645. MSC. Commercio huic epistolico viam fecisse *Calixtum*, Socinianos idololatriae accusantem, quod Christum, quem aeternum Deum inficiantur, inuocationis tamen cultu prosequendum esse credant, LAVTERBACHIVS l. c. p. 341. putat, quod testimonio FRID. VLR. CALIXTI Disp. *de aeterni Patris aeterni Filii diuinit. contra Socinian.* p. 8. 81. confirmari posse sibi persuadet. Sed omnino eum haec coniectura fefellit, quod epistolae ipsae SCHLICHTINGII, insertae volumini *MSCto*, cui titulus: *Colloquia memorabiliora ante et sub tempus Colloquii Charitatiui, qua ore, qua calamo Thorunii Prussorum celebrata a Gener. et Nobil. Viro Dno* IONA DE BVCOWIEC SCHLICHTINGIO etc. (Vid. Hist. Socin. Pruss.) comprobant. Duae in eodem comparent epistolae *Schl.* ad *Calixtum* datae. *Prior*, in qua

dies non notatur, titulum in margine positum habet: *Apologia pro veritate sententiae Christianae, de vera Iesu Christi in humana natura spectati, Deitate;* et ita rem incipit p. 21: "Clarissime et Reuerendissime vir. Quandoquidem ita in hesterno Colloquio animus Reuerentiae Tuae incaluerat, vt ad ea, quae ad argumentum eius respondebam, attendere non posset: idcirco visum est, scripto, quod pacato et sedato animo legi et expendi potest, et argumentum Rever. Tuae, et ad illud responsionem proponere. Argumentum tale erat: Qui non habet naturam, quae constituat Deum in Esse Dei, ille non est verus Deus. Atqui qui non habet naturam infinitam, independentem, increatam, aeternam, carentem principio et fine, is non habet naturam, quae constituat Deum in Esse Dei. Ergo qui non habet naturam infinitam, independentem, increatam, aeternam, carentem principio et fine, non est verus Deus etc." *Posterior,* in *MSC.* p. 114. valedictoria est, quam breuiorem hoc loco inserendam ducimus: "Clarissime et Reuerendissime Vir. Nihil magis in votis mihi fuit, quam vt Tuis piis ac eruditis Colloquiis fruerer, dum friget Colloquium illud publicum. Sed quia mihi tantum inuidit bonum nescio quae primi nostri congressus infelicitas, cum Colloquiis et Sermonibus Tuis non possem, scriptis et libellis a Te editis me oblectatus sum. Video vbique ingenium perspicax et subtile: video memoriae diuitias, et reconditam eruditionis ac doctrinae penum: video insignem (rarum hoc tempore partium bonum) animi moderationem: video denique illius doctrinae, quae secundum pietatem est, singulare studium. Illud vnum doleo, quod tantas dotes

non

non adhibeas ad examinanda et excutienda diligentius dogmata, quae pro magnis habentur in Chriſtiana religione arcanis, et reuera nihil aliud ſunt, quam Chriſtianorum τερατα, (monſtra) non myſteria, primae illi et Apoſtolicae Eccleſiae ignota, in quibus defendendis infelicem eſſe iſtius huic tam praeclari ingenii Tui et tam eximiae eruditionis conatum neceſſe e... Veteris Te Eccleſiae, quae cito primae illi et Apoſtolicae ſucceſſit, auctoritas abducit: ſane immerito; cum in ſcriptoribus illius temporis tam multas ſit deprehendere dictorum Apoſtolicorum interpretationes, quarum nunc eruditiores et phraſium Scripturae paulo peritiores pudeat. An Tu putas, illam fidem eſſe ore ipſius Chriſti et Sanctorum Apoſtolorum traditam, quae perpetuis apud Chriſtianos dubitationibus agitata, novis ſubinde Conciliis declarari et ſtabiliri opus habuit? Sed ſi tam alte inſitas et inueteratas opiniones excutere non potes, huc ſaltem mentis Tuae aciem conuerte, vt intelligas noſtras etiam Eccleſias, quae Ieſum virtute Spiritus S. conceptum et genitum, verae gratiae praeconem, pro peccatis noſtris traditum, ex mortuis reſuſcitatum, a dextris Dei collocatum, Caput Eccleſiae, iudicem viuorum ac mortuorum conſtitutum agnoſcunt ac profitentur, ea moderatione, qua caeteros Chriſtianos homines proſequeris, dignas eſſe. Hoc ſi feceris, et nomen Tuum, et quod maius eſt, Te ipſum aeternitati conſecrabis. Haec ſunt, quibus Tibi, Vir Eximie, et ſeculi non poſtremum lumen, valedicere volui, vt his litteris conſignatam haberes meam in Te propenſam voluntatem, qua Te et praeſentem amplexus ſum et proſequor abeuntem. Deus Te in hoc itinere ducat, et ad Tuos reducat, per multos annos

saluum et incolumem praestet, mentem Tuam clare veritatis luce illustret, et quam plurimis adhuc ingenii Tui laboribus orbem Christianum locupletet. Vale et pari beneuolentia prosequere, Tuae Clarissimae et Reverendissimae Dignitati omni adfectu beneuolum, IONAM SCHLICHTINGIVM *de Bucowiec.* Dab. *Thorunii* ex hospitio. 23. *Nouembris*, *anno* 1645.

14. *Epistola ad* GREGOR. SCHOENHOFFIVM, *S. I. Theologum S. R. Mai..* 1645. MSC. Plurium equidem epistolarum ad SCHOENHOFFIVM et quidem mense *Maio* 1645. datarum mentionem facit SANDIVS p. 128. Sed in allegato isto MSC. praeter *disputationem*, *s. Colloquium cum Reuer. Patre* GREGORIO SCHOENHOFFIO *Soc. Iesu die XXIII. Nouembris* celebratum in domo NIGRINI, p. 117-144. vnica tantum ad eundem extat epistola, *Thorunii* d. 26. *Nouembr.* 1645. scripta, qua SCHLICHTINGIVS coetus sui *confessionem de SS. Trinitate* proponit p. 168-173.

15. *Epistola* ad MATTHIAM GLOSKOVIVM, *Camerarium Caliss. in materia de satisfactione et merito Christi, deque redemtione per sanguinem eius, ad asserendam* SOCINI, *in Confessione DDnor. Reformatorum accusati innocentiam.* 1645. MSC. Et huic quoque scripto locum fecit Colloquium *Thoruniense.* Notatur vero a SCHLICHTINGIO, *Declaratio specialis doctrinae Ecclesiarum Reformatarum de praecipuis fidei controuersiis, in conuentu Thoruniensi etc.* quae a. 1646. lucem vidit. Huic praemissa erat: *Confessio generalis doctrinae Ecclesiarum Reformatarum in Polonia, exhibita in colloquio Thoruniensi.* a. 1645. 4. Vtraque confessio in linguam germanicam translata prodiit sub tit. *General-* und *Special-*Bekenntniß der christlichen Lehre, belangend

deres

derofelben vornehmste strittige Artickel. Von den Evangelisch-Reformirten Kirchen im Königreich Polen ꝛc. durch ihre Delegaten auf dem Colloquio zu Thorn im Jahr Christi 1645. verfasset und übergeben ꝛc. Lissa bey Daniel Vettern. 1650. 8. pl. 4. In speciali declaratione *Artic.* IV. p. 17. in Antithesi 1. haec de SOCINO leguntur: Welcher die Genugthuung und das Verdienst Christi, und also die Erlösung selbst, so in dessen Blute geschehen, Gotteslästerlich verleugnet und ansichtet. Aduersus quod iudicium SCHLICHTINGIVS, SOCINVM in hoc commercio epistolico defendere allaborauit. Extat haec epistola *Thorunii* ex hospitio d. vlt. *Octobr.* 1645. scripta, in *MSC.* allegato p. 27-38.

16. *Scriptum DDnis DD. Regiomontanis transmissum etc.* ita allegat SANDIVS l. c. quibus lucem adfundit *MSC.* saepius citatum. Habuit SCHLICHTINGIVS *disputationem s. Colloquium cum* CHRISTIANO DREIERO, *Acad. Regiom. Prof.* in huius hospitio *Thoruniensi*, die 24. *Nouembr.* 1645. *de Ecclesia*, *de Patribus*, *de Symbolo Nicaeno et Athanasiano*, *de Deitate Christi*, *de eiusdem incarnatione*, *de primo Decalogi praecepto etc.* quod ipsum colloquium in extenso insertum est Volumini MSC. p. 145-167. Ad hoc respicit p. 174-177. Scriptum *Reuerendis Dominis Doctoribus Regiomontanis d.* 25. *Nouembris transmissum*, *iteratam responsionem ad loca a Doctore* DREYERO *inter disputandum et colloquendum allegata*, *continens.* Ita autem concinnatum est: "Ad locum *Rom.* IX. 5. Cui datus est vt homini thronus in seculum seculi, et qui vt homo super omnes alios vnctus est, ob quem thronum et vnctionem a Sp. S. appellatur Deus, ille vt homo est Deus super omnes in secula benedictus:

Chriſtus eſt talis. *Hebr.* I. Ergo.

Ad locum *Eſaiae* XLII. 8. *Gloriam meam alteri non dabo.* *Reſp. I.* Per alterum iſtum intelligendum eſſe Deo veluti riualem et aemulum, vt ex ſequentibus conſtat, et res ipſa docet. *II.* De tali datione id intelligendum eſt, quae vel gloriam Dei a Deo in alium transferat, vel cum aliqua eius imminutione vel obſcuratione coniuncta ſit; non vero de tali quae in ſummam illius gloriam redundet, quod in Filio hominis, qui Deus antequam homo naſceretur, non fuerit, ad tantam in coelis euecto Maieſtatem euenit, vt et res ipſa docet, et S. Scriptura celebrat."

Ad locum *Ieremiae:* "*Pereant Dii, qui non fecerunt coelum et terram.* Excipiuntur Dii, qui ad Deum pertinent, et vt Dii ſint et dicantur, ab illo habent, totique ab illo dependent, quales v. g. ſunt *Angeli.* An enim iſti perire debeant, quamuis coelum et terram non fecerint? Quocirca illi tantum intelligi debent, qui ſeſe Deo opponunt, et cultum ſibi diuinum vendicant, quamuis coelum et terram non fecerint. At talis non eſt Chriſtus, qui non ſibimet ipſi ſumpſit gloriam diuinam, ſed ex gratia ipſius Creatoris accepit, qui dixit ad illum ex reſurrectione a mortuis: *(Pſ. II. 7.) Filius meus es tu, ego hodie genui te*, i. e. *ex mortuis reſuſcitaui ad vitam nouam et regalem, coeleſtemque Maieſtatem. Act.* XIII. 33. *Hebr.* V. 5."

Ad primum Decalogi praeceptum: *Non habebis Deos alios coram me.*

"Id vult Deus, ne quisquam ſuo arbitratu quemquam pro Deo colat, et Deo riualem et aemulum inducat. Non vero ſibi facultatem eripuit, Chriſtum ſuum

suum ad diuinam euehendi Maiestatem, quem quisquis diuinis honoribus afficit, non tam hunc, sed ipsum Deum afficit. Nobis leges fixit Deus, non sibi. Nec per Christi legem, lex ista de solo Deo colendo tollitur. Nihilominus enim solus colitur Deus; sed modus tandem solius Dei colendi ex Dei voluntate immutatus est, nempe vt colatur, et diuinis honoribus afficiatur per Christum.

Memineritis Filium hominis venturum esse ad iudicandum viuos et mortuos, quem tamem Vos, nisi antequam homo fieret, Deus esset, pro idolo et pro nihilo duceretis. At nobis vnica spes est et gloria. Vnum habemus Deum, et vnum Dominum a Deo vno effectum.

Parcat Vobis Iesus Christus et mentem Vestram illuminet, quo veram illius Deitatem cernere, et vnicum humani generis solatium, ad maximam Dei gloriam cognoscere possitis. Valete. Deus det Vobis prosperum iter, et felices ex animi sententia successus etc."

Praeter iam allegata N. 13. 14. 15. in *MSCto volumine* haec SCHLICHTINGII reperiuntur scripta: 1) N. IV. p. 42-94. *Exemplum litterarum Generosi* SCHLICHTINGII *ad Clariss. M.* LATERMANNVM, *quibus ad argumenta eius respondetur. Datae* 18. *Nouembr.* 1645. 2) N. V. p. 95-108. *Disputatio, s. Colloquium cum Reuerendo Viro* PETRO CZIMMERMANNO, *Ministerii Thorunienfis Seniore et Gymnasii patrii Rectore, postero die,* 19. *Nouembr. habitum.* 3) N. VI. p. 109-113. *Colloquium cum Illustr. Domino* IOHANNE LESZCZYNSKI, *Castellano Gnesnensi, Legato S. R. M. ad Colloquium Thoruniense, d.* 22. *Nouembr.* Vid. *Hist. Socin. Pruss.* et sub STAN. LVBIENIECIO, *Iun.* N. II. p. 454.

 17. *Ora-*

17. *Oratio ad I. C. filium hominis;* 1644. et polon. 1646. 12. Eadem videtur, quae *notis ad D.* GEORG. VECHNERI *concionem* p. 107. adtexta eſt, et ſex paginas implet. In hac precum formula aduerſarium ſuum imitari voluit, qui ſermoni ſuo precum formula ad Filium Dei finem impoſuit. Ita vero SCHLICHTINGIVS inchoat: " O Ieſu Chriſte, Fili Dei, qui *caro* quondam factus es; vt eiusdem naturae conſortione nobiſcum copulareris; vtque mortem pro nobis guſtares acerbam; ſed idem tertia die a mortuis inuicta *Dei potentia* reſuſcitatus et *in coelum translatus*, *diuinae naturae factus es particeps etc.* "

18. *Explicatio VI. praecipuorum locorum*, *quae pro Trinitate afferuntur.* In linguam quoque belgicam libellus translatus eſt, adiectis duobus tractatulis CRELLII et STEGMANNI, ſub tit. Aenteekeningh en Verklaaringh over de ſes voornaemſte Schriftuur-plaetſen, die mèn plagh te gebruyken tot bewys van de Drie-eenigheyd en de eewige Godtheyd Chriſti. 1649. 4. met een Tracktatje van *Crellius* et *Stegmannus.* Liber perrarus teſte VOGTIO l. c. p. 614. *Vid.* DAN. SALTHENII *Biblioth. libb. rarior.* N. 1258. p. 260.

19. Wykład Prawdziwy na cztery mieyſca Piſma Swiętego o Boſtwie Iezuſa Chryſtuſa. I. Na początku było ſłowo, etc. Ian. I. od v. 1. az do v. 19. II. Ktory ieſt obrazem Boga niewidzialnego, pierworodny wſzego ſtworzenia, etc. Koloſ. I. od v. 15. az do v. 21. III. Tyś Panie na początku ugruntowal ziemie, etc. Do Zyd. rozdzial pierwſzy caly. IV. Pierwey niz Abraham byl, iam ieſt, etc. Ian. VIII. od v. 56. az do konca rozdz. Item na dwie myciſca o Troycy Swiętey, I. Ponurzaiąc w imię Oyca y Syna y Ducha Swiętego, Matth.

Matth. XXVIII. v. 19. II. Trzey ſą ktorzy ſwiadczą na niebie, Ociec, Słowo, y Duch Swięty, á ci trzey iedno ſą. 1 Ian. V. v. 7. Napiſany przez Ionaſza Schlichtynka z Bukowca. Anno M. D. C. XLV. i. e. *Vera explicatio quatuor locorum ſcripturae ſacrae de Deitate Ieſu Chriſti.* I. *In principio erat verbum etc. Io. I.* 1-19. II. *Qui eſt imago inadſpectabilis Dei etc. Col. I.* 15-21. III. *Tu Domine in principio fundaſti terram etc. Hebr. I. tot. cap.* IV. *Priusquam Abrahamus erat, ego ſum etc. Io. VIII.* 56. *ad fin. nec non duorum locorum de Sancta Trinitate:* I. *Submergite in nomen Patris, Filii et Spiritus Sancti. Matth. XXVIII.* 19. II. *Tres ſunt teſtantes in coelo, Pater, Verbum et Spiritus S. et hi tres vnum ſunt.* 1 *Io. V.* 7. (*) *Conſcripta per* IONAM SCHLICHTINGIVM *de Bukowic.* Anno MDCXLV. 4. *plagg.* 10½. absque loci ſignificatione, probabiliter tamen in Polonia liber impreſſus eſt.

Praefatio ad *Lectorem* in linguam latinam ab amico quodam meo translata haec eſt:

"Quoniam ad veram et ſalutarem cognitionem I. C. multum refert, humanae eius naturae (quam in ipſo fuiſſe, nemini Chriſtianorum in dubium vocare licet) omne id tribui, quod diuinum fuiſſe ſacrae paginae dicunt et *Symb. Apoſt.* in ſe complectitur: hinc horum quatuor ſcripturae ſ. locorum diſtinctam et ſufficientem explicationem conſcripſi, vt eius ope integumentum, quod adhuc in lectione horum locorum mentes hominum obuelauit, remoueretur. Etenim iam a multis retro ſaeculis homines ex ignorantia loca

(*) Duae explicationes vltimo loco notatae, in exemplari, quod videre mihi contigit, deſunt. SANDIVS librum hunc, primum polonice ſcriptum eſſe, meminit l. c. p. 129. ſed titulum imperfecte exhibuit.

haec non ad humanam Christi naturam referunt: id quod tamen summa cum iniuria gloriae eius, quid quod gloriae ipsius Dei illata, fit. Natura diuina in Deo est et semper fuit, eiusque neminem alium volumus esse participem; sed vt tamen etiam humanae naturae in Christo omnia attributa diuina, quae ei proprie competunt, agnoscantur, omnibus Christianis curae esse debet. Sola enim per se humana natura in Christo (coniuncta semper cum illo Spiritu Sancto et illa vi Altissimi,) quae initium cepit in vtero benedictae Virginis et ex ea nata atque posthac sine mensura a Deo Spiritu S. impleta est, sine vllo dubio sufficit omnibus attributis diuinis, et titulis, qui Christo in Scriptura S. et in *Symb. Apost.* tribuuntur; et qui hoc non agnoscit, non potest non in crasso errore permanere; et nec propriam diuinitatem Filii Hominis, nec praeterea gloriam diuinam in eius exaltatione atque celebratione, nec plenissimum humani generis solatium, agnoscendo par est. Vt igitur hac in re hominibus oculi, si fieri potest, aperiantur: hinc ad illustranda haec loca (id quod nemo Christianorum vituperare potest) operam intendi, nullus dubitans, si homines in paucis hisce dictis propriam et veram diuinitatem naturae humanae Christi agnouerint, ipsos etiam in omnibus reliquis ad saniorem mentem redire et veritatem Dei perspicere posse. Toto pectore precor, vt ad hunc finem ipse C. I. lumine Spiritus sui oculos intellectus humani sufficienter illuminet.

His quatuor locis, quae de vera diuinitate Christi agunt, subiunxi explicationem duorum aliorum locorum Scripturae S. *de Sancta Trinitate*, vt ostenderem, quomodo hanc Sanctam Trinitatem secundum sensum Scriptu-

Scripturae S. intelligere, in eam credere eamque profiteri oporteat. Si quis tam perſpicuis, ſufficientibus et cum vniuerſa Scriptura S. congruentibus explicationibus non acquieſcens, adhaereat antiquis Patribus eccleſiaſticis, qui propriores aeuo Apoſtolico fuere, vel etiam Conciliis quibusdam eorumque decretis, vel neſcio cui communi conſenſui Eccleſiae Chriſtianae, ille ſciat, quod ad antiquos Patres attinet, ipſos ſaepe multos, quid quod interdum pueriles errores commiſiſſe. Quod ad Concilia attinet, inter illa alia aliis fuerunt contraria, vt iam hos, iam illos condemnarent; prout Concilium alicui parti plus minusue fauit: quare ipſimet Patres Eccleſiae Conciliis valde ſunt indignati.

Quod vero attinet ad communem conſenſum; ad illum poſt Scripturam S. et *Credo Apoſtolicum* (in quibus ſolis inde ab initio ad hoc vsque tempus non interruptus nec interturbatus fuit conſenſus eritque in aeternum) fruſtra prouocatur: quoniam pauca modo ſcripta illorum, qui propiores fuerunt aeuo Apoſtolico, noſtram attigerunt aetatem; et ex hiſce ipſis palam cernimus, Patres illos, qui proximi fuerunt Apoſtolis, multo aliter de Deo, de Dei Filio et de Spiritu S. crediſſe, quam ſequentibus temporibus credi coeptum eſt, hodieque credit Eccleſia Chriſtiana. Quemadmodum igitur Patres poſteriores diſceſſum fecerunt a prioribus; ita hi rurſus potuerunt diſcedere, et reapſe disceſſerunt a primis Eccleſiae Chriſtianae fundatoribus eorumque diſcipulis. Nec quidquam certius eſt, quam primos coetus ab ipſis Apoſtolis plantatos, qui largis donis Sp. Sancti inſtructi erant, et quos Nazarenos vocarunt, quosque deinde Antiochiae Chriſtianos nominare coeperunt, non aliter de natura et perſona Chri-

Christi credidisse, quam quod vi Sp. Sancti in vtero Virginis MARIAE verus homo sit conceptus et ex ipsa natus, a Deo e morte suscitatus, et post resurrectionem Dominus atque Rex factus, qui omnem potestatem in coelo ac in terra habet, quique Iudex viuorum et mortuorum constitutus est; vt disertis verbis dicit *Credo Apostolicum*, in quo altum silentium est de praeaeterna aliqua deitate, quae sit incarnata. Pariter IVSTINVS MARTYR, vnus e Scriptoribus antiquissimis, isque aetati Apostolorum proximus et Pater Ecclesiae, diserte de hac re scribit, et sententiae meminit de alio, praeter illum summum, Deo, qui a Patre vi et consilio eius ante omnem creationem egressus, in vterum Virginis ingressus et homo factus sit; quam vt adhuc ignotam nec omnibus Christianis communem allegat. Certissimum itaque et tutissimum est, ipsam S. Scripturam et *Credo Apostolicum* sequi, atque ad hanc normam omnia obscuriora loca Scripturae S. explicare. Si ipse ego, Apostolus ait, vel Angelus e coelo aliud quid vobis annuntiaret, praeter id quod audiuistis, anathema sit! Praeterea non cuiuis satis notum est, quomodo Patres, quomodo Concilia loca quaedam Scripturae S. explicent; qualisque vel fuerit, vel non fuerit totius Christianismi consensus: sed Scripturam S. legere, et quae ad salutem necessaria sunt intelligere cuiuis licet, non docto solum, sed rudi etiam; quia ipsa et in vsum rudium, et ad rudes scripta est. Et certe, quamdiu sensum sacrarum litterarum docti et Philosophi (tales autem erant IVSTINVS MARTYR, IRENAEVS, CLEMENS ALEXANDRINVS et alii) non inuestigarunt, tamdiu Ecclesia Christiana in prima sua eaque sancta simplicitate permansit. Quare si vel maxime

Scri-

Scripta omnium Patrum et Decreta Conciliorum interiissent; quisque tamen e Scriptura S. veritatem salutarem sufficienter assequi posset; immo sufficientius, quam nunc. Hinc quidam scribit: Non magna fuisset iactura, si multa scripta Patrum et Conciliorum numquam in lucem essent edita; vt hac ratione res diuinae ad solam S. Scripturam eiusque sensum fuissent accommodatae: cum e contrario sine Scriptura S. omnia plena sint infinitorum labyrintorum et scrupulorum. Esto etiam, quemquam difficiliora illa Scripturae S. loca intelligere atque explicare non posse; attamen vel sine hac cognitione saluari potest; et si illa loca difficiliora, quorum sane exiguus est numerus, tantisper seponeret; in tota Scriptura S. aliam in Christo naturam, praeter humanam, non inueniret. Qui vero humanae auctoritati innixus, ea neque audire neque legere vult, quae alii ad eum commonefaciendum dicunt scribuntue, ille profecto ipse sibi aditum praecludit ad exuendos errores (in quos Ecclesia ex iusto iudicio diuino prolapsa est,) atque adeo ad regenerationem, et quae ipsam sequitur, salutem. Nam si quis adfirmat, Spiritum S. non deserere Ecclesiam; quid hoc prodest, si Ecclesia deserit Spiritum S. nec eum sequitur ducem? Vnde tandem fit, vt Spiritus S. erroribus et actionibus hominum contristatus, ab ipsis recedat. Faxit ipse Deus, qui vult omnes homines saluari et ad cognitionem veritatis venire, vt omnes vere agnoscant, nec solo ore cofiteantur, vnum esse Deum et vnum Dei hominumque mediatorem, hominem Christum Iesum; et illum, qui credit, quod Iesus sit Christus, ex Deo esse natum, quique amet eum, qui genuit, pariter amare eum, qui ex ipso genitus est. Amen."

Prodiit

Prodiit quoque libelli huius verſio Belgica, ſub tit. Klare Uytleginge van vier Plaetſen der H. Schriftuur, de Godheyd I. C. aengaande etc. in't poolſch beſchreewen. 1649. 4. Octo tractatus CRELLII, OSTORODI, SOCINI et STEGMANNI *Iun.* verſioni huic adtextos SANDIVS l. c. allegauit; ex quibus N. 6. et 7. iidem ſunt, qui in titulo editionis polonicae indicantur, ſed in textu deficiunt.

20. *Epiſtola apologetica, in qua continetur relatio cauſſae ipſius a.* 1646. *in Comitiis Varſauienſibus agitatae, et decreti contra eum ibidem lati. Scripta Idib. Iulii* 1650. *et eodem anno in lucem emiſſa.* 8. Primam editionem ipſi non vidimus, ſed alteram, quae 1652. 8. prodiit. Vid. N. 21. Ita autem eam inchoat: Legi ſcriptum confeſſioni noſtrae oppoſitum (NIC. ſcil. CICHOVII) quod mihi transmiſiſti; Deoque gratias egi, qui ex ore ipſorum aduerſariorum et veritati ſuae et innocentiae meae, teſtimonium expreſſerit. — — — Confeſſionem noſtram nullius pernicioſi erroris, nullius blasphemiae ipſis fatentibus et agnoſcentibus, ream, ad carnificem et contumelioſos ignes damnarunt, et ſcriptorem illius, quamuis indigenam, et genere nobilem, proſcripſerunt. Quodſi illis, publica libertate fretis — — libellos adeo apud aduerſarios blasphemos edere impune licuit; cur confeſſioni noſtrae, illiusque ſcriptori, eadem libertas et pax publica opitulata non eſt. V. IO. FABRICII *Hiſt. Biblioth.* T. VI. p. 471.

21. *Confeſſionis Chriſtianae ad rogum damnatae et combuſtae* (v. N. 10.) *manium, a Reu. D.* NICOLAO CICHOVIO *laceſſitorum ſui vindices. Anno Domini* 1652. 8. *pagg.* 236. Locus impreſſionis non notatur; in *Belgio* tamen prodiiſſe libellum, nullum fere dubium eſt.

In

In exemplari noſtro poſt titulum haec calamo adſcripta leguntur: TOBIAE WILCOVIO, *dono Reuerendi* SAMVELIS STANO. Vtrumque nomen in *hiſtoria Socinianiſmi Pruſſ.* celebratur. *Wilcouius* in margine, contenta libri notauit. Confeſſionem coetus Sociniani nomine a SCHLICHTINGIO concinnatam NIC. CICHOVIVS, peculiari ſcripto refutauerat, cui titulus erat: NIC. CICHOVII *S. I. Credo Arianorum; ſeu Confeſſionis Sociniſtarum; vel Samoſateniſtarum, vulgo Arianorum, Symboli Apoſtolici veſtem Luclauiciis fraudulenter indutae, impoſturae detectae*, *Cracou.* typis FRANC. CAESARII. 1649. 4. addita eſt *Centuria argumentorum pro ſumma et naturali Chriſti Domini diuinitate ex S. Scr. ab eodem auctore collecta et Sociniſtis oblatâ.* SCHLICHTINGIVS proinde coetus ſui conſiliis admonitus confeſſionis apologiam in lucem protulit, in qua tria comparent ſcripta. 1) *Ad epiſtolam dedicatoriam reſponſio* p. 3-20. in qua auctor ad Antagoniſtae dedicationem regerit, criminationes et accuſationum tela retorquet, huncque potius blasphemum et maledicum ſe exhibuiſſe et cum laruis pugnaſſe monſtrat. "Iſtius modi autem inſtigationibus factum eſſe conqueritur, vt Racouia pellerentur innoxii Profeſſores, aedes muſis quondam et exercendae in omni genere virtutis iuuentuti ſacratae diruerentur et ſolo aequarentur. Quo ſucceſſu elati, aduerſarii etiam *Luclauicianam*, ipſa *Racouia antiquiorem veritatis ſedem* adorti ſint. Vir nobilis ob *Confeſſionem fidei*, quam integro ſeculo coetus hi profeſſi ſint, quam et ipſe a parentibus maioribusque ſuis publice celebratam accepit, re in Polonia inaudita, in ſenili aetate proſcriptus ſit, bona eius publicata et liberis adempta, libelli, vna cum Apoſtolica Confes-

ſione

ſione exuſti, Gymnaſiolum illud diſturbatum, aedes Deo ſacra, accita ex vicino oppido plebis faece, diruta, viduarum pauperum, quae diuino cultui aſſidebant, habitacula ſpoliata, et ipſae ſedibus ſuis eiectae; et quae non alia, ducibus illis, qui prohibere debebant, perpetrata?" Poſt haec auctor ex S. Scr. nec non Patrum Eccleſiae *Ignatii*, *Iuſtini*, *Irenaei*, *Tertulliani*, *Origenis*, nec non Romanae Eccleſiae Doctorum, *Hoſii*, *Eccii*, *Bellarmini*, *Tanneri*, *Hieronymi a S. Hyacintho* teſtimoniis praecipua diſciplinae Socinianae dogmata comprobare nititur. 2) *Confeſſionis Chriſtianae Manium laceſſitorum ſui vindices* p. 21-212. Iſte libellus proprie confeſſionis apologiam aduerſus CICHOVIVM abſoluit, in qua poſt querelas de duriſſimis coetus Sociniani, inprimis ad flammas condemnatae confeſſionis fidei fatis, XX. capitibus ſingula Symboli Apoſtolici ex mente Socinianorum intellecti momenta aduerſus CICHOVIVM defendit. Ita autem Apologiam inchoat: "Confeſſionem fidei Chriſtianae publico Scripto accuſandam ſibi deſumpſit *R. Vir* NIC. CICHOVIVS, poſtquam ad ignem damnata, carnificisque manu exuſta eſt, mediis etiam ſimul ablatis, quibus innocentiae illius defenſio in publicum edi poſſit. Non profuit illi, quod praecipuis Theologis ad cenſendum data, omnis blaſphemiae inſons pronuntiata eſſet. Quid? nihil magis illi nocuit, quam quod innocens eſſet. Non profuit tremendum Chriſti, inter Chriſtianos, nomen; non Symboli Apoſtolici per ſingulos articulos integre deſcripti, inter Apoſtolicos, maieſtas; non tanta ſacratiſſimorum Scripturae, imo ipſius Sanctiſſimi Spiritus dictorum congeries, inter Catholicos. Omnia haec tam Sacro Sancta, quia cum noſtra confeſſione,

fessione, tanquam norma cum suo normato, coniuncta fuerunt, foedis et contumeliosis ignibus simul arsere: quo facto, nullum vnquam atrocius in patria nostra publice perpetratum esse reor, quod mox insequuta Dei iudicia, quibus patria nostra horrendum in modum arsit, et magna sui parte in cineres redacta est, docuere. Quid igitur cineres illius inquietat R. CICHOVIVS? quid miseros Manes denuo saeuis ignibus exterret? an cum vmbris pugnare, et mortuo leoni barbam vellere gloriosum sibi putat? An, quia inauditi et indefensi, tanquam innocentes pereunt, idcirco eam, postquam damnata est, nocentem fuisse vult ostendere? At accusatione praepostera, iniquae damnationis crimen non eluet. An quia vidit chartas quidem flammis comburi posse, sed veros animi sensus non posse: quin illo ipso igne qui chartas depascitur, clariores et illustriores reddi; idcirco ignem illum, quo chartae Confessionis sanctissimae arserunt, et per orbem effulserunt, accusatione sua parat extinguere? sed vereor, ne pro frigida, oleum flammis adfuderit. Exurgite enim Confessionis Manes innocui, et cum salutem vobis defendere non licuerit, saltim innocentiam defendite: cuius argumenta non longe vobis petenda sunt, cum ea accusatio ipsa abunde suppeditet. etc." 3) IONAE SCHLICHTINGII DE BVKOWIEC *epistola apologetica* p. 1 - 24. Scripta idibus Iulii 1650. Plagularum quidem signa et paginae ab initio numerantur, et peculiaris eidem praefixus est titulus; sed praecedens plagulae custos euincit, epistolam hanc vna cum ceteris scriptis lucem vidisse. V. N. 20.

22. *Reuerendi Viri* NICOLAI CICHOVII, *Societatis, quae Iesu nomen praefert, Centuria argumentorum caesa.*

R *Cer-*

Certissime sciat omnis domus Israel, quia et Dominum et Christum, eum Deus fecit, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Act. II. 36. Anno Domini 1652. 8. *pagg.* 286. et *indicc.* 14. In Conſeſſu Czarcouienſi a. 1651. habito, fidem coetui dedit auctor reſpondendi proxime CICHOVIO. Teſte SANDIO p. 129. libellus a. 1671. 8. in linguam belgicam translatus prodiit. Oppoſitus eſt CICHOVII *centuriae argumentorum pro ſumma et naturali Chriſti diuinitate, eiusdemque diuinis perfectionibus collecta: et Samoſateniſtis vel Sociniſtis, (vulgo Arianis) oblata etc.* Scripſit praeterea anonymus quidam, qui vel ipſe SCHLICHTINGIVS, vel WISSOWATIVS, vel PRZYPCOVIVS fuit, ANTI-CICHOVIVM, vid. PLACCII *Anon.* p. 72. N. 626. (*a*) quam vna cum SCHLICHTINGII libro refutauit Io. PAVL. FELWINGERVS ſub tit. ION. SCHLICHTINGII, *centuria argumentorum, a* NIC. CICHOVIO *S. I. pro vera et aeterna I. C. Deitate ex S. Bibliis conſtructorum exciſio, in theatrum veritatis adducta et impedita. Altorff.* 1666. 8. Alph. 2. pl. 9½. cui operi et CICHOVII et SCHLICHTINGII ſcripta inſerta ſunt. Vid. *Catal. Biblioth.* SALTHENII p. 1005. Lucem quoque adſpexit auctore CICHOVIO: *Speculum Samoſatheniſtarum vel Sociniſtarum vulgo Arrianorum: in quo oſtenditur Samoſatheniſtas, vel Sociniſtas ſeu Arrianos tantopere in religione Chriſtiana diſſidere a Catholicis et Euangelicis, vt inter Chriſtianos cenſeri non debeant: ſed potius eſſe tam DDnn. Proteſtantibus, quam Catholicis execrabiles. Cracouiae ex officina Viduae et Haeredum* FRANC. CEZARII *R. R. Mtis et Illuſtr. ac Reuerendiſſ. Epiſc. Cracou typographi* 1662. 4. *Alph.* 1. *pl.* 15. Dicatum eſt *Senatui ciuitatis Gedanenſis* 1662. 16. *Martii.* Huic videtur oppoſitum eſſe.

23.

23. *Cichowiusa Diabel Zaklenty.* i. e. *Reu.* CICHOVII *Diabolus incantatus*, *seu Responsio ad librum* CICHOVII, *in quo scripsit: Arianos vulgo dictos Diabolum pro Deo habere;* 4. nec non

24. CICHOVIVS Diabla Zaklentego odklonic nie może. 4. i. e. CICHOVIVS *Diabolum incantatum recantare non potest.*

25. *Apologia pro veritate accusata ad illustrissimos et potentissimos* HOLLANDIAE *et* WESTFRISIAE ORDINES, *conscripta ab Equite Polono. Anno Domini* 1654. 8. *pagg.* 124. 8. Absque loci commemoratione, in Belgio tamen typis impressam esse, vix dubium relinquit ocularis intuitus. Alia tamen praeter hanc in manibus nostris versatur scripti huius editio, in *Germania* vel *Polonia* typographeo exempta, quae equidem in omnibus, et quoad annum impressionis, cum illa, quam pro belgica habemus conuenit, ast tamen tempore posterior est. In eadem errata typographica, quae in vltima pagina belgicae editionis notata sunt, in textu ipso emendata obseruantur. Apologiae huic, quae quoque eodem tempore in linguam belgicam transfusa lucem vidit, conficiendae, occasionem fecerunt, et statutum illud *Ordinum Holl. et Westfr.* d. 19. Septembr. 1653. aduersus Socinianos publicatum, et Ministrorum Ecclesiae preces et supplicata, quibus Magistratum rogarunt, vt aduersus eos seueriores sancirentur leges, de quibus in *Hist. Socin. Belg.* plura. Duabus Apologia absoluitur partibus. In *prima* auctor coetus sui socios aduersus criminationes Ministrorum in libello supplici illis imputatas, quod Trinitatem, Deitatem Christi et Sp. S. nec non satisfactionem Christi, et fundatam in eadem imputatam hominibus credentibus

iuſtitiam, operationem Sp. S. in regeneratione etc. negent, veram pietatem Chriſtianam in ethnicam honeſtatem conuertant, reſurrectionem mortuorum vitamque aeternam, nec non peccatum haereditarium inficientur, purgare ſtudet. Deinde ad argumenta, ex hiſtoria aliorumque Magiſtratuum aduerſus Socinianos iudicio et decretis deducta, reſpondet. Tandem dogmata coetui ſuo peculiaria exponit, quo illi innocentiae ſpeciem praeferat, et ab aduerſariorum accuſationibus illum defendat. *Secunda* pars circa mandatum *Ordinum Hollandiae generalium* occupata, praecipue euincere nititur, Socinianos inſontes atque inauditos eſſe damnatos. Apologia p. 3. his verbis incipit: ILLVSTRISSIMI ET POTENTISSIMI DOMINI. "Non irrumpimus in quietem veſtram, ſed atroci criminatione ad tribunal veſtrum protracti, cauſam innocentiae noſtrae dicimus: proinde ſuppliciter petimus, vt, quas accuſatoribus noſtris praebuiſtis aures, easdem pari aequitate et nobis per ſummam iniuriam accuſatis praebere dignemini. Inauditi enim et indefenſi, tanquam innocentes pereunt. — — — *Primum* quidem iis reſpondebimus, qui per ſupplicium, ſupplicia innocentum a vobis petere ſunt auſi: *Deinde* iis, quae a vobis ſuper hoc ſupplice libello conſulti, minime ſunt obliti earundem ſeſe eſſe partium: Nimirum in atroci quondam luporum de ouibus querela, cum ſententiam rogarentur lupi, peſſima eſſe oues animalia et omnino dilanianda reſponderunt." In eadem Apologia p. 42. coetum ſuum a criminatione Io. LAETI in *Comp. hiſt. vniu.* p. 766. *edit. Lugd. Bat.* 1643. 8. qua famoſiſſimum librum, TORMENTVM THRONO TRINITATEM DETVRBANS, prelo typographico Racovienſi

viensi subditum fuisse narrat, liberare studet. Vid. BENTHEMII Holl. K. und Sch. St. P. I. c. XIX. §. 33. p. 885. seqq. BAYLII *Diction. tit.* SOCINVS *litt.* (L) SALIGIVS *Hist. Aug. Conf. T. II.* p. 696. DAN. SALTHENII *Biblioth. libb. rar.* p. 531. N. 2669. *Relat. innoc.* 1753. p. 169. Apologiae *Schlichtingii* opposuit Io. COCCEIVS *Apologiam Equitis Poloni examinatam et refutatam*, *Lugd. Bat.* 1656. 4. qui edictum ORDD. HOLL. ET WESTFR. quo Socinianae disciplinae propagatio coercetur, huiusque coetus libri inferri vendique prohibentur adprobat, celebrat ac defendit, duoque praecipue Apologiae momenta refutat, nimirum, doctrinam Socinianam verae pietati promovendae inseruire, et edictum *Ordinum General.* vim inferre conscientiis. Inserta sunt libro COCCEII et SCHLICHTINGII *apologia*, et statutum ordd. in lingua lat. et belg. cum nonnullis aliis in vtraque lingua, v. g. *accusatione Deputatorum etc. Iudicio Theologorum Lugdunensium*, *etc.*

26. Korte verklaaring over verscheyden Artykelen des Christelyken Geloofs: door IOH. SIMPLICIVS. Daer is bygevoeght een korte verklaaring, over het IX Cap. des Briefs tot de Romeynen: geschreeven ten gevalle van een van de Grooten van Poolen 1656. 8. Translata e MSC. latino per P. L. i. e. PETER LANGEDVLT. v. SANDIVS p. 140 et 130.

27. *Memoriale in caussa Fratrum Vnitariorum*, *ab ipso* et STAN. LVBIENIECIO scriptum *Stetini* 1659. d. 10. (20.) *April.* Vid. sub LVBIENIECIO N. 14. p. 455.

28. *Quaestiones de Magistratu*, *bello*, *defensione privata etc.* Insertum est scriptis I. L. WOLZOGENII, vna *cum adnotationibus huius*, *Bibliothecae FF. PP. T. VI.*

29. *Annotationes oppositae memoratis* I. L. WOLZOGENII *annotationibus in quaestiones de Magistratu, bello et priuata defensione.* Ibidem insertae.

30. *Catecheseos Ecclesiarum Polonicarum editionem nouam* ipse etiam post Io. CRELLIVM adornauit, eidemque responsiones ad MART. RVARI notas adiecit. Ita SANDIVS habet p. 130. In Consessu Czarcouiensi 1651. Catechismi maioris reuisio ipsi commendata est, quem emendatum RVARO transmitteret. Titulus huius editionis est: *Catechesis Ecclesiarum Polonicarum, vnum Deum Patrem, illiusque Filium Vnigenitum vna cum Sp. S. ex S. Scriptura confitentium, Anno Christi* 1609: *in lucem primum emissa, et post per viros aliquot in eodem Regno correcta. Iterumque interpositis compluribus annis a* IOH. CRELLIO *Franco, ac nunc tandem a* IONA SCLICHTINGIO *a Bukowiec recognita, ac dimidia amplius parte aucta. Irenopoli, sumtibus* FRID. THEOPHILI *post annum* 1659. 8. (i. e. circa annum 1665.) *Alph.* 1. *pl.* 4. cum *praefatione*, quam ANDR. WISSOWATIVS et IOACH. STEGMANNVS praemiserunt. Sed de hoc opere Catechetico, alio loco.

31. *De vno omnium Deo Patre illo omnipotente, et Filio eius, vno omnium Domino, Christo, ab ipso facto, fides antiqua, contra nouatores, ad* Io. AMOS. COMENIVM. *Irenopoli* 1685. 8. Oppositum est COMENII opusculo: *De Christianorum vno Deo P. F. et Sp. S. fides antiqua, contra Nouatores. Amstel.* 1659. 8. pl. 5. Dicauerat libellum COMENIVS SCHLICHTINGIO *Amstel.* d. 10. Febr. 1659. inque epistola dedic. ita scripserat: "Generose Domine, quia scriptiunculae huius tu occasionem dederas olim, eam nunc tandem luci datam en ad te mitto; sed caussam vtriusque facti reddam

primo.

primo. Cum a. 1640. me visere, in meque conuertendo nonnihil operae ponere dignatus fueras, mox a discessu tuo ego haec meditatus, sic in Scriptum retuleram. Quae patruus tuus, D. IOANNES SCHLICHTING (Regius Wschouensis Iudex) mox etiam ad te transmiserat: vt aut ipse tu dares gloriam Deo, veritatique resistere desineres, aut nos meliora de Deo, quam nos de se testimoniis suis Deus, et de Deo creatore suo, creaturae ipsae docent, doceres. Quae tibi fuisse tradita scio: cur autem tu ad haec tacueris, (sicut et hactenus omnes vestri, ad responsandum alias plus satis prompti) nescio. Patruus tuus interpretabatur, respondere vos *non posse*; ego, *nolle*, contemptu tam ignobilis aduersarii. Tacentibus ergo vobis, tacui: contentus confessionem cordis mei editam in conspectu Dei, non ignotam fore vobis, eoque mihi posthac a vobis (toties antea, perastute ac moleste tentato) quietem fore. Nunc tamen ecce confessiunculam illam meam, tunc ita conceptam luci expono, triplici commotus zelo. *Primum*, quod nuper iterum amicum meum, (cuius nomen scriptum sit in libro vitae) in casses vestros incidentem tantum non a Christo, et adorando nomine, in quod baptizatus est, transuersum egistis, si non prohibuisset Deus. *Deinde*, quod circuire vos maria et terras, vt proselytos faciatis, peruertereque multos, vt excidant a simplicitate, quae est in Christo Iesu, in dies magis disco, multamque blasphemiarum sementem per has etiam terras facere video: vt vel sic etiam a barathro vestro retrahantur, si qui possunt. — — *Tertio*, cum hic etiam me constituto iterum animae meae insidiari vester tentauit Satan, meam circa salutis constantiam nouis,

prorsusque inexpectatis, adortus cuniculis, imo arietibus. Ad quos retundendum aliis quidem opus erit, quam confessione nuda, armis: quia tamen mihi emerito Christi militi ad noua praelia forte non satis iam robusti fuerint lacerti, aut me tempus defecerit: vel ergo saltem moribundus iam testari sic volui, me in confessione mea fidei catholicae vixisse ac mori etc. Scripta *Amsterod.* 10. Febr. 1659."

32. *De liberalitate et auaritia.* MSC.

33. *Explicatio Orationis Dominicae polon.* MSC. Vid. sub PRZYPCOVIO. N. 16. p. 685.

34. *Concio in Psal.* CX. tot. *polon.* MSC. et latine reddita MSC.

35. *Aliae complures conciones.* MSSCC. A. 1640. In Synodo Kisielinensi ipsi committebatur, vt homilias in *Luc.* VI. 20. et 1 *Io.* II. 15. continuaret.

36. *Notae in* HVGONIS GROTII *votum pro pace. Irenopoli* 1685. 8. quod male allegatur a SANDIO p. 131. votum de potestate Ecclesiastica. Eodem autem tempore, quo prodiit *Bibliotheca Sandii* a. 1684. adhuc inter MSC. extiterunt. Plures opusculum hoc exhibet tractatus in titulo illius generali non indicatos. Priores duae plagulae, quae praefationem et prolegomena capiunt, vel *Amstelodami* vel alibi in *Belgio*, reliqua vero libri pars in Germania impressae videntur, quod chartae et typorum conditio comprobat. *Prolegomena*, de studio pacis Ecclesiasticae, Socinianis vindicando ac proprio, subscripsit *anonymus* quidam *A. H.* SCHLICHTINGII opus irenicum posthumum, nec ad vmbilicum perductum, anonymus editor notauit. Post haec exhibetur tractatus IONAE SCHLICHTINGII de vno omnium Deo Patre etc. vid. N. 31. Irenopoli MDCLXXXV.

MDCLXXXV. Iterum anonymus A. H. breuem ad lectorem praemisit praefationem. Vtrumque SCHLICHTINGII scriptum sub peculiari plagularum et paginarum indice exhibetur. Prius habet paginas 202. posterius 61. in cuius fine notatur, quod d. 28. *Nouemb.* 1660. calamo exceptum fuerit. Tandem duobus hisce tractatibus *pagg.* 24. adtextus est libellus ION. SCHLICHTINGII *de fide primorum Christianorum, Martyrum et veterum Patrum;* in cuius fine haec leguntur: "Vtrum authori animus fuerit in explicandis S. Scripturae dictis, quibus Arriani pariter atque Homousiani ad probandam suam, de Filii Dei, antequam ex MARIA Virgine nasceretur, existentia, sententiam abusi; pergere, an vero hic se continere, lectoremque ad alibi a se fusius dicta ac typis vulgata remittere, incertum est." Totum volumen, exceptis duabus plagulis prioribus, tanto sphalmatum typographicorum numero deformatum, vt correctoris oculis exhibitum fuisse non videatur.

HVG. GROTII *votum pro pace Eccles. contra Examen* ANDR. RIVETI *et alios irreconciliabiles.* 1642. 8. (opus posthumum) oppositum est ANDR. RIVETI *Examini animaduersionum* HVG. GROTII *pro suis notis ad Consultationem* GEORG. CASSANDRI etc. *Lugd. Batau.* 1642. 8. pl. 11. Et RIVETI *Examen et notae ad Consult. Cassandri, repetita sunt in Appendice ad* RIVETI CATHOLICVM *orthodoxum.*

37. *Contra* IOSVAM PLACAEVM *Theologum Salmuriensem* MSC. Fortassis directum est aduersus PLACAEI scriptum oppositum IOANNI CRELLIO *de vno Deo Patre.* Ex *Actis* MSC. consessus Siedliscensis 1653. habiti con-

ſtat, SCHLICHTINGIVM aduerſus PLACAEVM opus quoddam fuiſſe molitum.

38. *Notae breues in ea, quibus* CORNEL. MARTINI *vnum illum Deum trinum eſſe perſonis, conatur demonſtrare.* MSC. Videtur nobis a SANDIO notari CORNELIVS MARCI, ex hiſtoria Crypto-Socin. Altorph. ZELTNERI p. 778. famam conſequutus. V. ſub CRELLIO N. 28. p. 157. Patet enim ex epiſtola CRELLII ad CORNEL. MARCI l. c. in qua ille cum hoc, de eodem argumento certamen iniit, quod SCHLICHTINGIVS quoque cum CORNELIO MARCI amicitiam coluerit intimam.

39. *Contra* COMENIVM MSC. Fortaſſis idem quod N. 31. allegauimus.

40. *De lotione pedum diſceptatio*, contra IOACH. STEGMANNVM, *Iun. MSC.*

41. *Oratio ad* GEORG. RAKOCIVM, *Principem Tranſylu. MSC.*

42. *Omnia V. T. loca, quae a Trinitariis pro iſtius dogmatis defenſione adferuntur, ab orthodoxis, (vt audire volunt) eodem modo, quo Vnitarii, vulgo Sociniani dicti, ea exponunt, explicata. Item N. T. loca omnia, eodem modo collecta:* vtrumque manu *Schlichtingii, Morſcouii, Stegmanni* et aliorum ſcriptum. MSC. Fortaſſe *Sylloge* VOIDOVII a SANDIO notatur, vel TRIADOMACHIA, cuius ſaepiſſime mentio fit in *Actis* MSSCC. de quo libro alibi.

43. *De vera fide Catholica anonymi, et eiusdem refutatio: pro et contra. MSC.*

44. *De vero honore B. Virginis. MSC.*

45. *De articulis fundamentalibus, contra D.* BALTHAS. MEISNERVM. Vel hoc notatur ſcriptum vel proxime N. 46. allegandum in *Actis* conſeſſus Czarcouienſis

fis 1651. in quo inuitatus eſt auctor, vt Tractatum aduerſus MEISNERVM abſolueret.

46. *De ſeruo arbitrio contra eundem diſputatio. Vid.* N. 7.

47. *Commentaria poſthuma in omnes Epiſtolas Paulinas et Catholicas, item in Euang.* IOANNIS, *vno volumine, quod Biblioth. FF. PP. Tomum V. conſtituit, comprehenſa*, ad quae perficienda auctor ſaepius in Synodis admonitus eſt, quorumque hiſtoriam LVBIENIECIVS in epiſtola praefixa expoſuit. *Priori* Tomo continetur commentarius in Euang. S. IOANNIS; Paraphraſis in *initium eiusdem Euangelii*, et in *Epiſtolam* PAVLI ad *Romanos. Alter Tomus* habet Commentarios in *I. et II. Epp.* PAVLI ad *Corinthios, Epheſios, Coloſſenſes, Philippenſes, I et II. ad Theſſalonicenſes, I et II. ad Timotheum, ad Titum, Philemonem, I et II. Petri, I. II et III. Ioannis, et tandem fragmentum in epiſtolae Iudae verſum* 7.

In commentario in IOANNEM qui notante SANDIO p. 132. belgice redditus in 4. prodiit, ipſa GROTII verba auctor inſeruit, de quo dicere conſueuit: Orbem Chriſtianum per XV. amplius ſecula talem poſt Apoſtolos expectaſſe virum; quin etiam *oraculum Delphicum* eum vocauit, Delphis enim Batauorum GROTIVS lucem adſpexit.

48. *De ſatisfactione ſententia, in qua cupiebat mori. MSC.* Scriptum hoc lecto adfixus concinnauit et a. 1660. d. 11. *Iunii Lic.* EL. SIGM. REINHARTO exhibuit, quod hic enarrat in *diſp. cit.* §. 14. *fol.* C. 2.

49. *Epiſtola Vnitariorum Exulum dat.* 1661. 17. Iunii *inſerta* LVBIENIECII *Hiſtoriae reform. pol.* L. III. c. XVIII. p. 285. SCHLICHTINGIVM auctorem illa habere vide-

videtur, qui nomen suum inter XXVI. primo loco subscripsit. V. SALIGIVS l. c. T. II. p. 706.

50. *Ad Amicam Disputationem aduersus Iudaeos, symbolam suam contulit.* Vid. sub M. RVARO N. 13. p. 732.

51. In Synodo Kisielinensi a. 1640. ipsi pariter atque MORSCOVIO *responsio ad Synopsin* BISTERFELDII commendata est.

52. In conuentu Siedliscensi a. 1643. librum *de statu impiorum post mortem* concinnandum, et cum hoc coetuum Socinianorum in Polonia Apologiam suscepit, aduersus famam de illorum erroribus in Belgio sparsam. Vid. N. 25.

53. Ex actis consessus Czarcouiensis a. 1651. patet, *Schlichtingium catechismum quendam minorem* consarcinasse, vtrum vero lingua polonica, an latina, non notatur.

54. In Czarcouiensi Synodo 1652. sollicitabatur ad scriptum exarandum *de ratione instaurandae cum Euangelicis vnionis*, idque communicato cum RVARO consilio adgrederetur, proximoque consessui exhiberet. Vid. sub RVARO.

55. Tribuuntur quoque SCHLICHTINGIO: *Duae considerationes vocum, terminorum et phrasium, quae in doctrina Trinitatis a Theologis vsurpantur, et qua ratione lis circa hanc doctrinam mitigari possit*, quae sub nomine *Irenaei Sedaletophili* 1684. 8. prodierunt, quas alii IOANNI PREVSSIO vindicarunt. Vid. Io. GE. WALCHII *Biblioth. theol. sel.* T. I. p. 913. et sub PREVSSIO N. 12. p. 656.

PAVLVS SCHLICHTINGIVS.

Ionae filius, quem pater 1651. consessui Czarcouiensi de

de meliori nota commendauit, cui etiam ſuſtentando conſeſſus curam ſuam promiſit, eundemque a. 1652. in alumnorum numerum ſuſcepit, ſtipendio inſuper 300. flor. deſignato. A. 1654. in conſeſſu eodem loco celebrato, ſtatutum eſt, vt *Luclauicii* praelucente patre maiores in theologicis ſcientiis faceret progreſſus. A. 1687. in conuentu Selichouiae inſtituto, cum aliis in Seniorum Synodi numerum ſuſceptus eſt.

WOLFFGANGVS SCHLICHTINGIVS.

Eques Polonus, pater IONAE. De libro quem ei SANDIVS p. 94. tribuit. Vid. ſub MATTH. RADECIO N. 4.

GEORGIVS SCHOMANNVS.

Ratiborienſis Sileſius, magnam inter Socinianos famam nactus, et in *Actis* Synodalibus familiae huius inprimis celebratur. Natus 1530. Poſitis in patria litterarum fundamentis, inprimis Grammaticae et Muſicae cum religione pontificia a. 1546. Wratislauiam venit, ibidemque, vt ipſe inquit in Teſtamento, SANDII *Bibliothecae* adtexto p. 192. ex pertinaci Papiſta factus qualiscunque Lutheranus. Reliqua iuuenilis aetatis fata ipſe l. c. fuſius enarrauit. Circa a. 1558. Wittebergam conceſſit, ibidemque *Petri Statorii et Phil. Melanthonis* amicitia vſus, poſt breue otium litterarium in Poloniam, vnde venerat remeauit, ibidemque LISMANINI, BLANDRATAE, OCHINI atque STATORII vſus familiaritate iisdemque ducibus ad Socinianorum tranſiit partes. Ita enim l. c. p. 193. inquit: *Euidenter didici, errorem eſſe non fidem Chriſtianam, Trinitatis Perſonarum omnimodam aequalitatem: ſed vnum eſſe Deum Patrem, vnum Dei Filium, vnum Sp. S., licet adhuc multa non intelligeremus ad hoc* perti-

pertinentia. A. 1560. *Pinczouiam* minister vocatus sub patrocinio NICOLAI OLESNICII, posthac 1561. Xiazensis in ditione *Io. Bonari* de *Balice;* inde Chmielnicensis apud Io. OLESNICIVM a. 1567. postea Cracouiensis 1573, et tandem Luclauicianus a: 1586. *Inde Chmielniciam* reuersus, ibidem 1591. diem obiit. Quas in comitiis Varsauiensibus et Petricouiensibus a. 1563. seqq. cum SARNICIO, qui eum haereticum, in Trinitatem blasphemum et Arianum adpellauit, disputationes habuerit, *Acta Synod.* MSSCC. exponunt. Vid. *Hist. Socin. Polon.* A. 1572. Vltimo Augusti aetatis 42. rebaptizatus est Chmielniciae, et 1573. vxor quoque eius, quam 1560. sibi matrimonio iunxerat, rebaptizata, et 1574. socrus. Ipse de se testatur, quod, licet eruditione saltem vulgari et grammatica praeditus fuerit, tamen et sibi et aliis ad veram pietatem viae praemonstrator extiterit.

SCRIPTA:

1. Io. NIEMOIEVII *scripta contra excerptum ex Disp.* F. SOCINI *de I. C. Seruatore* et alia illius latine reddidit. Vid. sub Io. NIEMOIEVIO N. 5. et 7. p. 552.
2. *Catechismus, quem pro liberis suis ex S. Scriptura collegit.* MSC. ita SANDIVS p. 47. libellum allegat. Ipse SCHOMANNVS in Testamento suo, quod scripsit filiis et filiabus, generis et nepotulis l. c. p. 196. de eodem inquit: "Secundum Catechismum nostrum, quem ego vobis priuatim ex Sacris Literis primum collegeram, Deum altissimum Patrem et Iesum Christum hominem, Filium Dei vnigenitum, Dominum nostrum, in Spiritu et veritate colui etc." Eundem hunc esse catechismum, qui prodiit sub tit. *Catechesis et confessio fidei coetus per Poloniam congregati in nomine I. C. Domini nostri crucifixi et resuscitati. Deuter. VI.*

Audi

Audi Iſrael Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. Ioannis VIII. dicit Ieſus. Quem vos dicitis veſtrum eſſe Deum, eſt Pater meus. Typis ALEXANDRI TAVROBINI. (Turobinczyk) *anno nati Ieſu Chriſti, Filii Dei* 1574. 12. pl. 6. (*Cracouiae*, quod ſubſcriptio praefationis docet) Io. ADAM. MÜLLERVS, *de Vnitariorum Catecheſi et confeſſione fidei omnium prima*, in den fortgeſ. nützlichen Anmerkungen. P. XXI. p. 758. ſeqq. prodidit. Conf. quoque MOSHEMII *Inſtit. hiſt. Chriſt. recent.* Sec. XVI. Sect. III. C. IV. §. 8. p. 316. ſeqq. ſed de hoc argumento alio loco expoſuimus. Catechismum hunc ad examen vocauit. ZACHAR. VRSINVS, in *Refutatione Catechismi Anabaptiſtici et Samoſatenici* Cracouiae editi, in operibus a QVIRINO REVTERO, Heidelb. 1612. *fol.* editis, T. III. f. 1703-1746. Opus vero non abſoluit, et vix quartam Catechismi Neophotiniani partem tractauit.

3. *Teſtamentum vltimae voluntatis, continens vitae ipſius, nec non ſuccinctam variorum actuum Eccleſiaſticorum hiſtoriam*, inſertum eſt *Bibliothecae* SANDII p. 189-198.

PAVLVS SCHOMANNVS.

GEORGII primogenitus, natus 1562. quem infantem eſſe baptizatum, nondum circa iſtud tempus reiecto in hoc coetu Paedobaptismo, pater l. c. p. 194. notauit. Scholae Racouienſi tertius praeceptor operam praeſtitit. Obiit teſte SMALCIO in *diar. vitae* ap. ZELTN. l. c. p. 1208. a. 1617. d. 26. Iunii, poſt exactos vitae annos 55. cum dimidio.

PETRVS SCHOMANNVS.

GEORGII filius natu minor, qui teſte patre l. c. p.

195.

195. a. 1574. natus, Medicinae operam nauauit, summosque in hac scientia consequutus est honores. De reliquis vitae eius fatis nihil innotuit, praeter quod SMALCIVS notauerit l. c. p. 1168. cum in comitatu legationis polon. ad Turcas fuisse.

SCHWARTZ, *vid. Nigrinus.*

IOACHIMVS SIGISMVNDVS SCHWARTZKOPF.

Ecclesiastes reformatae Eccl. Stargardiae in Pomerania, post Socinismum susceptum, a. 1736. munere hoc exutus. De vitae ipsius fatis, scriptisque hinc inde maxime in *Borussia* disseminatis, prelo autem non subiectis in *Historia Socin. Pomeran. et Pruss. Vid. Acta Hist. Eccl.* T. VI. p. 301. seqq.

IOANNES SECVRINVS.

De eodem SAM. PRZYPCOVIVS in vita F. SOCINI tradit, quod inter omnes primus extiterit, qui id publice proponere ac defendere ausus fuerit, quod a SOCINO (*Laelio* nimirum) antea didicerat, cuius vestigia alii presserint. In Synodo enim *Lancuti* 1567. habita, praeceptoris sui placita de Christo ante natiuitatem a Maria non existente, aduersus eos, qui *Arii* partes tenebant, acriter defendit; quam operam eodem quoque anno in colloquio Skryniensi praestitit.

THOMAS SEGETHVS.

Scotus, de quo SMALCIVS in *diar. vitae* l. c. p. 1196. A. 1612. d. 13. Iulii: *Racouiam* venit nobilissimus vir THOMAS SEGETHVS, *Scotus*, veritatis diuinae (ex iudicio SMALCII) cuius gustum quendam *Lublini* conceperat,

rat, amplius inuestigandae caussa, d. 19. *Iulii* discessit a nobis.

GEORGIVS SEIDELIVS.

Pomeranus, IACOBI, celeberrimi *Professoris Medicinae Griphiswaldensis* filius et MARTINI SEIDELII, *Olauiensis Silesii*, patruelis. Natus Griphiswaldiae. A. 1610. in Academiam Altorffinam concessit, studio medico ibidem operam nauaturus, quo loco etiam a. 1613. praeside CASP. HOFFMANNO *de naturae officio in sanitatis negotio* d. 23. Ianuarii dissertationem publicam habuit. Labente autem anno 1614. et Academiae huic et studio medico vale dixit, et in Poloniam migrauit, vbi 1616. Gymnasio Racouiensi Collega admotus est. Vid. ZELTNERVS l. c. p. 335. RVARO, in Acad. Altorff. viuens amicus iam fuit, quandoquidem ille in epistola ad IOACH. PEVSCHELIVM Racouiae a. 1614. scripta, SEIDELIVM inter alios tam amice iussit salute sua impertiri. *Epp. Cent.* I. N. XVII. ex edit. ZELTN. p. 484. HEIMINAEI fictitio nomine a Crypto-Socinianis Altorffinis eum esse adpellatum ZELTNERVS l. c. p. 336. obseruauit, qui vero, vnde exsculptum sit dubius haesitauit.

MARTINVS SEIDELIVS.

Olauiensis Silesius (*), paucis Scriptoribus notus; nec Christianus, nec Iudaeus, nec Muhamedanus, de quo VOGELIVS ipse SOCINI placitis imbutus, narrante ZELTNERO l. c. p. 268. inquit: Er hat weder ein Christ, noch Jud, noch Türck seyn wollen; sondern bloß Theologiam naturalem gehabt, und dafür gehalten, es wäre genug,

S wenn

(*) Tom. II. *Scriptorum publice propositorum a Gubernatoribus studiorum in Academia Witebergensi etc.* p. 150. Obitus Magistri IOANNIS SEIDELII *Olauiensis* significatur a. 1556.

wenn er nach den X. Geboten lebte, nicht darum, daß sie von Gott (uns) wären gegeben worden, alß welche dießfalls nur die Juden angingen, deren Policey längst vergangen, sondern dieweil sie mit dem Licht der Natur übereinkommen. RVARVS *in epiſtola ad* PEVSCHELIVM *Cent.* II. N. XVIII. eum adpellat *hominem Regis noſtri I. C. hoſtem manifeſtum, et ob id deteſtabilem, ſed qui tamen in literali, quem vocant, antiqui foederis ſenſu enodando, non infeliciter ſaepe verſatus ſit.* ZELTNERVS iudicat, illum ipſis Iudaeis fuiſſe peiorem, auctorem tamen non ineruditum, l. c. p. 268. Cum Iudaei alium, ad ingenium ſuum formatum Meſſiam expectent, SEIDELIVS eum nunquam adpariturum eſſe, neque etiam veniſſe vmquam docuit. Statuit nimirum, Iudaeis non niſi hac conditione promiſſum a Deo fuiſſe Meſſiam; ſi videlicet futuri eſſent obedientes, quod non fuerint. Talem quoque ſub hac conditione eſſe promiſſum, qui regnum terreſtre, quale DAVIDIS erat, inſtrueret ac adminiſtraret. Conditione non impleta vanam eſſe ſpem, nec vnquam complementum nacturam. Hunc quoque Regem Iudaeis tantum eſſe promiſſum, eundemque ad reliquos non ſpectare homines, quorum vniuerſa religio ex inſtituto diuino ſola lege naturali abſoluatur. Quicquid igitur Chriſti ciues de Ieſu Nazareno ex N. F. tabulis credunt, fabulas reputauit. In prima epiſtolarum, (*vid.* N. 1.) qua Meſſiae regnum mundanum ſibi fingit, ita inquit: "Caeterum, vt ſciatis, cuius ſim religionis, quanquam id ſcripto meo, quod habetis, oſtenderim, tamen breuiter hic repetam. Et primo quidem doctrina illa de Meſſia, ſeu Rege promiſſo ad meam religionem nihil pertinet. Nam Rex ille tantum Iudaeis promiſſus erat, ſicut et Canaan. — — — Verus Dei cultus, quem meam religionem appello, eſt Decalogus,

gus, aeterna et immutabilis Dei voluntas etc." *Vid.* ZELTNERVS l. c. FABRICIVS l. c. P. II. p. 77. et MOSHEMII *Instit. hist. Christ. recent.* Sec. XVII. Sect. II. C. I. §. 44. p. 616. Istae SEIDELII opiniones ipsismet Socinianis adeo detestabiles visae sunt, vt, quamquam ille non nisi in schola locum sibi dari expeteret, aut paedagogiam aliquam, vtrumque ipsi denegaretur. Ex hac fortassis ratione a SANDIO Antitrinitariorum numero non insertus est. Postquam homo portentosus circa finem Sec. XVI. et initio XVII. in finibus Poloniae circumuagatus esset, tandem domum reuersus, incertum tamen, an vmquam ad meliora conuersus, inter pueros, quos primis elementis imbuit, consenuit, ac incognitum mihi, quo anno animam efflauerit.

SCRIPTA:

1. *Epistolae III. in quibus sententia de Messia, s. Rege illo promisso* (mundano) *et de religione continetur: ad coetum olim Cracouiensem, dictum minorem, qui Patrem Domini N. I. C. esse vnum illum Deum Israelis confitetur: cuius nomine* F. SOCINVS *eidem* SEIDELIO *respondit.* Ita SANDIVS p. 72. titulum repetitae editionis, cui SOCINI responsio adiuncta, allegauit. Insertae autem sunt SOCINI disputationi de adoratione Christi etc. p. 209. et *Bibliothecae FF. PP.* T. II.
2. *Fundamenta religionis Christianae.* MSC. In his dicta V. T. in nouo T. allegata expendit, atque ostendere conatur, illa omnino non agere in sensu literali de illis rebus, ad quas ea Scriptores N. T. traxerint. Inprimis in conquirendis ad speciem repugnantibus locis et quibuscunque difficultatibus, quas errores vocauit, Iudaeorum more improbe sedulus fuit. Opusculo hoc atque aliis, nunquam, quod scimus, typis im-

pressis, hinc inde vero et in patria sparsis, omnes Christi ciues idololatriae accusauit. V. ZELTNERVS et FABRICIVS ll. cc.

3. *Scriptum contra diuinam N. T. auctoritatem, Christique supremam Messiae dignitatem.* MSC. *V.* ZELTNERVS l. c. IACOBVS MARTINI, obtento per VOGELIVM, Crypto-Socinianum Altorffinum, opusculorum SEIDELII exemplo manuscripto, illorum teterrima somnia exposuit atque refutauit, L. III. *de tribus Elohim*, C. LXIII. seqq.

IOANNES CHRISTIANVS SEITZIVS.

Barutho-Germanus, de quo in *Hist. Socin. Germ. Vid.* WALCHII *Biblioth. theol. sel.* T. I. p. 923. et Einl. in die Rel. Str. der E. L. K. T. II. p. 780.

MICHAEL SERVETVS, *Villanouanus.*

Alias *Reues*, ex transpositione litterarum nominis sui, et *Villanouanus* a patria dictus. De eodem alio loco plura. *Tarraconensis Hispanus.* Vitae eius fata et scripta copiosissime et ex documentis tractauit *Moshemius*, in dem anderweitigen Versuch einer vollständigen und allgemeinen Ketzergeschichte. Helmstad. 1748. 4. Et in Supplementis ad hoc opus: Neue Nachrichten von dem Spanischen Arzt Michael Serveto, der zu Geneve ist verbrandt worden. Helmst. 1750. 4.

IACOBVS SIEDLECIVS.

A. 1619. Catecheta ad coetum Racouiensem constitutus; et anno sequente ministerio Eccles. initiatus, Zarzyniensi coetui praefectus est, a. vero 1628. Lachouecensi, ad preces D. SIENIVTHAE. Non confundendus, cum

cum SIEDLICOVIO, qui 1642. vel 43. Siedliſciae vita defunctus.

SOPHIA SIEMICHOVIA.

Noluit praeterire memoriam Nobilis huius Polonae SANDIVS p. 83. cum ad illius epiſtolam de Baptismo, F. SOCINI extet reſponſoria, huius epiſtolis inſerta.

NICOLAVS SIENICIVS.

Eques Polonus, Archicamerarius Chelmenſis. DEMOSTHENES Polonicus dictus. In Comitiis Petricouienſibus a. 1565. erat Marſchalcus, ſeu Director delegatorum ordinis equeſtris, ibidemque in colloquio cum orthodoxe ſentientibus in articulo de S. Trinitate, habito, interlocutor ex parte Vnitariorum. Notante SANDIO l. c. p. 49. eiusdem fere ſententiae de perſona Chriſti fuit cum GONESIO et CAZANOVIO.

SCRIPTA:

Omnia acta, tam Regni, quam Eccleſiae, diligenter in vnum collegit: qui codex MSC. poſt eius obitum ZAMOSCIVM delatus ibidemque aſſeruatus fuit, teſte SANDIO.

IACOBVS SIENINIVS, *(Siennius) a Sienno.* *(Siennynsky.)*

Eques Polonus, Palatinides Podoliae, Toparcha Racouiae, IOANNIS SIENNII, quem DEBRIVM gente vocat LVBIENIECIVS l. c. p. 191. et 241. filius, qui a. 1600. matris praeſertim, quae Socinianis nomen ſuum dederat, et GREGORIVM PAVLI primum Racouiae Paſtorem, Cracouia huc accitum receperat, inſtinctu, deſerta Reformata religione paterna, Socinianam diſciplinam profeſ-

ſus eſt, permotus quoque Io. SECVRINII flexanima eloquentia, vt poenitentiam ageret et SOCINI dogmata ſectaretur. A STAN. LVBIENIECIO, quo olim amico in aula STEPHANI Regis vſus erat, admonitus, Scholam ac Typographiam Racouiae fundauit. Quae, cum euerſione nidi huius Sociniani ipſum iam ſeptuagenarium a. 1638. aduerſa conturbauerint fata, quae vnum adhuc annum ſuperuixit, in *Hiſtoria Socin. Polon.* ex *actis MSSCC.* enarrabimus. Vid. SANDIVS p. 97.

SCRIPTA:

1. *Dedicatio libri* VAL. SMALCII *de diuinitate I. C. inſcripta* SIGISMVNDO III. *Regi Pol. Racouiae* 1608. 1. *Sept. Vid.* ſub SMALCIO N. 1. Praefixa quoque eſt libro F. SOCINI de *auctoritate S. Scripturae*, per D. R. CAMPHVYSIVM in belgicam linguam translato.
2. *Orationes in Comitiis Regni habitae.* MSC.
3. *Epiſtola ad* REMBERTVM EPISCOPIVM, SIMONIS EPISCOPII fratrem, german. *MSC.*

THEODORVS SIMON, *vel* SIMONIS. *V.* PHILIPP. COSMIVS.

SIMON SIMONIVS, *Lucenſis.*

Philoſophus et medicus, principibus aeui ſui viris accenſendus, ac in Academia Lipſienſi poſt IOACH. CAMERARIVM de Philoſophia Peripatetica praeclare meritus, de quo *vid.* BRVCKERI *Hiſt. Crit. Philoſ.* T. IV. P. I. p. 286. ſeqq. Eiusdem cum MARCELLO SQVARCIALVPO *Plumbinenſi* qui eum, edito ſub titulo: SIMONII etc. *Religio* etc. libro, tandem inter Atheos collocare ſtuduit, certamina enarrauit GODOFR. SCHWARZIVS in Diſſ. *de vita et ſcriptis* DVDITHII §. XXXV. p. 81. ſeqq. Quamuis vero Atheo-

Atheorum numero eximendus omnino ſit, hisque non niſi per iniuriam nefariamque alios calumniandi libidinem accenſus fuerit a SQVARCIALVPO, id tamen omni exemtum eſt dubio, quod inconſtans et varius fuerit in religione et a Romanenſibus ad Reformatos, ab his ad Lutheranos tranſierit, iterum Romana ſacra amplexus fuerit, imo quoque in Polonia Antitrinitariis aliquamdiu adhaeſerit. In Academia Lipſienſi Profeſſione in Medica et Philoſophica facultate functus, variis ſcriptis inclaruit, inter quae ſunt, *Commentariorum in Ethica Ariſtotelis ad Nicomachum liber primus*, *etc.* *Geneuae* 1567. 4. *Ariſtotelis Analyticorum priorum libri duo etc. Lipſ.* a. 1573. 4. *Antiſchegkianorum liber vnus Baſil.* 1570. 8. *Quaeſtionum Dialecticarum fragmentum etc* ibidem 1573. 8. Vid. MART. CRVSIVS in *Annal. Sueuicis* T. II. fol. 742. ad a. 1571. Cum *Formulae concordiae*, cui omnes Eccleſiarum et Scholarum doctores per Saxoniam electoralem ſubſcribere iuſſi ſunt, ipſe calculum adiicere nollet, circa finem anni 1580. Saxonia excedere coactus, primum Viennam, tandem in Poloniam venit, ibidemque Romana ſacra repetiit, eo ſane fine, vt Regis STEPHANI medicis inſereretur, cum animo, ſaltim ad tempus *Socinianis* adhaeſerit. De duobus ipſius ſcriptis in Polonia editis, vid. ſub *Squarcialupo* N. 3. Alius omnino fuit SIMON iſte SIMONIDES, Leopoli in Ruſſia rubra natus, qui Io. ZAMOISCIO, Regni Poloniae Cancellario ab epiſtolis exſtitit, de quo allegatur ſcriptum: SIMONIS SIMONIDAE *Poemata aurea cum antiquitate comparanda*, *edita ex Bibliotheca* IOACHIMI MORSII. *Accedit vita et obitus Magni* IOANNIS SAMOSCHI, *Patroni* SIMONIDIS, *Lugd. Batau.* 1619. 8. *pagg.* 127. Inſertum his eſt MARTINI RVARI carmen latinum, quod MORSII laudem, ob

edita SIMONIDAE poemata perſtringit. Praeter duas SIMONIDAE odas pindaricas olim iam typis exſcriptas, reliqua eiusdem auctoris poemata, a MARTINO RVARO ſibi communicata, nec non epiſtolas illius cum aliis quibusdam opuſculis MORSIVS in hoc libello luci expoſuit. Adſeruari in *Bibliotheca Zaluſciana* codicem graecum manu exaratum formae 4. qui SIMONIS SIMONIDAE poemata atque alia opuſcula graece ſcripta, necdum in lucem emiſſa complectitur, nos docuit *Celeb.* DAN. IANOSCIVS in *Hiſtoria librorum Polon. huius Bibliothecae.* P. V. p. 218. *Vid.* FRID. GOTTH. FREYTAGII *Apparatus litter.* T. III. p. 321.

VALENTINVS SMALCIVS.

Gothano-Thuringus, in defendenda SOCINI diſciplina et ſcriptis et factis inclytus athleta, qui indefeſſo ſtudio ſectae ſuae commodis deſudauit, nec ab hoc propoſito aduerſis fatis, inprimis famae ac vitae commodae detrimento auocari potuit. Cryptice *Butyrium* eſſe dictum ſcimus. Ipſe praecipua vitae ſuae fata ad annum 1622. quo vita exceſſit die 8. Decembr. peculiari *diario*, quod ZELTNERVS ex munere THOMAE CREENII, qui illud autographum inter cimelia ſua manuſcripta ſeruauit, l. c. p. 1158. ſeqq. notis illuſtratum inſeruit. Vid. *Lauterbach.* l. c. p. 282. ſeqq. *Zeltner.* l. c. p. 338-345. *Hoornbeck.* l. c. T. I. p. 62. *Weismann.* T. II. p. 538. *Fabricius* l. c. T. V. p. 49. *Heinſius* l. c. T. II. p. 414.

Natus *Gothae* 1572. d. 12. Martii, patre NICOLAO SMALCIO, vnde aliquando THEOPHILI NICOLAIDIS nomen adſciuit, Matre CATHARINA REVCHIA. De patre ſuo l. c. ita diſſerit: "Pater meus multum valebat apud ciues et Senatum Gothanum ob iuris ſcientiam et candorem, quo in omnibus actionibus vtebatur. Liberaliſſimus erat,

erat, ideoque et parum facultatum nobis reliquerat." In aetate puerili scholam patriam vsque ad annum aetatis 17. frequentauit. Rectorem IOANNEM DINCKELIVM de ipso puero dixisse: *Tu euades alter* LVTHERVS, ipse iactitat. DINCKELII in rectoratu successor, IOANNES HELTERVS verius de eodem enuntiasse fertur: *Tu aliquando eris pestis Ecclesiae vel Reipublicae.* Variis eum iam tunc scrupulis fuisse vexatum, iisdemque ad exagitandos alios indulsisse, ex iis, quae de se ipso l. c. narrat, colligimus. Anno 1589. in aestate paululum temporis *Lipsiae* commoratus, in autumno eiusdem anni *Wittebergam* concessit, ibidemque annum et quadrantem anni consumsit. A. 1590. *Ienae* studiis operam nauauit et anno sequente 1591. primo vere *Argentoratum* semet contulit, quo in loco cum ANDR. VOIDOVIO ipsi familiaris nata est amicitia, qui ipsi quoque errores, quos susceperat, instillauit et OCHINI *dialogos* commendauit. A. 1592. Lipsiam repetiit et circiter 1593. suadente eodem VOIDOVIO in Poloniam et *Smigliam* quidem concessit, quam ante ipsum vrbem VOIDOVIVS iam inuiserat, idque SMALCIO per litteras significauerat. Testibus fide dignis narratum esse ZELTNERVS significat, quod *Smalciana* familia, post VALENTINI a vera religione discessum quibuscunque calamitatibus et aduersis fuerit exposita, nec sine singulari diuini regiminis documento plerique ex eadem tristi fato perierint. *Smigliae* plene SOCINI placitis imbutus, coetui huic, ipso Christi natalitiorum die 25. Decembr. 1592. per baptismum more Socinianorum insertus est. Hoc loco iuuentuti scholasticae ipse iuuenis praefectus, *Rectorque scholae Smigliensis* constitutus, in qua statione quibusdam Nobilibus Polonis, inprimis vero tribus ANDR. DVDITHII filiis ALEXANDRO, DANIELI et HIERONYMO

ſtudiorum moderator exſtitit. Non poſſumus, quin epiſtolam SMALCII, ad M. GVIPERTVM ſcholae Gothanae Conrectorem ſcriptam, in *Recenſ. Nou. Antiq.* 1722. p. 42. ex MSC. excuſam, et apud *Zeltnerum* l. c. p. 1165. recuſam, ob quaedam notatu digna repetamus.

A Deo ſalutem. Quando ita vis, fiat: "Habe potius haec pauca, quam nulla, promiſſis meis debeo multum: autoritati tuae plurimum. Confeci iter. Non opus fuerat coram noſtro Senatu in tantum me in tantillam pecuniam abiecisse: pecunia, quam Argentinae: quam domi ſperabam, occurrit in via. Multa tuli, ſed tamen pertuli. Quaeris, vbi nunc ſim? vide parietem tuum Muſaei; ſum *Smigliae* in Polonia, vt vocant, maiori: Quid agam? id quod dixi tunc. Doceo generoſi et magnifici *Dni Dudithii Epiſc. et Conſil. Caeſ.* (noſti, ni fallor, eum) *generoſos filios tres*, et his adiunctos aliquot nobiles. Plura iam de me non poſſum, doleo. Fratrem hic alo: breui adhibiturus ipſum ad artem mechanicam. Nouarum ſi quid eſt rerum, haberes: hoc habe vnicum, *Regis Poloniae ſoror*, (ſi fiet, quod vulgus ex Comitiis Warſauienſibus attulit) nubet *Electori Palatino.* Prouocaui te praeire litteris: non litteras volui: ſi non prolixiores litteras mihi miſeris, non legam: prolixiſſimas expecto: optime de me ſperare cum omnibus non deſinas. Res in vado. Cum iterum ſcripſero (ſcripſero autem non, niſi ad litteras tuas reſponſum) multa eaque ſeria. Dominum HELTERVM (male *Hellerum*) ſaluta, qui, ſi me odit: dic me alium eſſe: ſi tum quoque: perſonam ipſum odiſſe: non vitia: hominem eſſe: non Chriſtianum dicas: vno verbo Dn. BERINGERVM et Dn. QVINTVM (aliud nomen *neſcio*) Literas ipſorum me expectare referes. Dab. 6. Id. *Nou. Smigliae* a. 1592. A tui amantiſſimo et obſeruantiſſi-

tiſſimo, VALENTINO SMALCIO *Gothano.* P. S. Litteras ſic perferes: Mercatorum noſtrorum alicui ituro *Lipſiam* concede, deferri roga in aedes Dn. *zur gulden Roſen* ad ſtudioſum ibi habentem GREGORIVM GYNEVM.

A. 1593. ipſe itinere in patriam inſtituto, matrem viduam *Gotha Smigliam* menſe Ianuario duxit, quae a DVDITHII coniuge, ELISABETA de ZBOROW DVDITHIA, quam SMALCIVS optimam benefactricem ſuam praedicat, humaniſſime excepta ac ſuſtentata. Eodem anno menſe Aprili *iterum Lipſiam* profectus, in ipſam quoque patriam profecturus, adducendae etiam ſororis germanae, OSANNAE cauſſa; ſed *Lipſiae* a quibusdam mercatoribus Gothanis monitus, pedem retulit. Iuxta munus ſcholaſticum, coetui quoque ſermonibus habendis et populo inſtruendo operam praeſtitit; hanc enim ſine dubio ob rationem ipſe et VOIDOVIVS in *actis MSSCC.* Synodi Smiglenſis a. 1594. *Catechetae* vocantur. Eodem anno vxorem duxit virginem nobilem AGNETEM BLECHOVIAM, cuius pater alias WOTOWSKI, ſed a praedio, quod tenuit, *Blechow* cognomen tulit, quae iſto tempore Dnae DVDITHIAE famulabatur, quod ipſe in *Diario ſuo* l. c. p. 1166. narrat.

Smigliae cum F. SOCINO commercium habuit epiſtolicum, qui a. 1595. d. 14. Febr. ad eum epiſtolam dedit, hac inſcriptione: *Pietate atque eruditione ornatiſſimo iuueni, Domino* VALENTINO SMALCIO, *Smiglenſis ſcholae Rectori, amico et fratri in Chriſto chariſſimo.* Epiſtola inter alia haec habet: "Quod Smiglenſis veſter coetus minuatur, id non ſine aliorum coetuum augmento et commodo fiet, vobisque apud exteros minorem inuidiam conciliabit. Quare non eſt, quod vos hoc damnum veſtrum admodum adfligat." Vid. *Opp.* SOCINI T. I. f. 459.

A. 1598.

A. 1598. minister coetus *Lublinensis* constitutus est, in quem locum die 14. *Iulii* cum vxore et liberis peruenit. Non igitur post Rectoratum Smiglensem, primum *Racouiae* ministri munere functus est, quod *Sandius* perhibet. Successerat *Lublini* CZECHOVICIO ab officio remoto CHRISTOPH. LVBIENIECIVS, qui vero pastoratum Lublinensem ea in se suscepit conditione, vt SMALCIVS ipsi concederetur collega. Scribit hac de re ad eum F. SOCINVS d. 31. *Augusti* 1598. in *Epp.* p. 521. "Quod fratres dignum te iudicauerint, qui socius sis CHRISTOPH. LVBIENIECII in Ecclesia Lublinensi regenda, id mihi vehementissime probatur. Non erit labor iste tuus, praesertim cum tali socio, supra vires tuas." Variisque praeterea eum instruit monitis, vt semet magis magisque idoneum reddat ad congrediendum in hac statione cum aduersariis. Quid hoc loco in commodum coetus sui egerit, in varia loca hinc cum aliis saepe ablegatus; inter alia a. 1600. in Synodo Neogardiensi, quae aduersus Iudaizantes *Franc. Dauidis* et BVDNEI asseclas celebrabatur etc. in *Hist. Socin. Pol.* ex *actis MSSCC.* enarrabimus, quemadmodum in *Hist. Socin. Pruss.* ex iisdem exposuimus, quae a. 1603. cum ex decreto Synodi coetus circa *Gedanum* visitaret, peregerit.

A. 1605. mense Octobri *Racouiensis* coetus minister constitutus, cui quidem muneri iam a. 1604. mense *Maio* in Synodo Racouiana, testantibus *actis MSSCC.* designatus erat; sed ad preces coetus Lublinensis, huic adhuc per aliquod tempus commodatus est minister. Ex hoc tempore IAC. SIENINIVS eundem *Pastorem suum* appellare consueuit, quod ex eiusdem dedicatione *tract. Smalciani de diuinitate Christi* animaduertimus. Qua ratione hoc loco, praeter negotia ministerii Racouiensis, visitandis

tandis coetibus Antitrinitariis, inſtituendaeque partim cum *Mennonitis*, partim cum *Reformatis* vnioni, praecipue in Synodo Reformatorum Lublinenſi a. 1612. ſuſcipiendisque cum variis aduerſariis certaminibus, operam nauauerit, alio loco fuſius explicauimus. *Vid.* ANDR. CAROLI in *memor. Eccl.* Saec. XVII. T. I. p. 297. A. 1615. iter in Belgium, vna cum VOLKELIO, ex decreto Synodi ſuſcepit, ad viſitandum fratres Belgicos. *Vid. Diarium* l. c. p. 1203. Tandem obiit a. 1622. d. 8. Dec. *Racoviae*, de quo obitu ita Io. CRELLIVS in epiſtola ad RVARVM d. 28. Ianuar. 1623. data ſcribit: "Credo te ex itinere reuerſum etiam antequam has accepiſſes litteras, de morte *Reuerendi viri* Dn. VALENTINI SMALCII audiuiſſe, itemque de obitu Dn. BENEDICTI WISSOWATII, quorum hic e viuis exceſſit 4. *Decembr.* anni ſuperioris, ille octaua, hoc eſt poſtridie eius, qua a nobis diſceſſiſtis. Cras ſummo mane Deo volente, ego cum STATORIO noſtro ad ſepulturam D. WISSOWATII p. m. proficiſcor. Conſtitutum erat a fratribus, vti vna D. SMALCII p. m. corpus humo mandaretur; ſed vxor ipſius vidua, ad primam, quae Racouiae ſit habenda congregationem rem diſtulit." Complures ex vxore ſua procreauit filios filiasque, quorum tamen illi mature et in prima infantia obierunt. Filia eius primogenita CHRISTINA miniſtro GROTKOVIO nupta, patre adhuc viuo defuncta. Vid. *Diar.* l. c. 1198. Habuit VALENTINVS noſter fratrem ſeniorem ex priori patris coniugio natum, cui quoque VALENTINO praenomen, qui ad fratrem in Poloniam conceſſit iam octogenarius a. 1615. ibidemque a. 1620. diem ſuum obiit. In ſcriptis SMALCII ſingularis equidem eius facundia et perſpicuitas elucet, aſt quoque dicacitas et impudentia, non obſcura temperamenti cholerici exce-

dentis

dentis indicia, a quibus, vt plurimum SOCINVS ipſe cum reliquis aſſeclis ſuis abſtinuit. *Reimannus Cat. Bibl.* p. 647. inquit: *Oſtorodus* Optimum doctrinae Socinianae compendium nobis dedit: Syſtema theticum *Volkelius*, polemicum *Smalcius*, qui auctor doctrina et ingenii acumine et diſputandi ratione *Socino* par, ſola orationis dulcedine eidem impar exiſtimandus videtur; perſpicuitate fortaſſis ſuperior. Priora ſcripta ab ipſo edita SOCINO ad reuidendum, et vt in iisdem induceret limam, transmiſit, cuius quoque ſimia fuit in ſtilo exornando, quod epiſtola tertia SOCINI ad SMALCIVM data, in *Opp.* SOCINI T. I. f. 459. teſtatur. Fuiſſe eundem ſuperbum, conſiliorum ſuorum maximum aeſtimatorem, peruicacem, et grandiloquum, haud pauca euincunt documenta, quorum quaedam in recenſione ſcriptorum explicabimus. Tanta in eo fuit perſuadendi vis, vt quam plurimos eadem ad partes coetus ſui traxerit, et ad beneficentiam erga ſemet ipſum opibus valentes commouerit. DAN. CLEMENTINVS in *praefat. ad Antilogg. et abſſ. Socinit.* inter alia refert, quod vita excedens, Phreneſi exſtinctus, *patrimonium* 20000 *flor.* ſuis reliquerit. Vtrumque SCHLICHTINGIVS in *refut.* CLEMENTINI p. 24. inficiatur; nihil tamen in contrarium adfert, quod illius relationem euertere ac falſi accuſare poſſit. Quanta in exiſtimatione SMALCIVS apud ſuos fuerit, haud pauca euincunt teſtimonia. PEVSCHELIVS in *ep.* ad Io. CRELLIVM a. 1614. ex Academia Ienenſi ſcripta, apud ZELTNERVM l. c. p. 340. inquit: "De lucubrationibus reuerendi et eruditiſſimi Domini SMALCII, Domini praeceptoris, fautoris et fratris in Domino honorandiſſimi, quod ſcribis, quis eſt, qui non inter nos gaudeat? Quem virum, vt Deus Optimus Maximus Eccleſiae longe lale-

que

que per Belgium et Germaniam renaſcenti et refloreſcenti ſaluum et ad Neſtoreos annos incolumem conſeruet, deuoto pectore a nobis eſt exorandus." Omnia VAL. SMALCII ſcripta, ſeparatim Racouiae excuſa, inter rariora ſunt numeranda, praecipue cum vix vlla eorum editio alio loco lucem viderit, nec collectio in *Bibliotheca FF. PP.* ſit facta.

SCRIPTA:

1. *De diuinitate Ieſu Chriſti, liber editus a* VALENTINO SMALCIO, *Gothano, coetus Racouienſis miniſtro. Col. II. 9. In Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Racouiae, typis* SEBASTIANI STERNACII 1608. 4. pl. 20. ſeu *pagg.* 153. et *dedic.* 4. Concinnauerat ſcriptum hoc auctor cum adhuc Scholae Smiglienſi praeeſſet, lingua germanica, in qua etiam primum lucem adſpexit, ſub hoc titulo: Wahrhafftige Erkláhrung auß Grund der H. Schrifft von des Herrn J. C. Gottheit. Phil. II. 9. 10. 11. *Racouiae* 1593. 8. pl. 7. et in 12. Eſt illud omni cura callidaque circumſpectione exaratum, inter palmaria familiae Socinianae referendum, quo auctor ſibi ſcopum praefixit, iuxta pugnam aduerſus orthodoxam doctrinam, pro coetu ſuo apologiam orbi exponere; quod idcirco *polonice Racouiae* 1608. 4. ſub tit. *O Boſtwie Chryſtuſa Pana etc.* i. e. *de diuinitate Chriſti Domini etc.* et iterum *germanice* vna cum F. SOCINI tract. *de autoritate S. Scr.* prodiit hac inſcriptione: Von der góttlichen Hoheit Jeſu Chriſti gründlicher Bericht auß Gottes Wort, durch einen Liebhaber der Wahrheit gezogen. Col. II. 9. In Chriſto wohnet die ganze Fülle der Gottheit leibhafftig. Gedruckt im Jahr Chriſti 1627. 8. *pagg.* 479. vel *Alph.* 1. pl. 7. Textus huius editionis

magis

magis conuenit cum verſione latina, quam cum prima originali germanica; editor quoque in breui praefatione notauit verſionem hanc, ex latina paulo liberius ſecundum ſenſum auctoris eſſe factam. Diſcrimen quoque eſſe inter latinam et polonicam verſionem ſuſpicamur, quia DAN. CLEMENTINVS l. c. *fol.* M. 1. b. ad polonicam, et paulo poſt *fol.* M. 2. b. ad latinam prouocat, qui in reliquis citationibus *fol.* G. 2. G. 4. b. K. 1. b. polonicam editionem allegauit. Latinae verſioni praemiſſa eſt dedicatio IACOBI SINNIESKI (ita h. l. nomen eius ſcribitur) a SIENNO, *Palatinidae Podoliae, ad Regem Polon.* SIGISMVNDVM III. ſcripta 1608. 20. *Nouemb.* in qua ita inquit: "Cum nuper libellus de Chriſti diuinitate conſcriptus, eſſet mihi *a Paſtore meo*, viro cumprimis pio et litterato, oblatus, in quo, pro Maieſtate quidem rei breuiter, attamen luculenter ſatis, quibus in rebus ſita ſit cognitio *Ieſu Chriſti*, idem diſſeruit; eaque re nihil maius, nihil pretioſius apud animum meum eſſet, nihil prius, nec antiquius iudicaui, quam vt eum S. R. M. V. offerrem — — — verum etiam id potiſſimum incendit, vt S. R. M. V. eo libello, quantum licuerit per grauiſſimas Regni et Reipubl. occupationes, lecto, perſpiceret et cognoſceret, quantum nos a blasphemando *Chriſto* Domino et Deo noſtro, quod identidem aduerſarii noſtri calumniantur, abſimus etc." Poſt introductionem, libri, qui XXV. capitibus abſoluitur, argumentum exponitur, et admonitio ad lectorem eidem finem facit. Belgica verſio prodiit vna cum verſione tractatus F. SOCINI de auctoritate S. Scripturae, ſub hoc titulo: Tractaet van de Auctoriteyt der H. Schrifture. Eerſt in't Italiaens beſchreven, door *Fauſtus Socinus*

cinus van Siena. Nader hant in't Latiin ende Francois getranslateert. Mitsgaders het Boeck van de Goddelyckheydt onses Heeren Iesu Christi. In't Latyn uytgegeven, door *Valentinus Smalcius van Gotha*, Leeraer der Gemeynte tot Rakaw in Polen. Beyde getrouwelyck verduytscht, (addidit manus vetusta exemplari, quo vtor: door *Doerck Raphael Camphuysen*, Remonstranten) uyt de Jongste Latynsche Editien Gedruckt tot Rakaw by Sebastian Sternatzki. 4. Tractatus Smalcii hunc peculiarem prae se fert indicem: V. S. v. G. (*Val. Smalcius van Gotha*) Tractaet van de Goddelyckheydt des Heeren Iesu Christi. Eerst in't Latyn uytgegeven, door *Valentinus Smalcius*, Leeraer der Gemeynte tot Rakaw in Polen. *Col.* II. 9. Jn Christo woont de geheele Volheydt der Goddelyckheydt lichamelyck. Gedruct Int Jaer ons Herren, 1623. 4. pagg. 212. Plagularum notae connumeratae sunt cum F. Socini tractatu a litt. M. ad Pp. paginae vero ab initio incipiunt. Versioni huic dedicatio IAC. SIENINII praemissa, illique adtexta est, p. 203-212. alia scripti eiusdem auctoris versio, quod N. 12. recensebimus, sub tit. Uytbreydende Verkleringe over den Aenvanck vant eerste Capittel des Evangeliums Ioannis. Vid. sub FAVSTO SOCINO.

Librum cum aliis sub examen vocarunt 1) IO. PAVLIN. FELWINGERVS, sub tit. *Solida et in Scripturis S. fundata demonstratio verae et ab aeterno Iesu Christi cum Patre suo coessentialis diuinitatis*, *contra* IEREM. FELBINGERVM, VAL. SMALCIVM, ANTI CICHOVIVM, ION. SCHLICHTINGIVM, F. SOCINVM, IO. CRELLIVM, GE. ENIEDINVM, CHRISTOPH. OSTORODVM, AVTOREM IRENICI IRENICORVM, *aliosque Deitatis ab aeter-*

no I. C. hostes, Photinianos. Altorff. 1663. 8. et 2) Io. CLOPPENBVRGIVS *in Anti-Smalcio de Diuinitate I. C. Franeck.* 1652. 4. et *Tom. II. Opp.* CLOPPENBVRGII, *Trai. ad Rhen.* 1708. 4. Huic refutationi liber SMALCII adtextus est. *Vid.* FABRICII *Hist. Biblioth.* P. V. p. 20.

2. *Epistola ad* M. GVIPERTVM, Conrectorem scholae Gothanae, scripta *Smiglae* 1592. quam paulo ante inseruimus.

3. *Epistola ad Theologum quendam Saxonicum, scripta Idibus Martii* 1593. in qua thrasonice scribit: *Si non responderis, respondere te non potuisse putauero: et tuto.* Meminit epistolae huius D. ALB. GRAVERVS, *in examine praecipuarum Sophisticationum recent. Photin. in explicat. Cap. I. ad Hebr.* P. II. *Quaest.* 1. *thes.* 7. p. m. 132. qui eandem ipse in manibus habuit.

4. *Responsio breuis et simplex ad libellum* D. CHRISTOPH. PELARGI *pro trino et vno Deo contra nouos Arianos, toti orbi Christiano ignotos.* Defensio haec est tractatus FAVSTI SOCINI, cui titulus: *De Deo, Christo et Sp. S. siue argumenti pro Trino et vno Deo, omnium potissimi, aut certe vsitatissimi examinatio;* cui PELARGVS opposuerat 1593. *breuem responsionem, s. Antithesin etc.* De vtroque et SOCINI et PELARGI libro vid. sub F. SOCINO. SMALCIVM responsionis breuis et simplicis esse auctorem, non vana est coniectura.

5. *Concio, quam habuit Racouiae* 1605. 19. Maii in funere PETRI STATORII *Iun.* et CHRISTOPH. BROCKAII (*Scholae Racou. Rect. primi*) ex *Io. X.* 21-28. polon. *MSC.* V. *Diarium* SMALCII l. c. p. 1179.

6. *Catechesi, vulgo Racouiensi dictae, complectenti Confessionem Fratrum Polonorum Vnitariorum, ipse cum* HIERON.

HIERON. MOSCOROVIO, post F. SOCINVM et PET. STATORIVM *Iun.* insudauit. SANDII haec relatio est l. c. p. 100. Ipse SMALCIVS in *Diario* l. c. p. 1179. ad a. 1605. scribit: 25. *Aprilis coepimus Catechesin componere*, EGO, STATORIVS, MOSCOROVIVS et VOLKELIVS; et in dedicatione refutationis thesium D. *Wolffg. Franzii*, Academiae Wittebergensi scripta iterum SMALCIVS inquit: *Breuem et succinctam eorum, quae nostris Ecclesiis Deus patefecit, in Catechesi comprehensam Confessionem antea sub illustri nomine vestro prostare volui.* Sed de hoc opere Catechetico in *Hist. Socin. Polon.* ex *Act. MSSCC.* fusius exposuimus.

7. Od Szlachćica Polskiego zawstydzenie X. *Skargi.* W Rakowie. i. e. *Per Nobilem Polonum pudefactio* PET. SKARGAE, *S. Animaduersiones in eius librum, cui titulus: Pudefactio Arianorum, Racouiae* 1606. 4. Vid. sub HIERON. MOSCOROVIO N. 34. p. 515. Alius liber, similem prae se ferens titulum, a nobis N. 38. citabitur.

8. *Aduersus Hutterianos, S. Morauienses* COMMVNISTAS, *scriptum, in gratiam* GEORG. HOFFMANNI, *ciuis Smiglensis. Raçou.* 1606. 28. *Aug.* MSC. german. De Communistis, a bonorum communione ita dictis exposuimus in *Hist. Socin. Polon.* Eorum partes propugnauit ZWICKERVS aduersus SMALCIVM. Idem ZWICKERVS cum RVARO de illis commercium instituit epistolicum, in RVARI *Epp. Cent. I.* ep. 70 - 74.

9. Rozbieranie Slow Pana Iezusa, *Matthaei* XXVIII. 18. w Rakowie. 1607. i. e. *Dissectio s. Analysis verborum Dni Iesu Matth.* XXVIII. 18. *Racouiae* 1607. 4. Scriptum continet refutationem Sermonis a P. SKARGA, festo S. Trinit. *Cracou.* 1604. pro concione habiti,

qui eiusdem Postillae polon. insertus, et tractatui polon. Zawstydzenie Aryanow 1605. adtextus est.

10. *Liber Psalmorum* DAVIDIS et *hymnorum s. cantilenarum, quo Fratres Poloni in Ecclesiis suis vtuntur, editus Racouiae* 1610. 12. et 1625. 12. ab ipso potissimum concinnatus est. Ita SANDIVS recenset. *Vid.* sub STAN. LVBIENIECIO, *Iun.* N. 9. p. 454. sub *Io. Preussio* N. 2. p. 650. sub SAM. PRZYPCOVIO N. 34. p. 693. et sub IO. STATORIO N. 9.

11. *Dedicatio* F. SOCINI *Praelectionum theologicarum, inscripta Academiae Heydelb.* et subscripta *Racouiae Polonorum* 1609. Cal. Sept. *Valentinus Smalcius Gothanus, Ecclesiae Racouiensis minister.*

12. Krotki Wyklad na poczontek Ewanieliey Iana Swiętego. W Rakowie 1607. 4. 1613. 4. i. e. *Breuis explicatio initii Euangelii* S. IOANNIS. Versio libelli huius germanica prodiit sub tit. Kurtze Außlegung über den Anfang des Evangelii des Heiligen Johannis. Durch eine Unterredung gestellet, für vier Jahren in Polnischer Sprache, nun aber auch in Deutscher, durch VALENTINVM SMALCIVM *Gothanum*, Lehrer der Gemeine zu Racau in klein Polen. Gedruckt zu Racau im Jahr Christi 1611. 8. *pagg.* 32. Cum vix alia totius Codicis S. pericopa magis obstet caussae Socinianae, quam Euangelii Ioannei exordium, hinc tot virorum huius coetus in illam tentamina exegetica in lucem protrusa. Breuis praefatio exiguae molis operi praemissa, scripta est *Racouiae* 25. *Decemb.* a. 1611. Excipit praefatiunculam versio priorum 18. commatum *Cap. I. Euang. S. Io.* germanica, et hanc explicatio per quaestiones et responsiones adornata. Christum vocari λογον auctor perhibet, quia voluntatis diuinae inter-

interpres fuit, et per ipſum Dei verbum mundo huic notum factum. *Filium Dei* eundem dici, propter eminentiam et praerogatiuas, prae aliis Dei filiis; *Vnigenitum*, quia nullum alium Deus adeo dilexit et exaltauit. Per *initium*, quo fuit λογος, initium Euangelii intelligit, cum *Ioannes* baptizans munus ſuum auſpicaretur. Quae SMIGLECIVS oppoſuit, et qua ratione aduerſus hunc SMALCIVS libellum ſuum defenderit, infra N. 21. recenſebimus. Scripti huius verſionem belgicam prodiiſſe 1623. 4. ſupra N. 1. notauimus.

13. *Annotationes in totum N. T. excepta Apocalypſi coeptae ſcribi* 1612. 11. *Maii* III. *Volum.* 4. MSC. notante SANDIO l. c. p. 102. easdem poſſidebat Io. HARTIGVELDIVS, *Roterodami.* Peruenerunt deinde ad SAMVELEM CRELLIVM, a quo easdem, propria auctoris manu ſcriptas obtinuit D. IABLONSKI, *Prof. Theol. Acad. Francof.* Vid. *Catalogus Bibliothecae Iablonski Francof. ad Od.* 1757. *Sect.* VI. p. 28. Succinctas has annotationes et analyſes in libros N. T. vt concinnaret SMALCIVS ſaepius in Synodis excitatus eſt. Videntur quoque prelo fuiſſe paratae. Hinc in Synodo 1620. ipſi iniunctum, vt, quam primum illas prelo commiſerit, in concinnando pleno Commentario in Euang. S. MATTHAEI, quem iam auſpicatus erat, pergeret, et vt eundem laborem in reliquos N. F. libros impenderet, ipſum Synodus admonuit. De his SMALCII analyſibus GITTICHIVS in epiſtola ad illum datis diſſeruit Vid. ſub GITTICHIO epiſtola IX. p. 400. In Conſeſſu a. 1663. Cruciburgi in Sileſia habito, ſtatutum eſt, vt SMALCII commentarii in *Euang.* S. MATTHAEI et *epiſtolam* S. PAVLI ad *Galatas*, fratribus Belgicis, illos videre cupientibus transmitterentur.

14. *Defensio breuis Anonymi cuiusdam de ecclesia et missione ministrorum tractatus, aduersus responsionem* ANDREAE MIEDZIBOZ (*Miedzybofzii*) a THEOPHILO NICOLAIDE *ante annos quinque conscripta, nunc autem edita. Racouiae* 1612. 8. *pagg.* 184. sub *Theoph. Nicolaides* nomine *Smalcium* latere, indubitatum est. V SANDIVS p. 102. In pagina titulum excipiente, longior haec inscriptio, quae simul praefationis breuioris loco ansam huius scripti exponit, legitur: *Defensio breuis anonymi cuiusdam, qui est* FAVSTVS SOCINVS, *de ecclesia et ministrorum missione tractatus aduersus responsionem* ANDREAE MIEDZYBOZ. *Duobus breuiusculis, vno de ecclesia, altero de missione ministrorum tractatibus, nuper a nostris in lucem editis*, ANDREAS *quidam* MIEDZYBOZ, *sex capita responsionum opposuit, quibus se totum illud, quod in istis tractatibus continetur, funditus euertisse credidit, adeo, vt nostram breuem demonstrationem, longam delirationem esse pronunciare non dubitauerit* (*). *Hoc, an ita se habeat, nec ne, pio et prudenti lectori iudicandum proponimus, per ea, quae breuiter ad illius responsionem, Deo iuuante, allaturi sumus.* In fine libri p. 184. notatur annus 1607. Scriptum hoc apologeticum libri de eodem argumento a F. SOCINO concinnati, iudice REIMANNO in *Biblioth. Theol.* p. 658. non ineptum et ad Pontificiorum acies disturbandas peraccommodatum; sed spinosum et mordax, et cum aculeo facetum.

15. *Tractatus de ecclesia et missione ministrorum* R. D. ALBERTI BORKOWSKI, quo SOCINVM cum THEOPHILO impu-

(*) *Ad breuem cuiusdam de Ecclesia et ministris demonstrationem, verius autem longam delirationem*, ANDR. MIEDZYBOZ *responsio. Colon. ap.* IO. CRITHIVM. 1607. 8.

impugnare, et MIEDZIBOZIVM *defendere conatur:* BREVIS REFVTATIO. *Scripta ab eodem* THEOPHILO NICOLAIDE, *mense Martio, anni* 1614. *Racouiae typis Sternacianis.* 4. *pagg.* 128. vel *plagg.* 15. Libri huius, nec non prioris argumentum in breui praefatione ad lectorem ita exposuit auctor, quem nonnulli perperam VOLKELIVM putarunt, qui vero sine omni dubio VAL. est SMALCIVS: "FAVSTVS SOCINVS, nemini Theologorum, multiplici et solida rerum diuinarum scientia et pietate, secundus, dum in viuis esset, breuem, ante multos annos tractatum conscripserat, qui, ipso defuncto, in publicum fuit editus, quo neruose, vt solet, ostendit, quaestionem de ecclesia, quaenam, siue apud quos sit, non esse necessariam: Hunc refutare conatus est ANDREAS MIEDZIBOZIVS: Huic refutationi ego defensionem opposueram ante septem annos, quam a. 1612. demum certis de caussis edidi. Hanc defensionem R. D. ALBERTVS BORCOVIVS impugnandam suscepit. Quae, qualis sit, ex hac responsione cognosces. Nunc, quid in praefatione sua dicat, expende. SOCINVM Arianam impietatem in hisce partibus non parum promouisse, ait, et eum Arianorum RABBINVM appellat, quem Arianum esse, nemo hactenus docere potuit: imo alii aduersarii Arianum esse negant. Credere se ait, quod ideo sine nomine tractatum suum ediderit, quod eum ineptiarum suarum suppuderet. Tu vero, lector, ipso iam mortuo eum excusum esse, scito; et magnas viros doctos caussas habere, quare suppressis nominibus interdum scripta sua edant, nec ipse, vt credo diffitebitur BORCOVIVS. An vero sint ineptiae, quod tractat SOCINVS, tempus, veritatis pater, docebit. Reliqua sino. Li-

 berum

berum enim est BORCOVIO credere, an ante annos quinque scripta fuerit defensio mea, dummodo reuera ita se habeat. Tu vero, Candide lector, eorum, quae occasione huius quaestionis de Ecclesia et missione ministrorum dicuntur, eum vsum esse persuasum habe, quo vix alius hoc tempore potior esse queat. Hic enim modus est asserendi solius Sacrae Scripturae, in controuersiis de religione, authoritatem, quae, quam diu non asseritur, perpetuo errandum est. Itaque remoto praeiudicio lege, et quod bonum est, tene. Vale."

In ipsa refutatione, auctor ordinem sequitur, quem tenuit BORCOVIVS, cuius scriptum in XI. capita diuisum quoad singula momenta persequitur.

Sub nomine ANDR. MIEDZIBOCII et ALBERTI BORCOVII, vnum eundemque Scriptorem latere, nimirum ALBERTVM ROZCISZEWSKI, (*) *Soc. Ies.* qui a patria

(*) Occasione ALBERTI ROZCISZEWSKI, *S. I.* quaedam notare iuuat, ad historiam Eccles. Thoruniensem et illustrationem ab *Hartknochio* l. c. p. 920. dictorum facientia, quae *Celeb.* SCHOENWALDI, *Professoris olim Gymn. Thorun.* MSCto saepius allegato debemus. Scripserat ROZCISZEWSKI, vt Ordinem suum aduersus literas op[ida] Thoruniensis ad comitia prouincialia Szrodensia et Proszouiensia datas occasione tumultus, ad solemnem ambitum et pompam Pontificiorum, a plebe excitati, defenderet, *Orationem ad Senatum Equitesque Polonos*, in qua refelluntur ea, quae in Conuentu tam Proszouiensi, quam Szrodensi Thorunienses Iesuitis obiecerant. 1614. 4. Vid. PLACCII *Anon.* N. 843. (e) p. 154. Nomine Thoruniensium anonymus quidam opposuit ROZCISZEWSKIO: *Patrocinium veritatis literarum Thoruniensium contra orationem etc.* (Schutzrede der Warheit, so in derer von Thorn, an die zu Szroda und Proszewitz gehaltene Zusammenkünfte abgeschickten Schreiben enthalten. Gestellet an die Herren Senatoren und löbliche Ritterschaft in Polen: wider eines Jesuiten ohne Nahmen pasquillische und ehrenrürige Oration. 1614. 4. pl. 10. Scripto huic ex parte Iesuitarum opposita sunt: 1) CASP. CICHOCII, *S. I.* *antidotum, quo Thoruniensium calumniae in Patres S. I. refelluntur.* Vid. STAROVOLSCII *hecatont., Scriptorum polon.* p. 94. 2) GEORG. TYSZKIEWICII, *S. I.* *Responsio ad libellum famosum Anonymi Thorunen-*

tria *Borkow* Masouiae vrbe alterum nomen adsciuit, BAVMGARTENIVS in *recens. Biblioth. Hal.* T. VI. p. 395. ex PHIL. ALEGAMBII *Biblioth. scriptorum Societ. Iesu* p. 10. obseruauit. Vid. PLACCII *Pseudon.* N. 843. (β) et N. 1616.

16. *Scriptum, quod simul cum* HIERON. MOSCOROVIO *Mennonitis Dantiscanis* tradidit: in quo hos ad vnionem cum Fratribus Polonis ineundam sollicitant, modumque, quo id fieri possit, ostendunt. A. 1612. 21. *April.* MSC. *polon.* Et Scriptum hoc, et quod *Mennonitae* ad illud regesserunt, in extenso ex *actis MSSCC.* aliquando exhibituri sumus in *Hist. Socin. Polon.*

17. *Responsio ad librum* MARTINI SMIGLECII, IESVITAE, *Theologiae Doctoris, cui titulum fecit*, NOVA MONSTRA NOVI ARIANISMI, *auctore* VALENTINO SMALCIO, GOTHANO, *coetus Racouiensis, ministro. Racouiae, typis Sternacianis. Anno* 1613. 4. *Alph.* 1. *pl.* 16. seu *pagg.* 307. *dedic.* et *praef.* 9. Librum hunc auctor inclytarum vrbium regiarum, *Thorunii, Elbingae* et *Gedani Senatoribus* peculiari epistola scripta *Racouiae* 13. *Calend. Decembr.* 1613. dicauit, qua coetum suum, ecclesiae Euangelicae et per LVTHERVM huiusque cooperarios reformatae, longe praeponit, eandemque ecclesiae renascentis esse conditionem, quae nascentis arbitratur, quatenus non vno actu omnes veritates cognitae ac manifestatae fuerint. Circa finem ita coetum suum commendat: " Non Deum, non Christum,

 aut

runensis; PATROCINIVM *inscriptum, etc. Cracou.* 1616. 4. et 3) ROZCISZEWSKII (qui tamen nomen suum occultauit) *Responsio ad calumnias cuiusdam, qui Patrocinium Thoruniensium contra Iesuitas susceperat.* V. PLACCIVS *Anon.* N. 843. (δ) et *Illustr.* IOS. ANDR. ZALVSCII *Conspectum etc.* p. 33. seqq. N. 208—211.

aut eius religionem, ſed varias, quae circa Deum, Chriſtum, Spiritum S. et alia ſanctiſſimae religionis Chriſti myſteria, in eccleſiam iſtam corruptam pontificiam irrepſerunt opinationes impugnamus et ex mentibus hominum euulſas cupimus. Quarum opinationum, quia bona pars refutata eſt in hoc libello, vobis iſta ego, *viri magnifici et ampliſſimi*, conſideranda, et ad verbum Dei examinanda proponere non dubitaui." Continet liber, 33. capita, et in fine legitur: *Racouiae* die 18. *Decembr.* 1612. Plerumque SMIGLECIO ſuperior ſtat SMALCIVS, quamuis ideo de veritatibus oppugnatis victoriam non reportauerit. Tumidam auctor de ſcripto ſuo habuit perſuaſionem, vt non ſolum crediderit, *Ieſuitas* WVIECKVM, SKARGVM, SMIGLECIVM confeſſuros eodem ſe in fugam datos eſſe, ſed etiam auguratus, reliquos aduerſarios non amplius Socinianorum ſyſtema depugnaturos eſſe, cum viderint, tantos belli duces proſtratos. REIMANNVS in *Catal. Bibl.* p. 645. ita de hoc libro iudicat: Nondum auditum, ſane infrequens erat nomen Socinianorum, cum librum ſub tit. NOVA MONSTRA NOVI ARIANISMI ſcriberet SMIGLECIVS; cui dum reſponſionem parat SMALCIVS, ita decertat cum aduerſario, vt minorem oſtendat orthodoxiam in S. Scriptura interpretanda, et Theologiae decretis antiquis tollendis, nouisque ſtatuminandis; ſed maiorem animi moderationem in diſputando, et candorem, imo et perſpicuitatem maiorem in eloquendo et peroranda cauſa. SMIGLECII ſcriptum, cui DAN. CLEMENTINVS l. c. *fol.* I. 2. ſolidae eruditionis laudem tribuit, hunc fert titulum: *Noua monſtra noui Arianismi*, ſ. *abſurdae haereſis a nouis Arrianis in Poloniam importatae. Colon.* 1612. 4.

SMIGLE-

SMIGLECIVS S. I. Theologus non indoctus, sed perpugnax in disputando et verbosus fuit et sibinet ipsi magnus et eximius visus cum obtrectatione eorum omnium, qui ab ecclesia Romana dissentirent. Laudatur in eo eruditio non mediocris, styli elegantia, disputandi ordo et perspicuitas. Inprimis certaminibus cum Socinianis *F. Socino*, *Io. Licinio*, *Pet. Statorio*, *Iun. Smalcio* et *Moscorouio* inclaruit. Falso perhibetur ab *Adelto* l. c. nomen habuisse a patria Smiglae oppido, *vid. Lauterbachius* l. c. p. 278. cum potius *Leopoli* (Reusschlemberg) a. 1561. natus fuerit. *Ruarus* in epistola ad PEVSCHELIVM 1614. scripta, *epp. Cent.* II. N. 17. de eodem inquit: "Quod vir fuerit aetate iam senili, procerus, macilentus et adspectu satis religiosus, in sermone patrio, quemadmodum alii referebant, non perinde comptus." In eo RVARVM SMIGLECII adspectus fefellit quod eum a. 1614. senio iam prouectum iudicauerit, cum a. 1618. *Calissiae* defunctus, 56. tantum annos natus esset. V. ALEGAMBII et SOTWELLI, *Bibl. scriptorum S. I.* BAYLII Diction. tit. SMIGLECIVS, FABRICIVS l. c. P. II. p. 77.

18. *Refutatio Disputationis de Spiritu S. quae hoc anno in Academia* IENENSI *habita est*, *Praeside* ALBERTO GRAWERO, *Theologiae ibidem Doctore et Prof. Scripta a* VALENTINO SMALCIO *Gothano. Racouiae* 1613. 4. pl. 3½. seu *pagg.* 25. GRAVERI *disputatio* inserta est eiusdem *Cent. I. illustr. quaest. Theolog. etc. Dispp. X. propositarum, et* CONRADO VORSTIO *et Photinianis maxima ex parte oppositarum*, *Ienae* 1617. 8. N. 7. p. 141. SMALCIVS in praefatiuncula Refutationi suae praemissa lectores ad alios coetus sui libros magno numero iam editos, inprimis ad *Refutationem suam thesium* FRAN-

zii ablegat, quae circa idem tempus iam prelo parata erat, et anno ſequente lucem vidit. "Quia tamen rogatum fuit (ita auctor ſcribit) quemadmodum nobilis quidam adoleſcens ad nos perſcripſit, vt aduerſus iſta, quae GRAVERVS et alii inexpugnabilia eſſe putant, aliquid a noſtris ſcriberetur, — — — nolui veritati oppugnatae deeſſe, et in gratiam popularium meorum, hunc quantulamcunque laborem — — — libens in me recepi, ſperans fore, vt veritas, quanto magis oppugnatur, tanto rectius omnium ſeſe oculis et mentibus inſinuet." REIMANNVS l. c. iudicat, quod ex hac SMALCII refutatione intelligi poſſit, quemadmodum dicendo fieri poſſit, vt cauſſa inferior, videri queat ſuperior.

19. *Reſponſio ad ſcriptum* HERM. RAVENSPERGERI, *S. Theol. Doct. Eccleſiaſtis et Profeſſoris Steinfurtenſis, cui titulum fecit:* PAR VNVM SOPHISMATVM SOCINIANORVM AD AMVSSIM VERITATIS EXAMINATORVM. *Cui addita eſt refutatio eorum, quae ad hos locos ſpectantia ſcripſerunt* IACOBVS *ad* PORTVM, *S. S. Theol. in Academia Lauſanenſi Profeſſor, in defenſione orthodoxae fidei, et* GEORGIVS ROSTIVS, *S. S. Theol. C. in refutatione catecheſeos noſtrae germanicae, conſcripta a* VALENTINO SMALCIO, *Gothano, coetus Racouienſis miniſtro. Racouiae, Typis Sternacianis.* Anno 1614. 4. *pagg.* 58. RAVENSPERGERI ſcriptum *Steinfurti* impreſſum *Vindicias dictorum Io.* VIII. 58. et X. 30. *aduerſus corruptelas Socinianorum* continet. Opuſculum SMALCII SANDIVS non vidit, quod ex inſufficiente eiusdem allegatione p. 103. et prouocatione ambigua ad SCHERZERI teſtimonium p. 104. nec non ex iterata p. 105. eiusdem ſcripti recenſione, tanquam diuerſi colli-

colligitur. Id ipſum enim ſcriptum p. 105. de loco *Io.* VIII. et X. idem eſt, quod p. 103. iam allegauit, cuius plenum titulum expoſuimus; nam p. 3. de loco *Io.* VIII. 58. et p. 23. de loco *Io.* X. 30. SMALCIVS agit. Orthodoxas dictorum iſtorum explicationes a RAVENSPERGERO traditas, ſophiſticas detorſiones appellat; ipſe vero priorem locum ita poſſe ac debere verti, contendit: "*Antequam Abraham* FIAT, *ego ſum;*" et ad poſteriorem inquit: Dici quidem, quod *Pater et Chriſtus ſint* VNVM, *ſed non, quod ſint vnus.* Et quamuis ſcriptum eſſet, quod ſint vnus; hinc tamen non ſequi, quod ſint vnus eſſentia, ſiue natura. IACOBO ad PORTVM p. 18. et GE. ROSTIO p. 19. in tranſitu quaſi et ſuperfunctorie reſpondet. Libelli huius edendi occaſionem ita in praefatione exponit: "Vix vltimam reſponſioni, ad librum M. SMIGLECII, Ieſuitae, cui titulum fecit: *noua monſtra noui Arianismi*, manum impoſueram, cum libellus, cui titulus eſt: *Par vnum Sophismatum Socinianorum etc.* mihi offerebatur. Quamquam vero in iſta mea reſponſione, ea dicta ſunt, quae ad argumenta aduerſariorum ex loco *Io.* VIII. et X. ducta, diluenda ſatis eſſe poſſunt, rogatus tamen ab amicis impugnatae veritati ſuppetias denuo ferre, volupe mihi fuit. Speraui enim, citius haec pauca lectum iri a plerisque, quam librum, quem iam edidimus ea de re, non minimum."

In hac SMALCII confutatione modeſtia omnino deſideratur, quamquam et RAVENSPERGERVS ſua quoque vehementia haud paucis diſplicuerit. Vid. ZELTNERVS l. c. p. 303. Quo ſe defenderet RAVENSPERGERVS eodem anno *Steinfurti Vindicias SS. Trinitatis*

tis mysterii prelo commisit, ad quas sine vlla mora SMALCIVS iterum respondit, *numero sequente.*

20. *Refutatio thesium de SS. vnitate diuinae essentiae; et in eadem Sacrosancta Personarum Trinitate, a* IACOBO SCHOPPERO, *SS. Theologiae Doctore et Professſ. primario Altorffii a.* 1613. *propositarum: cui addita est responsio ad ea, quae* HERMANNVS RAVENSPERGERVS, *S. Th. Doct. in Gymnasio Steinfurtensi praeter haec attulit in scripto, cui titulum fecit: SS. Mysterium vnitatis essentiae diuinae in personarum trinitate, duabus sectionibus per theses et exegeses explicatum, etc. scripta a* VALENTINO SMALCIO, *coetus Racouiensis Ministro. Racouiae typis Sternacianis. Anno* 1614. 4. *pagg.* 65. Belgice prodiit a. 1664. 8. SCHOPPERI disputatio, respondente M. Io. SAVBERTO in lucem emissa a. 1613. *Id. Octobr.* 4. Errauit SANDIVS, qui p. 103. responsionem ad scriptum RAVENSPERGERI etc. tanquam peculiare SMALCII opusculum allegauit ac titulos vtriusque a SMALCIO refutati scripti commutauit. Refutationis caussam ita SMALCIVS exponit: "Theses de SS. Trinitate, crassa, vt aiunt, Minerua D. SCHOPPERVS nuper edidit. Has refutandas eo fine sumsi, vt, qui alia nostrorum prolixa ea de re scripta, hactenus non viderunt, habeant, vnde iudicium de hoc Trinitatis dogmate ferre possint." Pro defendendo SCHOPPERO aduersus SMALCII refutationem, Io. SAVBERTVS prelo subiecit: *Anti-Smalcium, seu vindicias pro thesibus de SS. vnitate essentiae diuinae et personarum Trinitate a* D. IAC. SCHOPPERO, *Prof. Altorff. scriptis, aduersus refutationem* VAL. SMALCII, *coetus Racou. Minist. Photiniani, Giessae, apud* CASP. CHMELINVM. 1615. 4.

21.

21. *Refutatio Thesium* ALBERTI GRAWERI, *SS. Theol. D. et in Academia Salana Professoris publici, quibus incarnationem aeterni Dei Filii ab impugnationibus nostrarum Ecclesiarum vindicare voluit. Auctore* VALENTINO SMALCIO *Gothano, coetus Racouiensis Ministro. Racouiae, typis Sternacianis, Anno* 1615. 4. *pagg.* 29. Male SANDIVS annum impressionis 1614. significauit, scriptum ex aliena allegatione citans. In lucem emisit GRAVERVS *theses de aeterna deitate et incarnatione Filii Dei, disp. publ. Ienae* 1612. et *vindicationem incarnationis aeterni Filii Dei ab impugnationibus recentium Photinianoumm. Ienae* 1613. 4. apud HENR. RAVCHMAVL. Quid SMALCIVS suo opusculo praestare ausus fuerit, his verbis indicat: "Incarnationem Filii Dei, dogma in Christiana religione omnium fere monstrosissimum, stabilire conatus est D. GRAWERVS, *loco* 1 *Timoth.* III. 16. — — — hoc, quam feliciter illi successerit, breuiter nunc dispiciemus, sensum, quem illis verbis Apostoli subesse credit *Grawerus*, refutaturi, et nostram eorundem verbborum explicationem defensuri.

GRAWERVM defenderunt: 1) *Lic.* VAL. LEGDAEVS *in Examine refutationis* VALENT. SMALCII, *quam thesibus D.* ALB. GRAWERI b. m. *de aeterna Deitate et incarnatione Filii Dei opposuit. Rostoch.* 1622. 4. *pl.* 10. 2) IO. PAVLIN. FELWINGERVS, *Prof. Acad. Altorff. in vindiciis incarnationis Iesu Christi, aeterni Patris aeterni Filii pro* ALBERTO GRAWERO *contra* VALENT. SMALCIVM. *Brunsuigae* 1634. 4.

22. *Refutatio libelli* MART. SMIGLECII, *Iesuitae, cui titulum facit: Verbum caro factum. Auctore* VALENT. SMALCIO. *Racouiae, typis Sternacianis.* 1614. 4. *pagg.* 172.

172 *Dedic.* et *praef.* 6. Oppofuerat SMIGLECIVS libello SMALCII N. 12. allegato: *Commentariolum ad verba Io. I. Verbum caro factum eſt, ſeu de diuina Verbi incarnati natura, aduerſus nouorum Arianorum errores diſputatio. Cracouiae in offic.* ANDR. PETRICOVII, *S. R. M. typographi*, 1613. 4. *pl.* 19. SMALCIVS hinc in ſcripto allegato, explicationis ſuae, quam SMIGLECIVS heterodoxam, impiam et blaſphemam dixerat, apologiam ſuſcipit. Librum ſuum IACOBO de SIENNO SIENIENSKI *Palatinidae Podoliae* adſcripſit, *Racouiae* d. 1. *Septembr.* 1614. In praefatione ita de SMIGLECII libris ſentit: "Titulos memorabiles, libris ſuis praefigendos, affectare SMIGLECIVM, recens ab eo editi documento ſunt. Nam vnum libellum ſub titulo, NODI GORDII: alterum ſub titulo, VANA SINE VIRIBVS IRA MINISTRORVM EVANGELICORVM: tertium ſub titulo, MONSTRA NOVA NOVI ARIANISMI: quartum denique ſub titulo, VERBVM CARO FACTVM, cuius refutationem hic habes, publicauit. Quibus titulis id procul dubio effectum voluit, vt res, quas tractandas ſuſcepit, ex ipſo titulo, quales eſſent, deprehenderentur. Sed ſi illum, cui titulus eſt, *Vana ſine viribus ira*, excipias, (quanquam in illo etiam ſatis ineptiam ſuam prodidit) quam vanus fuerit illius conatus, et quam indignus hominis vocatione, aetate, eruditione, tum per ſe patebit, tum ex eo, quod iam, Dei beneficio, a noſtris ad ea reſponſum extat, omnibus puto manifeſtum futurum." Quod SMIGLECIVS libellum *de incarnatione verbi*, titulo hoc inſcripſerit: VERBVM CARO FACTVM, iuſto id Dei iudicio factum eſſe, SMALCIVS iudicat his verbis: "Voluit Deus dogmatis iſtius monſtroſi, de incarnatione verbi, vanitatem

tatem ex ipſo titulo agnoſci. Cum enim verba, quae vulgo ita conuertuntur, verbum caro factum eſt, verti poſſint, (vt omnes eruditi et ipſe SMIGLECIVS fatetur) et vi veritatis verti debeant, *Verbum vel ſermo ille caro fuit vel erat*, quomodo etiam in Sclauonica vel Ruthenica verſione (quae hic minime ſuſpecta eſſe poteſt, cum eandem, quam Romanenſes de Chriſto hac in re ſequantur opinionem: immo tanto maioris faciendi eſt, quanto graeci ſermonis peritiores fuiſſe credibile eſt interpretes illius) ſonat, nonne in fumum abiit iſta incarnatio verbi religioſa, ſcilicet? Vt enim, verbum caro factum eſt, nullibi extat: ſic nec res, illis verbis incluſa, extare poteſt."

Hae ſunt capitum XXVIII. inſcriptiones. I. *De cauſa cur Chriſtus ſermo ſit appellatus*. p. 3. II. *De verbo Dei ex mente* SMIGLECII *naturali*. p. 7. III. *An verbum Dei naturale ſit perſona et Filius Dei*. p. 9. IV. *An Chriſtus ſit verbum, quod in Deo naturaliter exiſtit*. p. 13. V. *Quid* IOHANNES *per principium intelligat*. p. 16. VI. *Quid ſit D.* IOHANNI, *apud Deum eſſe*. p. 23. VII. *De argumentis* SMIGLECII, *quibus realem Chriſti apud Patrem exiſtentiam probare nititur*. p. 27. VIII. *Argumentorum noſtrorum pro reali Chriſti iam nati apud Patrem exiſtentia defenſio*. p. 35. IX. *Quid ſit apud D.* IOHANNEM: *et Deus erat verbum*. p. 47. X. *Calumniae* SMIGLECII, *quas nobis circa Chriſti diuinitatem affingit, refelluntur*. p. 55. XI. *De verbis D.* IOHANNIS: *omnia per ipſum facta ſunt*. p. 62. XII. *De loco Coloſſ. I. In ipſo omnia creata ſunt, quae in caelis et in terra, viſibilia et inuiſibilia*. p. 71. XIII. *De verbis D.* IOHANNIS: *mundus per eum factus eſt*. p. 75. XIV. *De loco Heb. I. per quem et ſecula fecit* p.

 80.

80. XV. *De loco Heb. I. Tu Domine initio terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt coeli.* p. 83. XVI. *De verbis* IOH. *in ipso vita erat.* p. 90. XVII. *De verbis D.* IOH. *Et Sermo caro fuit, et habitauit in nobis.* p. 95. XVIII. *De loco,* 1 *Tim. III. Deus manifestatus est in carne.* p. 103. XIX. *De loco Phil. II. quod Christus in forma Dei et Deo aequalis fuerit.* p. 108. XX. *De quinque argumentis* SOCINI, *quibus probatur, formam Dei non significare naturam diuinam.* p. 116. XXI. *De verbis Heb. II. Quia pueri communicauerunt carni et sanguini, is,* (Iesus) *similiter participiauit illis.* p. 122. XXII. *De loco Heb. II. Non enim videlicet angelos apprehendit, sed semen* ABRAHAMI *apprehendit.* p. 126. XXIII. *De loco Zach. XII. In quo Deus confixus esse dicitur.* p. 130. XXIV. *De loco Act. XX. Deus acquisiuit Ecclesiam proprio sanguine.* p. 134. XXV. *De tribus nostrorum argumentis.* p. 137. XXVI. *De variis* SOCINI, *ex libello, quem examinationem argumenti pro trino et vno Deo omnium potissimi, vel certe vsitatissimi, inscripsit, argumentis.* p. 141. XXVII. *De aliis tribus argumentis.* p. 148. XXVIII. *De reliquis* SOCINI *argumentis.* p. 157.

23. *Refutatio Thesium* D. WOLFGANGI FRANZII, *Theol. Doct. et Prof. publici in Academia Witebergensi, quas ibidem de praecipuis christianae religionis capitibus anno* 1609. *et a.* 1611. *disputandas proposuit: scripta a* VALENTINO SMALCIO, *Gothano, Coetus Racouiensis in Polonia minori Ministro; edita vero anno* 1614. *Racouiae typis Sternacianis.* 4. Alph. 2. pl. 14. vel *pagg.* 462. *praef.* cum *indicc.* 23. Eundem librum quoque in 8. prodiisse SANDIVS prodit p. 103. Liber iste in rarioribus et praecipuis censetur. Vid. SALTHENII *Biblio-*

bliotk. libb. rar. p. 259. N. 1256. imo tantae fuit raritatis in Anglia, vt ASHWELLVS in praefatione, libro de SOCINO et *Socinianismo* praefixa teſtetur, quod eum ſollicite quaeſitum ſibi comparare non potuerit. Cum iſto tempore Sociniani in plurimis Proteſtantium in Germania Academiis ſuos habuerint Emiſſarios ac Crypto-Socios coetus ſui amplificationi proſpicientes, hi libros aduerſus familiam hanc ab Euangelicis doctoribus diuulgatos, ſine mora *Racouiam* transmiſerunt, vt cum illis a quodam errorum propugnatore certamen ſuſciperetur, quod SMALCIVS iſto temporis ſpatio plerumque iniit. Edere coepit a. 1609. FRANZIVS *Diſputationes in Aug. Confeſſ.* cum paulo ante Academia Wittebergenſis dedicationemCatechismi Racou. ſibi factam aegerrime tulerit, isque auſus plurimorum indignationem prouocauerit. FRANZIVS igitur in opere hoc Antitheſin aduerſus Socinianos, allegatis vbique accuratiori diligentia aduerſariorum ſcriptis, antiquis pariter ac recentioribus, ſolide tractauit, ita vt illud pro prima Catechismi iſtius refutatione haberi queat. Prima operis huius pars prodiit *Wittebergae* 1609; ſecunda 1610. tertia 1611. 4. Eodem anno totum opus *Lipſiae* lucem vidit, et iterum 1613. *Wittebergae*; tandem *quarta* editio ſub hoc titulo: *Auguſt. Confeſſionis Articuli fidei XXI. et articuli abuſuum VII. Diſputationibus XXXIV. in tres libellos diſtributis adverſus Pontificios, Caluinianos, ac cum primis Antitrinitarios ſeu Photinianos hodiernos, breuiter explicati et ex verbo diuino confirmati, auctore* WOLFEGANGO FRANZIO *Theol. D. Suis igitur quasque locis inſertas reperies, Lector, reſponſiones ad omnia obiecta, quaecunque* RACOVIENSIS CATECHISMVS *ab Aria-*

nis seu Photinianis, et in specie a VALENT. SMALCIO, *coetus Racou. Ministro in minore Polonia nuperrime in Germania sparsus ad Aug. Confess. doctrinam inaniter labefactandam consarcinauit. Additae sunt inprimis in fine tres aliae* DE TRIBVS PERSONIS DIVINITATIS, *in quibus monstratur, qua methodo Antitrinitarii hodierni potenter et feliciter sint confutandi et reprimendi; etc. Editio tertium* (prima enim singulis tribus partibus separatim edita non numeratur) *iterata. Wittebergae* excud. Io. GORMANN 1620. 4. *Alph.* 5. *pl.* $2\frac{1}{2}$. Dedicatio operis maioribus *Prussiae* ciuitatibus *Ged. Thorun.* et *Elbing.* scripta 1611. d. 12. Ian.

Hoc FRANZII opus aggredi moliebatur SMALCIVS, sua Refutatione, quam SANDIVS l. c. p. 105. iterum, sub tit. *Disputationes in Augustanam confessionem* tanquam peculiarem libellum male allegauit.

Auctor librum palmaria momenta controuersiarum inter Euangelicos et Antitrinitarios complectentem, *Academiae Wittebergensi* per epistolam dicauit, in qua indicat, quod iam ante aliquot annos *Academiae* nomine coetus sui, catechismum solemni epistola adscripserit, quod, licet non exoptatum habuerit effectum, imo Professor quidam huius Academiae WOLFFGANGVS FRANZIVS in thesibus suis iniqua, vt putat, censura auctorem proteruiae accusauerit; nequaquam tamen dubitandum esse, quin reliqui Vniversitatis huius litterariae Doctores meliorem conceptum de Antitrinitariorum familia ex hoc libro sibi sint formaturi. Ipsa haec a ministro Sociniano iterata prouocatio, Vener. Facultati Theol. occasionem dedit, totius catechismi refutationem solidam a. 1618. publicae exponere luci, de qua alibi. Haec SMALCII refu-

refutatio, ſentiente ita ZELTNERO l. c. p. 220. "in exagitando potius Antagoniſta, quem ridiculum Theologum adpellat, omnium licet confeſſione accuratiſſimum, quam refutando occupata. Eſt ſane, ſi quod aliud, *Smalcianum* illud opus totius Socinianae haereſeos dilucidius expoſitae, ſecundum capitum a FRANZIO ſic diſpoſitorum, ordinem, compendium valde perſpicuum, ſed hoc ſimul nomine magis deteſtandum, quod in eo potiſſimum contra ſumma tremendaque fidei myſteria conuitiando, omnem fere petulantiam effutit auctor, vtpote quae in omnibus fere paginis, non alio, quam fabularum et nugarum elogio mactantur." Ridiculum reputat SMALCIVS de hoc arduo argumento nudis diſſerere theſibus; cumque FRANZIVS in praefatione indicaſſet, ſe ſpem quandam ſuſcepiſſe, fore vt aliquando SMALCIVS ad veram Eccleſiam reuerſurus ſit, hic in praefatione libro ſuo praemiſſa declarat, tantum id abfuturum, quantum abſit, vt FRANZIVS pontificiam idololatriam aliquando amplexurus ſit.

Habet SMALCII Opus XXII. ſegmenta, quibus ſequentes praefixi ſunt tituli: 1) *De Trinitate* p. 1. 2) *De peccato originis* p. 41. 3) *De perſona Chriſti* p. 62. 4) *De iuſtificatione hominis peccatoris coram Deo* p. 92. 5) *De miniſterio eccleſiaſtico* p. 154. 6) *De bonis operibus prior diſp.* p. 166. 7) *Poſterior* p. 211. 8) *De eccleſia* p. 272. 9) *De hypocritis et aliis malis admixtis Eccleſiae* p. 288. 10) *De baptiſmo* p. 307. 11) *De coena Domini diſp. prior* p. 327. 12) *Poſterior* p. 334. 13) *De confeſſione peccatorum* p. 351. 14) *De poenitentia* p. 353. 15) *De Sacramentis in genere* p. 371. 16) *De ordine eccleſiaſtico.*

 p. 374.

p. 374. 17) *De adiaphoris* p. 386. 18) *De rebus ciuilibus* p. 387. 19) *De extremo iudicio* p. 397. 20) *De libero arbitrio* p. 419. 21) *De caussis peccatorum disp. prior.* p 426. 22) *Posterior* p. 427.

FRANZIVS aduersus hanc SMALCII refutationem religionis Christianae dogmata defendit, partim. 1) *In Assertione solidissima satisfactionis a Domino nostro I. C. pro peccatis totius mundi praestitae, in sacrificiorum veterum typis fundata et recentibus Arianis s. Photinianis eandem negantibus opposita. Dispp. III. Witteb.* 1615. 4. ap. haeredes SAM. SELFISCH; partim 2) *in Vindiciis dispp. theol. pro Aug. Conf. habitarum adversus* VAL. SMALCIVM, *Photinianum. Witteb.* 1621. 4. Huc quoque pertinet 3) M. IO. GEORG. FICKLERI *Haereticorum nouorum Photinianorum postulata iniquissima XII. propriis ipsorum verbis proposita et ex verbo Dei examinata. Vbi* PHOTINI *vita secundum locos personans: et tota Neo-Photinianorum familia ad formam arboris consanguinitatis ex historicis ecclesiast. methodice describitur. Witteb. sumtibus Clement. Bergeri Bibliop. Typ. viduae* IOH. MATTHAEI. 1620. 4. pl. 20. Postulata, N. 1. 2. 3. 5. 9. 10. ex SMALCII refutatione, reliqua N. 4. 6. 7. 8. 11. 12. ex aliorum Socinianorum scriptis adducta et generalia haec praeiudicia euersa sunt.

24. *Notae in libellum* MART. SMIGLECII, *quem refutationem vanae dissolutionis nodi sui Gordii appellat. Anno* 1614. *Racouiae typis Sternacianis.* 4. *pagg.* 70 et 2. *dedicat.* In lucem emiserat SMIGLECIVS *nodum Gordium, siue de vocatione ministrorum Ecclesiae disputationem. In qua X. demonstrationibus ostenditur, ministros Euangelicos non esse veros verbi Dei et Sacramentorum*

torum ministros. Cracou. in offic. ANDR. PETRICOVII *Typogr. Regii. A. D.* 1609. 4. *pl.* 10½. et *Colon.* 1622. 4. Librum hunc et Euangelico-Lutherani et Reformati Theologi refutarunt, quos recenset REIMANNVS l. c. p. 494. et 519. seqq. E Socinianorum vero familia eidem opposuit Io. VOLKELIVS *Nodi Gordii* a MART. SMIGLECIO *nexi dissolutionem*; *Racou.* 1613. 8. *pl.* 9. VOLKELIO respondit SMIGLECIVS: *in Refutatione vanae dissolutionis nodi Gordii per* Io. VOLKELIVM etc. *Cracou.* 1614. 4. quae in capita XX. distincta est. Hanc SMALCIVS absque nominis sui significatione in hisce *notis* sub examen vocauit. SMALCIVM illarum esse auctorem SANDIVS l. c. p. 103. docet, qui etiam notauit *siglas* illas, siue litteras *A. R.* epistolae dedicatoriae subscriptas, nomen fictum ANDREAE REVCHLINI notare, sub quo, a matre CATHARINA REICHIN deriuato, SMALCIVS delitescere voluit. *Vid.* ZELTNERVS l. c. p. 345. et 1159. PLACCIVS *Pseudon.* N. 2306. p. 536. Errauit igitur Io. AD. SCHERZERVS, in *Syst. Theol.* Loc. XV. p. 377. hisce litteris notari putans ANDREAM quendam RADECIVM, huncque errorem in quam plurimis scriptis repetitum animaduertimus.

In dedicatione ita SMALCIVS inquit: "Quamquam ea sit dissolutionis *Volkelianae*, quam aduersus *nodum* SMIGLECII *Gordium* edidit, vis et soliditas, vt, quidquid in hac refutatione SMIGLECII scriptum est, possit ab eo, qui dissolutionem non oscitanter legerit, absque vlla opera pariter dilui; et nihil dubitet, quin VOLKELIVS, si aliqua huius rei necessitas adpareat, sophismata quaedam recens conficta facillime detecturus sit; tamen, quia ille grauissima nunc occupatione

dilentus id non tam cito, vt res poſtulat, praeſtiturus ſit, velle ſe hunc quaſi prodromum reſponſionis in lucem edere. Vid. Io. FABRICIVS l. c. P. V. p. 50.

25. *Ad* ISAACVM CASAVBONVM *Paraeneſis. Cuius occaſionem praebuit ipſius ad epiſtolam Cardinalis* PERRONII *reſponſio. Auctore* ANDREA REVCHLINO. *Anno ſalutis* 1614. 4. *pagg.* 11. Locus impreſſionis non notatur; dubitari tamen vix poteſt, quin *Racouiae* typis exſcripta fuerit. CONRADI VORSTII *tractatus theologicus de Deo et attributis eius*, a. 1610. 4. *Steinfurti* prelo exemtus, conſilio et ſuaſu Is. CASAVBONI, a. 1611. in *Anglia* flammis traditus erat. *Vid.* BAYLII *Diction.* ſub tit. VORSTIVS Lit. (F) et ZELTNERVS l. c. p. 364. *Acta publica* quae ad negotium inter IACOBVM I. *Angliae Regem, et Generales Belg. foeder. ordines*, in cauſa VORSTII agitatum ſpectant, quo etiam hi ſerio admonentur, ne VORSTIVM ad munus Lugdunenſe promoueant, exhibentur in *Proteſtatione Anti-Vorſtia*, in OPP. IACOBI I. R. *Londini* 1619. fol. p. 351. quae antea ſeparatim luci expoſita erant, ſub tit. *Declaratio Sereniſſ. M. Britanniae Regis, qua quid cum Generalibus foederatarum Belgii prouinciarum Ordinibus ſuper re* VORSTII *actum ſit, explicatur ſigillatim. Londin. ap.* IOH. NORDON. 1612. 4. In operibus allegatis *fol.* 380-408. epiſtola ISAACI CASAVBONI ſcripta 1612. 5. *Id. Nouemb.* inſerta eſt, qua nomine Regis *Cardinali* PERRONIO de quibusdam circa religionem momentis reſpondet. Lucem antea ſeparatim vidit epiſtola ſub tit. Is. CASAVBONI *ad Epiſt. Illuſtr. et Reu. Cardinalis* PERRONII *reſponſio*, *Lond.* 1612. 4. pl. 6. Vid. PLACCII *Pſeudon.* N. 571. p. 165. Eadem quoque legitur in Is. CASAVBONI epp. N. DCCX. p. 899-936.

936. edit. secundae curante Io. GEORG. GRAEVIO. 1656. 4. Aduersus eam SMALCII scriptum maxime directum est, quo VORSTIVM defendit, et de fatis, quae ipsius liber in Anglia subiit, conqueritur. Sed de his in *Historia Socinianismi Belgici.*

26. *Dedicatio Commentarii* F. SOCINI *in* 1 *Epist.* S. IOHANNIS, *inscripta Senatoribus Argentoratensibus.* 1614. 20. *Nou.* Intexta quoque est operibus F. SOCINI T. I. *fol.* 155. In dedicatione ita SMALCIVS ad aucupandam beneuolentiam, cuius tamen obtinendae spe omnino frustratus est, scribit: "Publicatam explanationem sub Illustri Amplitudinum vestrarum nomine, ex sententia Ecclesiarum nostrarum volui, quod inter Reformatas ad Christi Euangelium respublicas et ecclesias, non postrema esse vestra semper mihi visa fuit. Nam et ipsa respublica vestra, iustitia, beneficentia, insigni, in summa omnium rerum abundantia, moderatione et modestia claret: Ecclesia vero ab omni superstitione libera, eam cultus diuini rationem sequitur, quae, ad extirpandas vitiorum radices, et ad ingenerandam in hominum animis virtutem et pietatem accommodatissima esse videtur. etc." Responsio ad epistolam dedicatoriam, quae vindicias pro Christi Deitate inprimis, et increpationem temerarii ausus continet, sub *tit. Epistola apologetica Ministrorum Ecclesiae Argentinensis*, *Argentorati* d. 4. *Sept.* 1615. 4. prodiit; inserta quoque est GOTARDI ARTHVSII *Dantiscani Mercurii Gallo-Belgici* Tom. X. L. IV. p. 148. seqq. et ZELTNERI historiae l. c. p. 341. seqq.

27. *Examinatio centum errorum, quos* MARTINVS SMIGLECIVS IESVITA *ex duabus libri nostri, nuper aduersus monstra ipsius editi, partibus collegit; auctore* VA-

LENTINO SMALCIO, *coetus Racouienſis Miniſtro, Racouiae, typis Sternacianis. Anno* 1615. 4. *pagg.* 40. SMIGLECIVS accepta SMALCII *ad noua monſtra noui Arianiſmi reſponſione, vid.* N. 17. eidem oppoſuit a. 1615. libros 2. de erroribus nouorum Arianorum contra VAL. SMALCIVM; cui operi introductionis loco *centum errorum indicem* praemiſit, quem hoc ſcripto SMALCIVS refellere nititur, quo diuulgato iterum SMIGLECIVS hoc ipſo anno 1615. *reſponſionem ad refutationem centum errorum* SMALCIO *obiectorum*, concinnauit.

SMALCIVS in opuſculo ſuo, circa introductionem tantum ſcripti SMIGLECII occupatus, errores ſibi impactos ſumſit diluendos, ſtatimque in ipſo limine offendiſſe ſcribit SMIGLECIVM, dum erroribus Socinianorum ea etiam adnumerauerit, quae Sociniani negant in Theologia, cum error alicuius is tantummodo dicendus ſit, quod quis temere adfirmat. In fine haec ad lectorem ſcribit: "Habes — — breuiuſculam ad centum errores reſponſionem. Quae, ſi preſſe controuerſiam hanc vniuerſam cognoſcere cupias, ſatis tibi eſſe poterit: Si vero penitius in eandem introſpicere velis, quae deinceps ſcripturi ſumus, legere non grauere." *Vid.* N. 30.

28. *Homiliae decem, ſupra initium cap. I. Euangelii* D. IOANNIS, *habitae et ſcriptae Anno* 1605. *Quibus addita eſt paraphraſis ſuper idem initium Euangelii. Auctore* VALENTINO SMALCIO GOTHANO, *coetus Racouienſis miniſtro. Editae Racouiae Anno* 1615. *typis Sternacianis* 4. *pagg.* 113. *et dedic.* 2. In epiſtola ad CASPARVM IARVZELIS BREZNICIVM, *Racouiae Idus Iulii* a. 1615. ſcripta, occaſionem, ad diuulgandum

hunc

hunc libellum ſibi oblatam his verbis indicat: *Has homilias, quae, per integrum hactenus decennium, inter alia huius generis ſcripta non pauca delituerunt, in lucem protraxit* MARTINVS SMIGLECIVS, *Ieſuita. Cum enim nuper libellum, ſub titulo:* VERBVM CARO FACTVM, *edidiſſet, ipſa res poſtulare quodammoda viſa eſt, vt, refutatione illius expedita, aliquid praeter eam exſtaret, vnde non ſolum, quanto cum errore ad exoticum prorſus ſenſum verba iſta* D. IOANNIS *hodie a plerisque detorqueantur, ſed etiam, quidnam in illis vere dicere et docere* D. IOANNES *voluerit, omnibus ad oculum appareret, quod mihi eas ſcribenti vnice propoſitum fuit. Quanquam etiam polemica quaedam occurrunt, quae cauſa effecit, quod aliorum etiam errores, quos* SMIGLECIVS *non tractat, circa hanc* D. IOANNIS *doctrinam, eae contineant et refutent.* Quod omnes SMALCIVS intenderit neruos in his homiliis, detorquendi inſigne IOANNIS teſtimonium, quisque facile cogitabit. In linguam belgicam translatae ſub tit. Thien Predicatien overt *Ioh.* I. vertaald door D. (Dirck) R. (Raphaelſſen) KAMPHVYSEN, tot Rakau, 1631. 4.

29. *Refutatio orationum* IOHANNIS VOGELII *et* IOACHIMI PEVSCHELII, *quibus Photiniſmum ſe hoc anno Altorffii retractaſſe gloriantur. Scripta a* VALENTINO SMALCIO, *coetus Racouienſis miniſtro. Racouiae, typis Sebaſtiani Sternacii*, Anno 1617. (*) 4. *pagg.* 34. VOGELII et PEVSCHELII *Noribergenſium* nomina ex *Hiſt. Crypto-Socin. Altorff.* ZELTNERI notiſſima ſunt, de quibus in *Hiſt. Socin. German.* dicturi ſumus. Ad Photinismi caſtra ſeducti, opera et ſtudio Theologorum Altorffi-

(*) Falſo annus 1617 in fronte libri proditur, qui anno demum 1618. inter concinnanda et imprimenda in *Actis* MSpt. allegatur.

Altorffinorum ad coetum euangelicum reduces facti, errores olim conceptos orationibus in Academia Altorffina publice habitis recantarunt, quae Noribergae 1617. excusae sunt, sub titulo: *Photinismus a* IOHANNE VOGELIO et IOACHIMO PEVSCHELIO, *Noribergensibus, S. S. Theologiae studiosis die XXV. Ianuarii, qui memoriae conuersionis D. Pauli sacer est, publice retractatus in inclута Noribergensium Altorffina, anno MDCXVII. Editio altera correctior. Noribergae, typis* LVDOVICI LOCHNERI, *curante Simone Halbmayero, Bibliopola.* 4. pagg. 37. Inseruit eas notis illustratas ZELTNERVS ex editione hac altera, l. c. p. 890. seqq. Harum orationum refutationem quam SMALCIVS tentauit, ZELTNERVS l. c. p. 938. non tantum recudi curauit, sed incudi etiam submisit, impetusque SMALCII in adnotationibus textui subnexis solide repulit.

30. *De Christo vero et naturali Dei Filio, liber vnus, oppositus ei, quem sub eodem titulo* MARTINVS SMIGLECIVS *Iesuita edidit, et refutatio libelli eiusdem* SMIGLECII, *quem de satisfactione Christi pro peccatis nostris inscripsit. Auctore* VALENTINO SMALCIO, *coetus Racouiensis ministro. Racouiae typis Sternacianis. Anno* 1616. 4. *pagg.* 314. *dedic. et praef.* 16. *et indic.* 23. SMIGLECII liber hunc prae se fert titulum: *De Christo vero et naturali Dei Filio, eiusdemque pro peccatis nostris satisfactione Libb. II. aduersus impia dogmata* VALENT. SMALCII, *Arianae sectae ministri. Accessit responsio ad refutationem centum errorum* SMALCIO *obiectorum. Cracouiae* 1615. 4. *Colon.* 1616. 4. *Vid.* N. 27. Librum suum SMALCIVS epistola *Racouiae* 1. *Aprilis* 1616. scripta dicauit CHRISTOPHORO SIENIVTAE *haeredi in Lachowce etc.* cui ad coetum Socinia-

nianorum acceſſum ita gratulatur: "Aequum putaui, vt tibi ad coetum noſtrum, non ſine diuino fato accedenti, hac ratione gratularer, et te in veritate, cuius potiſſimum cauſa, omnium odiis et maledictis expoſiti ſumus, quantum in me eſt, confirmarem et corroborarem. Faxit Deus, vt ipſemet vera pietate clareas, et illuſtri tuae familiae vniuerſae, ad puriorem Dei et Chriſti cognitionem amplectendam, facem quaſi praeferas." In *praefatione* ad lectorem *generali* toti operi praemiſſa ac ſatis diffuſa, duas praefationes, alteram ad inclytas vrbes Pruſſicas, alteram ad lectorem editas, a variis SMIGLECII inſultibus (vt vocat SMALCIVS) vindicare ſtudet. Praeterea *libro* ſuo *ſpecialem* hanc praefatiunculam praemiſit: "Miraberis fortaſſe, benevole lector, cur ego, qui librum SMIGLECII Ieſuitae, *de Chriſto vero et naturali Dei Filio* refutandum ſumſi, librum, de Chriſto vero et naturali Dei Filio conſcripſerim. Sed cur id facerem, in promtu fuit haec potiſſimum, non minimi momenti cauſa, ne, ſi aliter libellum hunc appellaſſem, tacite innuere viderer, nos confiteri, Chriſtum verum Dei et naturalem Filium non eſſe. Cum tamen, verum eum Dei Filium eſſe, ex animo confiteamur, naturalem etiam dici poſſe non negemus, quantumuis neutrum horum in ſacris litteris expreſſum reperiatur. Controuerſia igitur inter nos et SMIGLECIVM non ea eſt, an Chriſtus ſit Dei Filius verus et naturalis; ſed cur talis Dei Filius ſit et appellari poſſit perpetuo inquiritur."

Continet liber XV. capita. *I.* Chriſtum in Scripturis Filium Dei ſecundum carnem etiam, hoc eſt, ob conceptionem et natiuitatem ſuam dici, p. 1. *II.* Scripturas admittere, Chriſtum ſecundum carnem dici

Dei

Dei Filium, p. 13. *III.* Chriſtum Filium Dei ſecundum carnem eſſe, amplius defenditur. p. 18. *IV.* Chriſtum adoptiuum et naturalem Dei Filium appellari poſſe diuerſo reſpectu, p. 19. *V.* Ex eo, quod Chriſtus proprius et vnigenitus eſt Dei Filius, non colligi, eum eſſe ex natura vel ſubſtantia Dei genitum, oſtenditur p. 26. *VI.* Chriſtum nunquam aſſeruiſſe, ſe eſſe ita naturalem Dei Filium, quod ſit ex ſubſtantia Dei generatus, docetur p. 41. *VII.* Chriſtum, etiamſi ſit ſplendor gloriae et expreſſa imago ſubſtantiae Dei, tamen non eſſe ita naturalem Dei Filium, vt ex ſubſtantia Dei genitus ſit, p. 48. *VIII.* Nihil abſurdi in eo eſſe, ſi Chriſtus dicatur Filius Dei, propter ſimilitudinem cum Deo, p. 62. *IX.* Chriſtum ob ſimilitudinem cum Deo, Filium Dei dici, amplius oſtenditur p. 65. *X.* Chriſtum ſucceſſiue ſimilitudinem cum Deo conſecutum, adeoque ſucceſſiue etiam Filium Dei factum eſſe, docetur. p. 78. *XI.* Chriſtum in reſurrectione factum eſſe Dei Filium, defenditur. p. 101. *XII.* Chriſtum Filium Dei fuiſſe, antequam homo fieret, fabulam eſſe; Eundem verum Dei Filium fuiſſe, antequam de coelo deſcenderet, nihil ad probandam in Chriſto naturam diuinam facere, oſtenditur p. 113. *XIII.* Chriſtum nec ante *Luciferum* ex Deo genitum, nec ante *Abrahamum* extitiſſe, demonſtratur. p. 119. *XIV.* Ex locis *Mich.* 5. et *Col.* 1. aeternam Chriſti generationem demonſtrari non poſſe, docetur. p. 125. *XV.* Ex loco *Ioan. I.* non probari, Filium Dei eſſe verbum illud aeternum, naturaliter in Deo exiſtens, quod in tempore factum ſit caro, oſtenditur. p. 132.

Liber de ſatisfactione Chriſti duodecim habet capita. *I.* Chriſtum ſua paſſione et morte non Deum nobis

nobis reconciliasse, vel ex offenso placatum et propitium reddidisse, sed nos Deo reconciliasse, et Deum nobis propitium declarasse, demonstratur. p. 151. *II.* Christum pro nobis satisfecisse, ex redemtione per sanguinem eius probari non posse. p. 178. *III.* Sanguinem Christi longe aliam vim ad peccata tollenda habuisse, quam habuerit sanguis animalium sub lege, ostenditur p. 197. *IV.* Christum truculenter pro peccatis mactari potuisse, etiamsi sanguis illius pro peccatis non satisfecerit. p. 204. *V.* Christum nobis peccatorum veniam et gratiam non promeruisse, etiamsi eius rei obtinendae causa mortuus sit, ostenditur. p. 218. *VI.* Christum poenas peccatorum nostrorum non pertulisse, adeoque pro illis non satisfecisse, p. 222. *VII.* Ex eo, quod Christus propter peccata nostra et pro nobis peccatoribus mortuus est, nullam Christi pro nobis satisfactionem colligi posse, p. 225. *VIII.* Christum sacrificio suo pro peccatis hominum Deo non satisfecisse, demonstratur. p. 231. *IX.* Errores SMIGLECII circa passionem et mortem Christi deteguntur. p. 245. *X.* Error SMIGLECII, circa redemtionem per mortem Christi, omnium omnino hominum, quotquot ab origine mundi extiterunt, detegitur. p. 257. *XI.* Gratuitam peccatorum remissionem, quam Scripturae praedicant, figmentum satisfactionis pro peccatis prorsus tollere, demonstratur. p. 283. *XII.* Rationes SOCINI, quibus satisfactionem Christi impossibilem esse docet, defenduntur. p. 303.

31. *Refutatio Disputationis de persona Christi. Quam* ALBERTVS GRAWERVS, *SS. Theol. D. et in Academia Ienensi Professor publicus, ibidem habuit a.* 1612. ***Auctore*** VALENTINO SMALCIO ***Gothano. Coetus Racovien-***

viensis Ministro. Racouiae, typis Sternacianis. Anno 1615. 4. pagg. 23. GRAWERI disputatio inserta est *Cent. I. Illustr. quaest. theologg.* N V. p. 75. *Vid.* REIMANNVS l. c. p. 650. Ad defendendam thesin XXXVI. suae disputationis, GRAWERVS SMALCIO opposuit: *Quaest.* I. et II. *in Decuria quaest. theologg. partim Photinianis, partim Caluinianis, partim Pontificiis oppositarum etc. Ienae* 1616. 4. pl. 2. Vid. N. 21.

32. *Refutatio duorum* MARTINI SMIGLECII *Iesuitae librorum, quos de erroribus nouorum Arianorum inscripsit. Auctore* VALENTINO SMALCIO, *Coetus Racouiensis ministro. Racouiae, typis Sternacianis. Anno* 1616. 4. *pagg.* 333. *praef. et indic.* 24. Adscripsit auctor librum hunc per epistolam *Racouiae Cal. Mart.* 1616. scriptam *fratribus germanis* MARTINO CZAPLIC *Szpanowski, Domino in Hluponin et* GEORGIO CZAPLIC *Szpanowski, Domino in Kisielin.* Qua ratione ad librum SMIGLECII sub titulo: *Noua monstra noui Arianismi*, SMALCIVS responderit, dictum est. N. 17. et 27. Edidit posthac SMIGLECIVS *libros* II. *de erroribus nouorum Arianorum, Cracou. ex offic. Andr. Petricouii*, a. 1615. circa quos refellendos, SMALCIVS occupatus est. Habet *liber primus*, capita XVIII. quibus hi praefixi sunt tituli: *I.* Quatuor causae, propter quas nos, quos falso Arianos nominat SMIGLECIVS, veros Christianos dici non posse affirmat, refelluntur. p. 1. *II.* Argumenta, quibus docetur, Pontificios non esse Christianos, et quae tria grauia absurda censet SMIGLECIVS, explicantur et defenduntur. p. 14. *III.* Iure sub nouo foedere vna cum Deo vno Iesum Nazarenum coli, docetur. p. 23. *IV.* Omnibus Scripturis, quae de vno vero Deo testantur, admissis, tamen Chri-

stum

ſtum vnum cum Patre Deum non eſſe, oſtenditur. p. 46. *V.* Dei nomen non proprium, ſed commune, et poteſtatis, non naturae eſſe. p. 41. *VI.* Chriſtum, etiamſi ſit Deus, ſuo modo dependens et ſubordinatus, eſſe tamen verum Deum. p. 43. *VII.* Chriſtum pro vero Deo colendum eſſe, etiamſi non ſit idem Deus cum Patre. p. 46. *VIII.* Locus 1 *Cor.* VIII. a cavillationibus et ineptiis SMIGLECII vindicatur. p. 51. *IX.* Cultum diuinum ei ſoli, qui natura Deus eſt, competere ſub nouo foedere, ex Scripturis oſtendi non poſſe, docetur. p. 65. *X.* Ratione oſtendi non poſſe, ei, qui diuinam naturam non habet, cultum diuinum non deberi ſub nouo foedere. p. 81. *XI.* Quae de diuino cultu ſentimus, defenduntur a cauillationibus SMIGLECII p. 93. *XII.* Nihil peccari, imo gloriam Dei Patris aſſeri, cum negatur, Chriſtum natura Deum eſſe, p. 111. *XIII.* Summa iniuria ethnicis adnumerari eos, qui Deum vnum ſummum et alterum ſubordinatum, ſub N. foedere colunt. p. 130. *XIV.* Sanctorum cultum defendi non poſſe, et falſo nobis ſententiam, de interitu animarum affingi, oſtenditur. p. 138. *XV.* Commune Pontificiorum argumentum, quo probare nituntur, Chriſtum eſſe vnum Deum cum Patre, refellitur. p. 157. *XVI.* et *XVII.* Verba illa: *Ego et Pater vnum ſumus*, non poſſe de vnitate naturae intelligi. p. 161. *XVIII.* Repugnare rationi, vnam numero eſſentiam eſſe in pluribus perſonis. p. 162.

Capitum *Libri II. tituli*: *I.* Rectiſſime Chriſti diuinitatem poteſtate illius definiri, p. 179. *II.* Poteſtatem Chriſti, dum mortalis eſſet, non perfectam fuiſſe oſtenditur. p. 181. *III.* Chriſtum perfecte Dominum et Deum ante exaltationem fuiſſe, ex S. Scriptura pro-

bari non poſſe. p. 192. *IV.* Chriſtum ante mortem angelorum Dominum non fuiſſe, defenditur. p. 209. *V.* Ex aequalitate Chriſt cum Deo, non oſtendi perfectam Chriſti ante mortem poteſtatem. p. 217. *VI.* Ex loco *Ioan.* V. abſolutam Chriſti poteſtatem oſtendi non poſſe, demonſtratur. p. 222. *VII.* Chriſtum poſt reſurrectionem demum re ipſa et perfectum factum eſſe Dominum, p. 234. *VIII.* Sententia, de Chriſti poſt reſurrectionem exaltatione ex loco *Phil.* II. aſſeritur. p. 240. *IX.* Nullum meritum proprie loquendo, nec ex hoc loco Pauli, nec ex vniuerſa Scriptura S. probari poſſe. p. 256. *X.* Poteſtatem iudicandi ante reſurrectionem, Chriſto re ipſa datam non fuiſſe. p. 275. *XI.* Chriſti ſacrificium, nempe expiatorium in coelis demum peractum eſſe, demonſtratur. p. 280. *XII.* Defenduntur argumenta noſtrorum, aduerſus ſacrificium Chriſti in cruce, quod SMIGLECIVS ſtatuit. p. 292. *XIII.* Chriſtum improprie Sacerdotem appellari. p. 302. *XIV.* De regia Chriſti poteſtate erronea SMIGLECII ſententia oſtenditur. p. 310. *XV.* Ignorantiam rei alicuius Chriſto in terris degenti tribuere, blaſphemum non eſſe demonſtratur. p. 313. *XVI.* Chriſti ad dexteram Dei ſeſſionem, diuinitatem Chriſti eſſe. p. 325. *XVII.* Nihil indigne nos de Chriſti diuinitate ſentire, oſtenditur. p. 330.

33. *Examinatio centum quinquaginta ſeptem reliquorum errorum, quos* MARTINVS SMIGLECIVS *Ieſuita ex reliquis duabus libri noſtri, nuper aduerſus monſtra ab ipſo conficta, editi partibus collegit, vna cum refutatione eorum, quae examinatione centum priorum errorum oppoſuit. Auctore* VALENTINO SMALCIO, *coetus Racouienſis miniſtro. Anno* 1616. 4. Opus hoc non

eſt

eſt auctior eius editio, quod N. 27. recenſuimus, quem errorem habuit Io. FABRICIVS l. c. P. V. p. 51. ſed ab eodem plane diuerſum. Complectitur vero quoad maximam partem repetitionem eorum, quae SMALCIVS in *libris Anti-Smiglecianis* iam antea in medium protulerat.

34. Odpowiedz na Kſionzke Iakuba Zaborowſkiego, ktorey dal tytul: Ogien z Wodom w Rakowie 1619. i. e. *Reſponſio ad libellum* IACOBI ZABOROVII, *cui titulum fecit:* IGNIS CVM AQVA. *Racouiae* 1619. 4. Cum dedicatione SMALCII, ſcripta ROMANO HOSCIO, *(Romano de Hoſzczo Hoſeky) Archicamerario Wlodimirienſi*, d. 1. *Aug.* 1619. Titulus libelli a ZABOROVIO ſcripti eſt: Ogien z Wodom, to ieſt o uniey traktacik, w ktorym ſię ſprawa dawa dla czego ludziom tym, ktorzy ſię mnieyſzego zboru chriſtianinami tytuluiom, poki przy ſwich blendziech ſtoiom z prawowiernemi Ewangelikami zgoda nigdy doyſc nie może, ſpiſana przez X. Iakuba Zaborowſkiego za rozkazaniem Synodu Prowincyalnego w Duchu ſwiętim porzondnie zgromadzonego y odprawionego w Belzycach, Roku Panſk. 1617. dnia 22. Wrzeſnia Roku nayſwiętſzego Pana 1619. w Thoruniu drukowal Auguſtin Ferber. i. e. *Ignis cum aqua, hoc eſt, libellus de vnione, in quo ratio exponitur, cur iſti homines, qui ſemet Chriſtianos minoris Eccleſiae adpellant, quamdiu in erroribus ſuis perſeuerant, nunquam ad vnionem cum orthodoxis Euangelicis pertingere poſſint, ſcriptus per* IACOB. ZABOROVIVM, *iuſſu Synodi Prouincialis, quae iuuante Spiritu S. congregata et celebrata fuit Belcyciae, anno Domini* 1617. *d.* 22. *Septemb. Anno ſanctiſſimi Domini noſtri* 1619. *impreſſit Thorunii*

nii AVGVSTINVS FERBER. 4. *pl.* 5. Librum hunc aliquatenus quidem, ſed inſufficientur recenſuerunt ZELTNERVS l. c. p. 1194. et EPHR. OLOFFIVS in *Hiſt. cantilen. polon.* p. 226. Id agit Eccleſiaſtes Polonus, vt ex differentia et oppoſitione doctrinae Euangelicae et Socinianae monſtret, vnionem a Socinianis oblatam Euangelicis, et ab illis quaeſitam, tam diu locum habere non poſſe, quamdiu ignis cum aqua in vnam ſubſtantiam vel communionem coaleſcere non poſſit. Poſt dedicationem Nobili Polono PAVLO ORZECHOVIO die 1. *Nov.* 1618. ſcriptam, in qua auctor in genere de erroribus Socinianorum et diſſenſu fundamentali inter ipſos et orthodoxos agit, in ipſa tractatione veritatem et errorem breuiſſimis theſibus et antitheſibus iuxta ſe poſuit, monſtrauitques doctrinam Socinianorum a veritate diſcedere 1) Ratione fidei ſaluificae praecipue de perſona et officio Chriſti *fol.* B. ſeqq. et de Spiritu S. *fol.* B. ii. b. 2) Ratione fidei hiſtoricae, *partim* de principio fidei, quod ſecundum ſpeciem quidem tota S. Scr. eſt, ita tamen vt cum reiectione Vet. Teſt. Chriſto Domino praerogatiua prae Moſe et Prophetis denegetur. *fol.* B. iii; re vera autem pro principio fidei conſtituitur vel ratio ſola, vel Enthuſiaſmus; *partim* in articulis fidei de iuſtificatione, *fol.* B. iiii, de fide, de libero arbitrio, *fol.* C. de lege, de peccatis haereditario et actualibus, de imagine diuina, *fol.* C. ii. de vita aeterna, et quatenus ea Patribus quoque in V. T. promiſſa fuerit; *fol.* C. iii; de immortalitate animae, de reſurrectione corporis, *fol.* C. iiii; de Baptiſmo et S. Coena, *fol.* D. qua occaſione locus *Eph.* IV. 5. 6. a Socinianorum corruptionibus vindicatur.

His

His praemissis auctor demonstrat ex quibus rationibus cum Socinianis vnio adornari omnino nequeat; nimirum 1) quia verum Deum P. F. et Sp. S. Deum reputant, quem Antichristus finxerit. 2) Doctrinam euangelicam criminantur, quod per eandem homines in aeternam damnationem praecipitentur; 3) Quia Deo fallacem essentiae et voluntatis suae mutationem tribuunt, cum S. Scr. aliter doceat *Ies.* XLIII. 10. 11. XLII. 8. *Ps.* LXXXI. 9. 10. Tandem *fol.* D. iii. b. seqq. historica relatio de vnione a Socinianis oblata Euangelicis et commendata exponitur, ac primo quidem negatur, quod inhumane et aspere excepti in Synodo *Belzycensi* a. 1617. et ignominiose dimissi; imo potius a. 1611. in Synodo Lublinensi *prima* plene auditi, et ratione vnionis in politicis exauditi quoque fuerint; in *secunda* vero Synodo ibidem habita a. 1612. ad postulata eorum scripto exhibita, responsum datum sit; quae postulata, vna cum responsione ad eadem, et post hanc exhibita Replica, et ad eam Duplica s. d. 27. *Iun.* 1612. hoc loco *fol.* D. iiii. seqq. in extenso inserta sunt. Nihilo tamen minus Socinianos in Synodo *Belzycensi* a. 1617. indebito modo semet obtrusisse Euangelicis. Ex hac relatione corrigenda sunt, quae SMALCIVS in *Diar. vitae* apud ZELTNERVM l. c. p. 1194. et 1208. de hoc negotio, non absque temerario partium studio exposuit. Sed de his tentaminibus plura in *Hist. Socin. Polon.*

SMALCIVS in responsione ad hunc libellum coetus sui caussam publico nomine defendens euincere nititur, nullum in fundamentalibus inter Euangelicos et Socinianos esse dissensum; fraternum vero Sociorum suorum amplexum Euangelicis admodum esse proficuum

imo necessarium; quocirca ad ciuitatem suam quovis modo ab omni criminatione liberandam exponit, quae circa hoc negotium in Synodo *Lubelscensi* a. 1612. et *Belzycensi* a. 1617. iterumque in *Lubelscensi* a. 1619. acta fuerint. Tandem addit admonitionem et preces, ad corpus Euangelicorum p. t. in Polonia, vt Socinianis accessum permittat, hos colloquentes et disputantes audiat, examinet, remque hanc ad componendum dissidium iudicio Academiarum commendet, quo tandem Dei gloria, fraterna societas et communis omnium aedificatio promoueri possit. *Fol.* 19. ita SMALCIVS inquit: "Id tantum statuimus, quod Deus neminem sub N. T. punire velit propter vnicum peccatum, quod homo non repetit, nec in eodem perdurat." *Cap.* VI. *fol.* 40. Nulla vitae aeternae promissio in V. T. locum habuit. De SS. Trinitate *cap.* XXII. speciose scribit: "*Re vera cum omnibus Christi ciuibus celebramus nomen Patris, Filii et Sp. S.*"

35. Odpis na dwa Pasquiluse, z starszych iednego etc. i. e. *Responsio ad II. Pasquillos, qui nuper emissi sunt ab Euangelicis contra eos, qui iniuste Ariani vocantur; scripta ab vno Seniorum huius Ecclesiae, aduersus quam scriptae sunt. Racou.* 1619. 4. Titulum Polonicum DAN. CLEMENTINVS allegat l. c. fol. C. 4. PETRVS STATORIVS, *Iun.* sub tit. PASQVILLVS, libellum diuulgauit; quod vero aduersus hunc SMALCIVS calamum strinxerit, a vero alienum videtur. *Smalcius fol.* b. de mysterio SS. Trinitatis admodum speciose scribit: "Plane a nostra abhorret sententia, quasi SS. Trinitatis nulla sit mentio facienda, quatenus per hanc Pater F. et Sp. S. intelligitur. In nomine enim P. F. et Sp. S. baptizati sumus, ac firmiter persuasi sumus, quod

quod nemo absque Baptismo in nomine P. F. et Sp. S. celebrato, Christi ciuis esse et saluari possit; et *fol.* 7. nemini igitur auctores suasoresque sumus, vt confessione Patris, F. et Sp. S. semet abdicare velit; nos ipsi enim firmum tenemus propositum, Deo adiuuante, ad vltimum vitae halitum in hac confessione immobiles persistendi."

36. Quod versioni *Noui T. Polonicae*, quae primum *Racouiae* 1606. 8. prodiit, emendandae operam suam praestiterit SMALCIVS, ipse in *Diar. vitae* l. c. p. 1181. testatur, his verbis: A. 1606. d. 19. *Febr.* conuenimus ad correctionem N. Testamenti Polonici, MOSCOROVIVS, LICINIVS et EGO, eamque post aliquot septimanas, Dei beneficio, feliciter absoluimus."

37. Idem circa *vertendos N. T.* libros in linguam *germanicam*, fuit occupatus, quae versio Racou. 1630. 8. lucem vidit, quod alio loco ex *Actis MSSCC.* exposuimus.

38. *Contra Petri Skargae posthumum libellum, cui titulus:* MESSIAS ARRIANORVM, SECVNDVM ALCORANVM TVRCICVM, Polonice scriptus SMALCII libellus, titulum habuit: Wtore Zawstydzenie X. Skargi etc. Messyass nowych Arianow wedle Alkoranu Tureckiego Racouiae. 1615. 4. pl. 4. Vid. N. 7.

39. *Explicatio plenior et accuratissima in* MATTHAEI *capita tria vltima.* MSC.

40. *Analysis et explicatio Io.* XVII. MSC.

41. *Analysis* 1. *Ep. ad Corinth.* MSC.

42. *Concio in* MATTH. XVI. a v. 21. ad finem MSC.

43. *Aliae conciones variae.* MSC.

44. *Narratio gestorum in Synodo Nouogrodensi, super controuersia de Christi inuocatione.* MSC. De hac Sy-

nodo a. 1600. celebrata, *in Hist. Soc. Polon.* plura ex *Actis.* Vid. SMALCII *Diar.* l. c. p. 1172. ZELTNERVS in adnotationibus textui SMALCII subtextis, statum controuersiae de inuocatione Christi solide et succincte exposuit, ac SMALCIO laruam, quam in exhibita demonstratione de diuinitate Christi, ad fallendum alios adsciuit, detraxit.

45. *Vita autographa, S. diarium vitae,* quod ZELTNERVS l. c. p. 1158-1218. communicatum sibi a THOM. CREENIO in MSC. authentico inseruit, notasque historicas et animaduersiones dogmaticas adiecit. Continet res inprimis ad historiam Socinianismi in Polonia exterisque regionibus spectantes ab anno 1572. ad a. 1622. memorabiles.

46. *Aduersaria, historici potissimum argumenti.* MSC. Meminit eorum LVBIENIECIVS l. c. L. III. C. XI. p. 228. ex qua allegatione colligitur, haec a *Diario vitae* fuisse diuersa. Idem ex illis decerpta quaedam exhibuit de coetibus, Photini placita consectatis in Dacia, eorumque ingenti copia. Quorsum vero ista peruenerint, aut vbi etiamnum lateant, cum ZELTNERO l. c. p. 1158. Not. a) imo cum SAMVELE et PAVLO CRELLIIS, quos olim hac de re in consilium vocaui, ignoro, sicque omnem frustra adhibui sollicitudinem de rariori hoc monumento, cuius nec SANDIVS meminit, ab interitu vindicando.

47. *Acta Racouiensia, siue historia vtriusque colloquii Racouiensis, quorum alterum 1601. 7. Martii, alterum 1602. a die 7. ad diem 19. Octobr. XXII. sessionibus habitum.* MSC. Allegat illud SANDIVS l. c. p. 174. vna cum illis qui ex Ministris, Senioribus ac Fratribus interfuerunt. A *Smalcio* Acta haec esse conscripta,

scripta, nullum superest dubium, cum, quantum ad *prius* attinet, illud sibi ipse expresse vindicet in Diario l. c. p. 1174. ad a. 1601. scribens: "Racouiae Synodus habita est ministrorum celebris. Extat epitome eorum, quae tunc tractata fuerunt, a me conscripta. Aderant F. SOCINVS, H. MOSCOROVIVS, P. STATORIVS, CHRISTOPH. OSTORODVS, A. S. et C. LVBIENIECII, P. BRELIVS, IO. VOLKELIVS, IO. FRANCONIVS, V. STODOLIVS, P. PRZYBYLOVIVM, et ego." Durauit 3. Septimanas integras. Alterius quidem colloquii a se conscripti non meminit ipse, imo colloquio isti non interfuit, suscepto eo tempore *Lublinum* itinere, quod ipse in *Diario* narrat; (male hinc producitur a SANDIO inter praesentes colloquio) interim et huius colloquii *acta* non obscure SANDIVS tribuit SMALCIO. De vtroque *acta* MSSCC. nihil exponunt, nisi tantum quod habita fuerint isto tempore. De colloquiis s. exercitationibus theologicis in aedibus SMALCII habitis variis temporibus, quorum mentio fit apud *Sandium* p. 175. Vid. sub RADECIO, N. 10. p. 709.

48. *Epistola ad* CONR. VORSTIVM, *scripta Racouiae a.* 1614. *d.* 26. *Ian.* qua hunc ad societatem erroris ineundam sollicitat, cum responsione VORSTII repudiantis communionem, insertae sunt *Praestantium ac eruditorum virorum Epp. Eccles. et Theol. Amstel.* 1660. p. 414. SMALCII epistola his verbis est concepta: "Magne VORSTI, magnis enim te Deus, alto consilio suo rebus gerendis praefecit, si scires, quantum certamen precum sit apud Deum pro te omnium nostri, quibus tua innotuit pietas, plus nos, quam temet ipsum amares, et nihil non auderes eorum, ad quae te Deus elegit. Omnes te veneramur: sed non-

 nulli

nulli etiam tibi metuunt, ne dum prudentiae ferpentinae ftudes, fimplicitatis columbinae iacturam facias. Hortari te, fubpudet nos. Deum autem orare non intermittimus, vt coronam tuam tibimet ipfi conferuet. De ftatu noftro cognofces ex litterarum latore, fratre mihi cariore. Dominus Iefus te ab omni malo liberet, et ad regnum fuum coelefte conferuet. Saluta amicos in fide. Vale vir Magne in Deo et Chrifto quam diutiffime. Racouiae Polonorum 26. Ian. 1614" Reperitur quoque haec epiftola in *Epiftolis Remonftrantium* edit. 1704. 4. N. 120. et 121.

49. *Colloquium habitum Gorliciis* 1617. *cum* PETRO LOMBARDO, *Miniftro Eccl. Reform. Gorlic.* Allegatur in DAN. CLEMENTINI *Antapologia.* p. 387. SMALCIVS de hoc colloquio in *Diario* l. c. p. 1207. inquit: "12. Maii Colloquium inter nos et Euangelicos Gorlitiis in regione fubmontana, non procul ab Hungariae finibus habitum fuit, collocutoribus PETRO, qui LOMBARDVS audire gaudebat, (fic appellatur a fuo Magiftro, CHRISTOPH. KRAINSKI, dicto) et me. Frequentia noftrorum fuit maior, quam Euangelicorum. Praecipui ex noftris aderant Dn. MOSKOROVIVS, *Capitan. Philippou.* Dn. MORSTINIVS, Dn. STAN. LVBIENIECIVS, Dn. RVPNOVIVS et alii non pauci. Ex parte Euangelicorum erant Nobiles circiter viginti, fed nemo fingularis. Miniftri quatuor praeter iftum PETRVM; STANCARVS (*) et PLACHTA, Seniores duo; et quidam

(*) Fortaffis FRANCISCVS FRANCISCI filius, qui in Synodo Thorunienfi 1595. d. 21. Aug. praefens nomen fubfcripfit, cum addito: *Ecclefiae Dei, quae eft in Wlodislaw Paftor, legatus tractus Chencinenfis. Vid. Confenfus Sendomir. edit. Heidelb.* 1605. p. 83. quae CAMERARII *Hift. narrat. de fratrum orthodoxorum Ecclefiis* adtexta eft.

quidam PROCOPIVS, Dn. MECINII minifter. Ceffit colloquium feliciffime, Chrifto iuuante, adftipulantibus nobis duobus Praepofitis Biecenfibus, (alteri nomen erat NOWODVWSKI) et facrificulo vno, et Dn. WIELOPETSKI, qui ab ipfis Euangelicis vocati fuerant. Durauit iftud Colloquium horas VI. Continuatio illius dilata fuit OZAROVIAM, oppidum ad Viftulam fitum pro 24. *Septemb.*" Haec vero Synodus Euangelicorum, quae *Ozarowiae* celebrari debuit, *Belziziis* inftituta, eftque eadem *Synodus Belzycenfis*, cuius paulo ante N. 34. in ZABOROVIANI tractatus recenfione mentio facta. Paradoxum illud in colloquio Gorlicenfi propofitum: de Deo Patre, qui Chrifto ad fui refufcitationem ex mortuis, Spiritum fuum cenceffer ir, CLEMENTINVS in *Antilogg. et abff. fol.* M. 2. b. et in *Antapologia contra* SCHLICHTINGIVM p. 387. ipfiffimis SMALCII verbis expofuit.

50. Sermon pogrzebny na P. Iana Glinfkiego 1620. etc. i. e. *Sermo funebris in memoriam Dn.* IO. GLINSKI *habitus ex Io. V.* 25. *Racouiae* 1620. Allegatur in CLEMENTINI *Antilogg.* etc. *fol.* M. 4. b. et *fol.* E. item *fol.* I. 3. et ex eodem locus citatur, vbi SMALCIVS dixit: "Triplicem Deum homines feruandi ftatuiffe modum: *primum*, absque Chrifto et absque operibus ex fola mifericordia; *fecundum* per Chriftum, fub lege, ex gratia; *tertium*, noftris temporibus, quo homines faluos praeftat, non absque hominum concurfu, hoc eft, ex noftris operibus.

51. FAVSTI SOCINI, *Senenfis*, *Breuis difcurfus, de cauffa ob quam creditur aut non creditur Euangelio I. C.* etc. ex Italico in latinum translatus per VAL. SMALCIVM *Racouiae* a. 1614. 8. prodiit. Vid fub FAVSTO SOCINO.

52. SMALCII *Scripta polemica*, quae diuulgauit in pugnis cum SMIGLECIO, GRAWERO, aliisque peculiari collectione in IV. tomis prodiisse, *Racou.* 1614. 4. accepimus, quam vero ipsi nunquam vidimus. Fortasse autem iidem libri singulatim editi, peculiari saltem titulo praefixo in vnum corpus collecti, absque iterata eorundum editione notantur.

LAELIVS AC FAVSTVS, SOCINI.

Vitam et Scriptorum recensionem vtriusque *Socini*, peculiare caput, nimirum *tertium Partis secundae Historiae* nostrae *Socinianae* sibi vindicabit.

SOCOLOVIVS, *(Sokolowski) Vid. Falconius.*

IOANNES SOMMERVS.

Saxo-Misnicus, Pirnensis, SANDIO *Somerus*, *F. Socino* in epp. aliisque pluribus *Sommerus.* Homo plane singularis et ne ipsis quidem SOCINI asseclis, nec F. SOCINO vmquam per omnia probatus. Haud pauci scriptores, ex vno eodemque Io. SOMMERO, duos fecerunt, *alterum* Antitrinitarium, Pirnensem Misnicum, *alterum* natione Hungarum, insignem poetam et scholae Bistriciensis in Transyluania Rectorem; quem errorem toties repetitum in IOECHERI *Lexic. Erud. nou. edit.* a. 1751. adhuc animaduertimus; cum tamen insignis ille Poeta, SOMMERVS Antitrinitarius, singulari facultate poetica ornatus fuerit. In libro, ab ipso concinnato, et cum commentatiuncula ALBINI edito, vid. N. 9. ALBINVS explanate narrat, SOMMERVM hunc, tanquam Studiosum bonarum artium, et quidem militiam, vt sectaretur, cum IACOBO illo DESPOTA, antea HERACLIDE dicto, postquam

quam is, finita expeditione CAROLI V. in Belgio a. 1555. poſtrema, et miſſione hinc ipſi, aliisque commilitonibus data, *Wittebergae* ſtudiorum excolendorum cauſſa aliquamdiu vixerat, vltro in *Hungariam* demigraſſe, ibidemque IACOBI iſtius, miro interim fato ad Principis Moldauiae dignitatem euecti, patrocinio, ſcholaſticum officium impetraſſe, atque eo tandem a. 1563. trucidato, fugitiuum, *Biſtritium* Tranſyluaniae conceſſiſſe, vbi demum, vt ALBINVS l. c. exponit, vocibus blandis captus, et tenuis victus amore lucri, in Photiniani erroris Societatem, quem tamen et ipſe pluribus aliis poſtea admixtis interpolauit, abreptus eſt. *Vid.* ZELTNERVS l. c. p. 1232. Videtur tamen vel poſt obitum IAC. DESPOTAE, vel poſt commorationem Biſtritii in Germaniam ad tempus conceſſiſſe. Teſte enim SANDIO l. c. p. 57. ex POSSEVINO (qui SOMERVM hominem loquacem nominat) e Germania ad munus Scholaſticum Claudiopoli peragendum a *Blandrata* et *Franciſco Dauidis* euocatus eſt; cum quo conuenit, quod LVBIENIECIVS narrat, SOMMERVM cum NEVSERO profugo d. 15. *Aprilis* 1572. Cracouiam veniſſe, cumque eodem e Polonia in Tranſyluaniam abiiſſe. *Vid.* quae de eodem inter *Rectores Scholae Claudiop.* aliquando enarrabimus, in *Hiſt. Socin. Tranſylu.* A quo praeciſe ad haereſin ſeductus fuerit, certo non conſtat. ZELTNERO probabile videbatur, factum id eſſe a LAELIO SOCINO, cum Wittebergae degeret. Verum nulla ratione ſtabiliri poteſt, SOMERVM iam in Germania antequam in Moldauiam conceſſit, ad deuia fuiſſe perſuaſum. Veriſimilius hinc ſtatuitur, eum a NEVSERO huiusque complicibus in Palatinatu ad haereſin eſſe abreptum, quod quoque cum iis, quae paulo ante allegauimus, optime conuenit. FAVSTI SOCINI eundem fuiſſe diſcipulum SCHERZERVS praeter veritatem perhibet. FRAN-

FRANCISCO DAVIDIS cum quo de non inuocando Christo consensit, fuit coniunctissimus, ac proinde in Transyluania illorum Antitrinitariorum numero accensendus est, qui crudam adhuc multisque inconcinnis hypothesibus male compactam confusamque haeresin profiterentur, antequam illam F. SOCINVS magno ingenii acumine et stili nitore, nec minori ausu, in Systema aliquod vtcunque cohaerens redegerit. Hinc aliquando ipsius SOCINI asseclae negarunt, SOMERVM coetui suo esse accensendum. Cum enim hunc BOTTSACCVS mortuorum resurrectionem negasse docuisset ex *epp.* SOCINI p. 172. STEGMANNVS in *Proba* sua C. XIII. p. 496. reposuit, eum suae ciuitatis non fuisse, nec toti coetui esse tribuendum, quod eiusmodi homo vel crediderit, vel non crediderit. A SOCINO quidem l. c. ab ingenio et doctrina maxime commendatur, e cuius etiam scriptis aliquid semper vel addisci, vel certe ad ea, quae iam didicit, confirmanda elici posse sperauit; attamen eodem iudice venenum in iisdem continetur et multa pio homine indigna proferuntur. Ad eundem modum, imo maiori cum detestatione SMALCIVS in refutat. *Thess. Franzianarum Disp.* IX. p. 290. cum testimonium ex illius scriptis obiectum fuisset, inquit: "Tractatus, quos a GLIRIO, NEVSERO, SOMMERO editos esse, ais, hactenus non vidi, nec valde istorum hominum opinionibus insisto. Nam tales omnes isti fuere, quos nostra Ecclesia indignos sua fraternitate censuit, ob blasphemas ipsorum de I. C. sententias. Et p. 314. SOMMERVM nunc defendere non est animus, tum, quia librum ipsum ad manus non habeo, tum quia nostris Ecclesiis cum isto homine et aliis eius similibus non in omnibus conuenit. Nimis enim spiritus ille, qui et SOMMERVM et alios agitauit, ad Enthusiasmum propende-

debat, et odio Domini Iesu flagrans eleuabat ea, quae in Christi Euangelio noua (scil. praecepta Christi ex mente SMALCII Mosaicis superaddita) nobis commendantur et praecipiuntur." Ipse interim FAVSTVS SOCINVS *Sommero*, dogma negatae resurrectionis mortuorum tribuit; idque eum docuisse studiose et operose MATTHAEO RADECIO confirmat. De *Sommero*, inquiens, vehementer sum miratus, quae mihi rescribis; quasi ego suspicione aliqua ductus, dixerim illum mortuorum resurrectionem negasse et non aperte professus fuerim, me ex ipso FRANC. DAVIDIS, cui *Sommerus*, dum vixit carissimus et familiarissimus erat, quem FRANCISCVS eiusque memoriam et suspiciebat et maxime colebat, id accepisse. Addebat autem FRANCISCVS, se SOMMERVM acerrime eius rei nomine saepius obiurgasse, vtque aliquando resipisceret, monuisse." Iudice HIERON. ZANCHIO in dedicatione *responsioni ad cuiusdam Ariani libellum*, opp. T. VIII. praefixa, SOMMERVS Samosatenianis accensendus. Vita eum ereptum esse circa annum 1573 vel 74. et quidem peste, isto tempore Claudiopolin vastante, vna cum vxore et socru, LAVTERBACHIVS l. c. p. 269. narrat. Ante FRANCISCVM DAVIDIS sane, qui 1579. obiit, eum vita excessisse, ex verbis SMALCII allegatis colligitur. Graecarum litterarum eum fuisse optime gnarum, alicubi me legisse recordor; quod LAVTERBACHIVS quoque notauit: *Therini* nomine graeco eum fuisse insignitum, ZELTNERVS, nomenclaturae crypticae interpres obseruauit l. c. p. 354. Scripta eius isto iam, quo auctor vixit tempore non vbiuis obuia, recensuit post SANDIVM p. 57. CZWITTINGERVS in *Hungaria literata* p. 363.

SCRIPTA:

1. *Carmen elegiacum de Regibus Hungariae.* Carmina

Io.

IO. SOMMERI, *delitiis poetarum Hungarorum inserta esse* IOECHERVS l. c. prodit. Eiusd. *Morus carminice descripta*, inserta est CASP. DORNAVII *Amphitheatro* T. I.

2. *Theses VIII. de Deo Papano trino: vno in essentia, trino in personis, ex eius fundamentis desumtae et publicatae*. A. 1571. Insertae sunt, vna cum epistola SOMMERI data 15. *Maii* 1571. LVBIENIECII *historiae reform. Pol.* L. III. c. XI. p. 234. Prodierunt hae cum aliis nonnullis Photinianis scriptis in publicum a. 1583. sub ficto, vt apparet, titulo *Ingolstadii* ex officina PETRI RAVISII. Vid. WOLFFG. FRANZIVS in *vindiciis dispp. theol. pro A. C. disp. II.* Tres SOMMERI theses FRANZIVS speciminis loco inseruit, quibus S. Trinitatem ex Philosophis, maxime PLATONE stabilitam (vt putat) in obtrectationem orthodoxae doctrinae proposuit.

3. *Refutatio scripti, quod* PETRVS CAROLINVS *sub titulo: Explicationis fidei orthodoxae de vno vero Deo, Patre, Filio et Sp. S. contra* GEORG. BLANDRATAE et FRANC. DAVIDIS *errores* a. 1571. edidit. (Vid. sub BLANDRATA N. 26. p. 64.) Adiecti sunt tractatus de variis rebus. Praefixa est epistola THEODOSII SCHIMBERGII, qui hanc refutationem edidit *Ingolstadii* 1582. ementito loci et Typographi nomine. Circa mortis genus, quo obiit ARIVS, quodque SOCINVS aduersus WVIECKVM p. 486. in dubium vocauit, adeo processit temeritatis SCHIMBERGIVS in praefatione, praemissa *refutationi* P. CAROLI, vt perhibeat: ATHANASIVM, quem artium magicarum suspicionem sibi contraxisse prodit, venenum propinasse *Ario*, quod notissimum istum effectum in eius visceribus produxerit, eumque vita horribili modo priuauerit.

4. *Con-*

4. *Confutatio obiectionum, quarum facta est mentio in fine epistolae,* quam THEODOS. SCHIMBERGIVS, *libello* IO. SOMMERI (N. 3.) praefixit.

5. *De iustificatione hominis coram Deo. Item propositiones de eadem exhibitae Senioribus Thordae,* d. 19. Sept. 1572. *vna cum responsione Seniorum exhibita Claudiopoli d. 29. Sept. 1572. et Confutatio responsionis Seniorum d. 5. Octob. auctore* IOANNE SOMMERO.

6. *Declamatiuncula contra praedestinationem Neotericorum.*

7. *Declamatio contra Baptismum adultorum.* Ad hunc libellum SMALCIVS respicit in *Refut.* THES. FRANZII p. 314. verbis paulo ante p. 890. allegatis. Interiisse illum SOMMERI de *Baptismo* tractatum in Poloniae regionibus, SMALCIVS l. c. p. 321. arbitratur.

Quae N. 2. 4. 5. 6. 7. indicauimus Scripta, inserta reperiuntur libro, sub tit. *Tractatus aliquot Christianae religionis etc.* euulgato, quemque SCHIMBERGIVS praefixa sua praefatione in lucem emisit, quasi *Ingolstadii* a. 1583. 8. Vid. sub MATTH. GLIRIO, N. 2. p. 403. In eadem collectione tertium locum occupat ADAMI NEVSERI *Scopus septimi capitis ad Romanos.* Vid. sub NEVSERO, N. 4. p. 526.

8. *Paradoxa in S. Theologia.* Allegantur in CASP. FRISII *Epitome Biblioth. Gesner.* p. 498.

9. *Vita* IACOBI DESPOTAE, *Moldauiae Reguli,* cum PETRI ALBINI *commentatiuncula de Wallachia.* Witteb. 1587. 4. Libellus perexiguae molis, sed valde rarus, teste ZELTNERO l. c. p. 1232. IACOBVS DESPOTA, idem est, qui sub IO. HERACLIDIS DESPOTAE nomine inter Moldauiae Principes famam consequutus est. Vid. *Delitiae numismaticae* IO. DAV. KÖHLERI. P. XVIII. occasio-

casione primi omnium Thaleri Moldauici a. 1562. excusi.

ERNESTVS SONERVS.

Norimbergensis, Professor Physicae et Medicinae in Academia Altorff. Ipse aliquando nomen suum scripsit SOHNERVS. A Socinianis *Solini* nomine esse notatum, ZELTNERVS l. c. p. 1175. coniecturam fecit, quo titulo CRELLIVM fuisse cognominatum scimus. De eodem plura exposuit ZELTNERVS l. c. p. 26. seqq. Vid. *Gundlingiana* P. I. p. 31. seqq. Voluit eum THOM. CREENIVS in *Animadu. philol. histor.* P. III. p. 242. suspicione Socinianismi liberare, cui etiam MOSHEMIVS calculum suum non omnino denegauit. Contrarium vero vt hoc loco monstremus, opus non est, cum ea, quae ZELTNERVS de eodem narrauit, et RVARVS Epp. Cent. II. N. XXVI. qui se a SONERO ad hanc disciplinam esse perductum narrat, aliique Sociniani, qui eum Praeceptorem suum deuenerati sunt, inter quos prae coeteris Io. CRELLIVS et MICH. GITTICHIVS fuerunt, et plura alia a nobis in Historia Socinianismi enarrata, eum huic classi merito esse accensendum, extra omne dubium ponant.

SCRIPTA:

1. *Disputatio contra* MATTH. RADECIVM *de immortalitate animae.* MSC. Extitit in Bibliotheca Baumgarteniana, in cuius *Catalogo MSSCC.* p. 90. N. 238. ita allegatur: *Ratio, qua probatur immortalitas animae,* ex disputatione ERN. SONERI *MSC.*
2. *Demonstratio theologica et philosophica, quod aeterna impiorum supplicia, non arguant Dei iustitiam, sed iniustitiam.* 1654. 12. ZELTNERVS l. c. p. 49. dubitat, an vnquam typis exscriptus lucem viderit libellus,

lus, quod tamen *Sandius* l. c. p. 96. expresse adfirmat et ex eo Io. IAC BAIERVS in *Biograph. Professſ. Medic. Altorff.* Allegat autem ZELTNERVS MSC. tres, vel quatuor plagulas complectens, in quo auctor sub nomine MECTORIS DODICI SORNESTI EHNERI delitescere voluit. Collectores quoque *Novorum litter. Hamburgensium* a. 1754. P. 95. p. 759. Scriptum hoc nunquam vidisse lucem perhibent, idque adiunctis *Leibnitii* adnotationibus typis exscribendum, Bibliopolae sumptus facturo offerunt. Voluit eundem notis castigatum prelo committere LEIBNITIVS, quare eidem admonitionem ad lectorem iam praemisit, in qua SONERVM ingeniose atque subtiliter scripsisse testatur. Habuit quoque MOSHEMIVS libellum hunc ex LEIBNITIANO exemplari MSCtum, quod in praefatione *Tomo I. Sermonum Sacrorum Germ.* praefixa allegat.

Sed vera prodidisse SANDIVM testamur, cum libellus iste *Soneri* Collectioni opusculorum insertus reperiatur, quae hunc titulum prae se fert: FAVSTI et LAELII SOCINI, item ERNESTI SONNERI *Tractatus aliquot Theologici, nunquam ante hac in lucem editi: Quorum Catalogum sequens pagina indicabit. Eleutheropoli. Typis* GODFRIDI PHILADELPHI. *Anno* 1654. 12. pl. 6. seu *pagg.* 100. Vid. sub *Thoma Pisecio*, N. 3. p. 637. (*) In hac collectione, *Soneri* sic dicta demonstratio a p. 36-69. comparet. "Ita autem *Sonerus* eandem inchoat: Initio ne quis decipiatur ambiguitate nominis iustitiae, sciendum est demonstrationem non proce-

 dere

(*) Exemplari, quo vtor, *Samuel Crellius*, olim eiusdem possessor sua manu haec verba adscripsit: *Parvus liber, magno emtus pretio.*

dere de abſoluto Dei imperio, quod ſemper rectiſſimum eſt, et cuius vi potuiſſet pariter omnes homines tam pios, quam impios iterum in nihilum redigere, quemadmodum ex nihilo eos omnes fecit: ſed de illa iuſtitia, qua dicitur Deus vti in diſtributione praemiorum et poenarum, ſeruata aequalitate, ſecundum proportionem factorum, qua coactum dicunt Theologi Deum ad Satisfactionem pro delictis noſtris exigendam, niſi voluiſſet iniuſtus eſſe, et ſibi minus tribuere, quam debebatur." Poſt nominis explicationem, quaeſtionisque ſenſum ita p. 37. Syllogiſmo principali ſententiam ſuam adſtruere conatur: "Vbi nulla eſt proportio inter delictum et poenam, ibi nulla elucet iudicis iuſtitia, ſed potius iniuſtitia: Sed inter aeterna ſupplicia, quae Deus dicitur impiis irrogare, et inter temporaria ipſorum delicta, nulla eſt proportio:" Ergo etc. *Maiorem* hoc proſyllogiſmo probat: "Vbi nulla aequalitas, ibi nulla iuſtitia, ſed iniuſtitia; (manendo ſcilicet in terminis obiecti iuſtitiae) ſed vbi nulla proportio, ibi nulla aequalitas: "Ergo etc. *Minorem* ſyllogiſmi principalis iterum p. 38. hoc modo ſtabilire conatur: "Finiti ad infinitum nulla eſt proportio; *omnia impiorum delicta ſunt finita*, poenae autem aeternae ſunt infinitae. Ergo nulla eſt proportio inter delicta impiorum et ſupplicia aeterna. Cum *maior* huius proſyllogiſmi apud omnes tam Theologos, quam Philoſophos, et aliarum facultatum Profeſſores in confeſſo ſit et indubitatae fidei; *minorem* p. 39. probat ad Impoſſibile deductione, quod ad priorem partem; altera enim eſt extra controuerſiam, poenas nimirum aeternas eſſe infinitas, aeternitas enim proprie accepta finem non habet. Ponantur igitur delicta eſſe infinita,

ſi

ſi non ſint finita. Tum porro ſic argumentor: Si impiorum delicta ſint infinita, aut vt talia conſiderari poſſint, vel habent vim iſtam infinitam ex ſe ipſis, vel a delinquente, vel ab eo, in quem et contra quem delinquitur, vel ab horum aliquibus, vel ab omnibus ſimul; ſed nullo iſtorum modorum poſſunt eſſe infinita, aut vt talia conſiderari; et tamen praeter hos nullus alius ſupereſt modus, quo infinita dici et eſſe poſſint: Ergo omnino non ſunt infinita. Dixit autem aduerſarius eſſe infinita, quia negauit eſſe finita. Ergo ſunt infinita, et non ſunt infinita; quod eſt ἀδύνατον." *Minorem* iterum per ſingula membra a p. 39-64. probare, dubiaque quae illis opponi poſſunt, ſoluere ſtudet."

P. 64. ad obiectionem reſpondet: "Quomodo ergo de impiis dicitur, eos miſſum iri in ignem aeternum, *Matth.* XVIII. 8. et XXV. 41. 46. et quod vermis eorum non morietur, nec ignis extinguetur. *Marc.* IX. 44. et *cap. vlt. verſu vlt.* Reſpondeo, (inquit *Sonerus*) eiusmodi locutionem non ſemper infinitatem proprie dictam denotare, vt *Gen.* XVII. 13. circumciſio dicitur nota foederis aeterni, quod tamen foedus aeternum non fuit, nec eſſe debuit. *Exod.* XL. 15. AARON inaugurato ſacerdotio aeterno, quod tamen terminari debuit, per ſacerdotium Chriſti, qui fuit Sacerdos, non ſecundum ordinem *Aaronis*, ſed *Melchiſedeci*, *Hebr.* VII. 11. 12. Ibidem verſu 3. *Melchiſedecus* dicitur, manere Sacerdos in aeternum etc. Significant autem eiusmodi locutiones, vel certitudinem tantum, quae licet ſit finita, non interrumpenda eſt, vsque ad ſuum finem; vel longum admodum tempus, quo ſenſu etiam infinitum ſaepe accipitur a

Philoſophis; — — vel effectum infinitum, id eſt in aeternum poſtea non mutandum; ita quoque vermem impiorum non eſſe moriturum, ſignificare poteſt certitudinem poenae impiorum, ſimiliter ignem non extinctum iri, quaſi dictum ſit, nemo impius praeſumat, vanas eſſe minas, aut ſe effugere poſſe poenam; non prius enim illum ignem extinctum iri, aut vermem illum moriturum, quam ipſe comburendus et rodendus deſiturus ſit eſſe. Neque enim ignis ille extinguetur, quo poenas dare debent; ſed certo illos expectat; nec carnifex morietur, qui cruciabit etc. Poteſt quoque illis verbis ſignificari tempus longum, ſed tamen finitum; etc. Poteſt denique ignis ille aeternus dici, vel in aeternum non extinguendus per metonymiam effectus, ſeu ex conſequenti, quod ſcilicet qui illo conſumentur, non mutabuntur in aliam ſpeciem generabilem et corruptibilem quidem; quae igne elementari conſumuntur, poſſunt per circulum redire ad eandem ſpeciem, et iterum generari. Sed corrumpentur in nihilum, vt antea fuerunt nihil, neque in aeternum vnquam reditura ſunt, vt ex morte prima datur reditus per reſurrectionem; ſed manebunt conſumpta et perpetuo ſub termino iſtius corruptionis, ſiue is negatiuus futurus ſit, et ſimpliciter non ens, ſiue poſitiuum aliquid, vt mortis primae, cuius terminus poſt diſſolutionem mixti, ſunt quatuor elementa, vt volunt, ſed tamen tali, vt partes illius nunquam ſint coniungendae, nec in priſtinum ſtatum reſtituendae. Et hinc damnatio impiorum videtur appellari interitus aeternus. 2 *Theſſ.* I. 9."

Tandem p. 67. his verbis tractatui finem imponit: "Vt igitur concludamus, dicimus imperium Dei

Dei abſolutiſſimum et ſupremum, nullisque legibus ſeptum Dominum elucere quidem ex aeterna morte impiorum; iuſtitiam autem indidem non elucere per ſe, ſed ſecundario; puta ex ſeruatis promiſſis. Iuſtum enim eſt Deum ſeruare promiſſa, tametſi, ſine nota iniuſtitiae, ea poterat non promittere. Quia igitur ſemel hoc ſanxit, ad id ſe obligauit, ſe impiis non reſipiſcentibus irrogaturum hanc poenam, quam tamen libere, nulla iuſtitia coactus ſtatuit, iuſte nunc eam, quaſi ex obligatione ſpontanea exequitur, quam prius neque iuſte, neque iniuſte, ſed pro plena et abſolutiſſima decreuit Deus. etc." Ad calcem quaedam loca S. Scr. in quibus vox *aeterni* ſignificat tempus aeternum et in quibus agitur de ſupplicio impiorum p. 68. et 69. allegantur.

Libellum hunc SONERI belgice translatum prodiiſſe SANDIVS commemorat, ſub tit: Bewys dat de Strafen der Verdoemden niet eneydig ſullen zyn. In *Bibliotheca Baumgarteniana* P. I. p. 301. N. 219. ita titulus exhibetur: *Van den Standt der Dooden, en Straffe der Verdoemden na dit Leven, verſcheyden tractaten.* (ERN. SONNERI, LAELII SOCINI etc.) OLEARIVS in *ſynopſi controu.* p. 278. indicat, verſionem hanc a. 1631. prodiiſſe. Notante ZELTNERO l. c. in FELLERI *otio Hannoucrano* mentio fit editionis in Anglia impreſſae ex originali latina. Vid. M. AMMON *compend. innoc. relat.* T. III. p. 601. Not. p. VOGTII Catal. libb. rarior. p. 546.

5. *Argumenta ad probandum, ſolum Deum Patrem eſſe illum Deum Iſraelis.* Eadem ſine dubio ſunt, quae in RVARI epp. *Cent.* II. *ep.* XLIII. hoc titulo exhibentur: *Rationes contra Trinitatem ex reſponſione* F. So-

CINI ad WVIEKVM, a *Cl. viro D. E. S.* collectae. Vid. ZELTNERVS l. c. p. 51. et in *adnotat ad* RVARI *epp. p.* 610.

4. *Disputatio de praedestinatione.*
5. *Explicatio commatis 6. Act. XXVI.*
6. *De vnitate animarum et de intelligentiis.*
7. *Appendix ad quaestionem de vnitate animarum post separationem a corpore.* MSC.
8. *De coena Domini.* MSC.
9. *Contra* ALB. GRAVERVM *de satisfactione.* Scriptum sine dubio respicit opus, cui titulus. D. ALB. GRAVERI *de nouo ac horrendo errore circa doctrinam de satisfactione Christi pro peccatis generis humani dissertationes theologicae et scholasticae, exquisitissimis sophisticationibus ac argutiis* CHRISTOPH. OSTORODI et F. SOCINI *Neo-Arianis, seu potius Photinianis oppositae. Editio secunda correctior. Ienae* 1613. 4. *Alph.* 1. *pl.* 2½. *Vid.* sub F. SOCINO.
10 *Disputationes et Commentarius in Metaphysicam Aristotelis. Ienae* 1657. 4. Altera editio hoc in fronte titulo prodiit: *Ernesti Soneri, Professoris Norici, Philosophi et Medici olim celeberrimi in libros XII. Metaphysicos Aristotelis Commentarius, editus a M. Ioanne Paulo* Felwinger, *Norimb. Polit. Metaph. et Log. Altorff. Prof. Publ. Editio secunda, priori emendatior. Accessit eiusdem Felwingeri dissertatio de Angelis, opposita sententiae, quam de his fouit atque proposuit Sonerus. Itemque index rerum et verborum locupletissimus. Impensis Matth. Birckneri, Bibliopolae Ienensis et Helmstad. Anno* 1666. *Ienae, typis Sam. Kressii.* 4. *Alph.* 4. *pl.* 8. Statuit *Sonerus*, Angelos esse substantias corporeas, quod editor in adtexta dissertatione refuta-

sutauit. Quas praeterea auctor disseminauit in hoc opere opiniones a vero alienas, notauit IOACH. FRID. FELLERVS in *supplemento vitae Leibnitianae*, et ZELTNERVS l. c. p. 38. seqq.

11. *Catechismus germanice scriptus* MSC. pl. 20. Contenta eiusdem ZELTNERVS l. c. p. 46. seqq. exposuit, et quinque vltima eius capita c. XIV-XVIII. de sacerdotali et regio Christi officio inseruit in extenso Supplement. p. 820-856. notisque adiectis illustrauit ac refutauit. In GVNDLINGIANIS P. I. p. 31. seqq. perhibetur, opus hoc, in quo elaborando OSTORODVS quoque occupatus fuisse narratur, *Catechismi Racouiensis* primas continere lineas et sciagraphiam, cui etiam ZELTNERVS l. c. p. 46. Not. (a) assensum suum dare videtur. Sed de hoc argumento in *Hist. Socin. Polon.*

12. *Libellus de obedientia hominis Christiani* MSC. Putauit aliquando ZELTNERVS l. c. p. 50. idem hoc esse opusculum, quod praecedens N. 11. sed hanc sententiam reuocauit, l. c. p. 513. et 1239. illudque non tantum ab hoc plane diuersum, sed fortassis quoque MART. RVARVM illius esse auctorem suspicatur.

13. *Problemata tria theologica: I. Vtrum regenerati, seu, quod idem est, vere Christiani, possint sese abstinere a peccando, legemque seu praecepta Christi praestare? II. Vtrum Paulus VII. Cap. ad Rom. a versu 7. vsque ad finem, sub sua ipsius persona, de se ipso iam per Christi Spiritum regenerato loquatur; an vero de iis, qui adhuc expertes solidae gratiae, sub lege peccati sunt et de effectis, quae in ipsis lex peccati producit, qualesque ipsi sint, describat? III. Vtrum sub V. T. promissiones meras corporales, nullas vero aeternae vitae, habuerint: agitata inter Ministrum quendam*

Euangelicum DOXASTEN, *et alium quempiam diuinae Veritatis Studiosum* PHILALETHEN: *more Dialogi.* MSC. Hic plenus eit titulus collectionis variorum SONERI Scriptorum, quam *Sandius* p. 97. duobus verbis; inter *anonyma* vero p. 176. plene allegauit; Complectitur eadem tria SONERI ſcripta ſequentia, quae ZELTNERVS l. c. huic auctori vindicauit.

14. (a) *Regenitos eo perfectionis eniti poſſe, vt omnino non amplius peccent. Sub nomine Veritatis Studioſi in forma Dialogi inter* DOXASTEN *et* PHILALETHEN *MSC.* V. ZELTN. l. c. p. 50. Huic adtextum eſt Schediaſma germanice concinnatum, cui titulum fecit: XII. Kenn oder Mahlzeichen der falſchen Lehrer ꝛc. pl. 9. quod parum abeſt, quin ZELTNERVS l. c. p. 51. eidem SONERO acceptum ferat, et a. 1610. eſſe elaboratum arbitretur. Vid. ſub M. RADECIO N. 6. p. 709. Huic oppoſuit PAVL. FELGENHAVERVS Prüffebüchlein auf das Photinianiſche Buch: Kennzeichen, der falſchen Lehrer ꝛc. de quo vid. ſub *Floriano Cruſio* N. 10. p. 213.

15. (b) *Commentariolus in Cap. VII. Epiſt. ad Rom. quo Paulum de ſe nondum conuerſo loqui arbitratur.* MSC.

16. (c) *De promiſſionibus V. T.*

17. *Epiſtola ad D.* LEONH. DOLDIVM, Med. qua mentem ſuam in negotio religionis prodit. Scripta 1605. 5. *Martii* et inſerta eſt hiſtoriae ZELTNERI p. 819.

18. Diſcurſus de ente. ZELTNERO l. c. incognitus fuit. Hunc GITTICHIVS, libro ſuo aduerſus LVCIVM ſcripto praeoptauit inſerendum; ab eo tamen maxime abhorrebat VAL. SMALCIVS, quod GITTICHII epiſtola ad MOSCOROVIVM ſcripta, et ex MSC. ſub GITTICHIO N. IV. p. 392. inſerta, nos condocuit.

19. *Oratio funebris, qua* CHRISTOPHORO FVRERO AB HAIMEN-

HAIMENDORF *parentauit.* Adiecta est eiusdem FVRERI *Itinerario Aegypti, Arabiae etc. Noribergae* in officina ABRAHAMI WAGENMANNI, 1620. 4. edito. Ita allegatur in ANTONII TEISSERII *Auctuario Catalogi auctorum etc. Geneu.* 1705. 4. p. 70.

20. Disputationes et orationes SONERI, cum aliis, Io. PAVL. FELWINGERVS luci publicae commisit in opere, cui titulus: *Philosophia Altdorffina, hoc est celeberrimorum quorundam in incluta Vniuersitate Altdorffina Professorum, nominatim,* PHILIPPI SCHERBII, ERNESTI SONERI, MICH. PICCARTI *Disputationes Philosophicae, in vnum Fasciculum collectae et ab interitu vindicatae. Accesserunt aliquot* SONERI *et* PICCARTI *orationes, sparsim antehac editae et index rerum et verborum locupletissimus. Norimbergae sumptibus Michaelis Külsneri, Typis Mich. Endteri* 1644. 4. *Alph.* 3. *pl.* 15. *et Append. pl.* 5. quod opus praeter SCHERBII orationem, SONNERI quoque exhibet *de Theophrasto Paracelso eiusque perniciosa medicina.*

EVERHARDVS SPANGENBERGIVS.

Antwerpianus Reformatorum Ecclesiastes, homo fanaticus et Chiliasta. Natus circiter 1550 vel 51. ERASMO IOANNIS auctore iuuenis adhuc mysterium S. Trinitatis in dubium vocauit circa a. 1568. et primo quidem ad Arianorum partes, quas ille defendebat, transiit, his vero deinceps relictis, in SOCINI castris pugnauit, Vid. ZELTNERVS l. c. p. 246. qui aliorum iudicio reliquit, fueritne CYRIACI illius, qui a. 1566. seqq. Antwerpiae Euangelii praeco exstitit, cognatus, nec ne? Filium enim non fuisse, ex genealogia in vita SPANGENB. *Leukfeldiana* p. 74. patere, idem testatur. Ob suscepta placita,

placita, patria excedere coactus, in Poloniam et Transyluaniam se contulit.

Quando praecise in Poloniam venerit, certo determinari nequit; ex epistolis tamen F. SOCINI p. 606. colligimus, eum post primum in Polonia accessum, iterum ad tempus aliquod in patriam rediisse.

Circa a. 1593-1596. *Claudiopoli* in Transyluania commoratus est. Ad eum enim Claudiopolin F. SOCINVS d. 14. *Martii* 1593. et d. 10. *Augusti* 1596. litteras dedit. An munere publico ibidem functus fuerit, certo dici nequit. Singularem eius de propinqua rerum omnium restauratione sententiam, SANDIVS l. c. p. 88, exposuit, quae etiam ex scriptorum recensione patebit. Eadem constat ex secunda F. SOCINI epistola ad eum data; qua ille testatur, quod non velit cum SPANGENBERGIO disputare, de propinqua, quam speret rerum omnium restauratione. E priori F. SOCINI epistola colligitur, quod, antequam in Transyluaniam profectus, in Polonia et quidem Cracoviae, vbi SOCINVS eum aliquot ab hinc annos vidisse narrat, commoratus fuerit, et quod demum a. 1593. ad SOCINI castra plene transierit, antea Neo-Arianorum sectae adscriptus. Ita enim *Socinus* in *epp.* p. 606. ad eum scribit: "Audiui non ita pridem de te ea, quae mihi mirum in modum placuerunt; quemadmodum videlicet plane noster sis factus, et solidae pietatis studio magnopere incensus. Verebar enim, ne mali quidam inanium in religione nostra opinionum et rerum mundanarum fluctus te medio ad nos cursu abripuissent." Ad opinionem istam de propinqua omnium restauratione non respexisse SOCINVM his verbis, exinde constat, quia SPANGENBERGIVS eandem sequenti quoque tempore defendit, nec SOCINVS illam adeo in eodem improbauerit, quamuis de

hoc

hoc argumento disputationem declinaret, imo in hac parte eundem incorrigibilem iudicaret. Quae vero hac in parte illius opinio fuerit, ex altera F. SOCINI epistola ad eum data l. c. p. 607. aliquomodo coniici potest, in qua ita scribit: "Non sum in istis quaestionibus propheticis eo modo exercitatus, vt alios docere possim, semper etiam in ea fui sententia, quod homini Christiano necessarium non sit diligenter inquirere, quando et quo tempore, id est, intra quot annos, et multo minus, quo anno, vel etiam, an cito vel sero euenire debeant res illae, in S. Scripturis praedictae, multo minus se ipsum obscurarum praedictionum, in talibus libris comprehensarum interpretatione fatigare, iis exceptis, qui se ad hoc singulari quodam instinctu correptos sentiunt, et consequenter Spiritu prophetico donati sunt. — — — — Non sentio, quod Christiani hominis officium sit, scire, an omnium rerum restauratio tarde, aut valde cito futura sit; sed cum patientia tempus illud expectare, quando veritas integre declarata erit." Idem fere est argumentum epistolae SOCINI ad SPANGENBERGIVM, Racouiam d. 9. *Decemb.* 1598. l. c. p. 611

Circa annum 1597. e Transyluania in Poloniam remeauit, sedemque suam *Racouiae* fixit, quod ex epistola allegata SOCINI, nec non ea, quae 11. *Augusti* a. 1601. ad eum Racouiam data colligitur; praeter has adhuc alia legitur in epistolis SOCINI, absque anno et die scriptionis notato. Harum litterarum argumentum versatur circa theses SPANGENBERGII *de duabus bestiis apocalypticis*, ad quas SOCINVS rogatu Fratrum censuram quandam concinnauit, et cum hanc SPANGENBERGIVS refellere niteretur, suasque explicationes et rerum futurarum praedictiones, quas SOCINVS meras ac palpabiles nugas appel-

appellauerat, defenderet; huic defensioni SOCINVS nouas oppoſuit animaduerſiones in epiſtola longiori, ſcripta d. 11. *Auguſti* 1601. cui his verbis finem facit: "Vberius ad te hoc tempore in eam rem ſcribere nec queo, nec debeo: maxime cum ea, quae nunc et antea ſcripſi, ad coarguendum foediſſimum errorem tuum, ſi modo is ſis, qui vlla ratione emendari poſſis, abunde ſufficiant. Sed illud ex omni diſputationis tuae contextu clare liquet, aegre fieri poſſe, vt ad meliorem mentem conuertaris, cum ne ipſo quidem exitu praeſente, vanas tuas praedictiones, et friuolas ſacrarum prophetiarum interpretationes eſſe, diſpicere poſſis.

Aegerrime eum et paupertate preſſum Racouiae vitam ſuam traxiſſe, exinde colligimus, quod eum aliquando minori ſtipendio, et a. 1613. munere 10 flor. eſſe ſublenatum, in *Actis Synod.* MSSCC. legimus. Excommunicatum ſe a Fratribus Polonis fuiſſe, ipſe indicat et conqueritur in epiſtola N. 7. alleganda. Tandem a. 1620. d. 30. *April. Racouiae* obiiſſe, anno aetatis 69. SMALCIVS teſtis eſt in *Diar. vitae* l. c. p. 1214.

SCRIPTA:

1. *Theſes de duabus beſtiis. Apoc.* XVII. 8. 11. aduerſus quas SOCINVS, vt diximus, ſtricturas concinnauit. V. ſub F. SOCINO.
2. *Aſſertiones de Eccleſia Romana.* 1598.
3. *Diſputatio habita apud Friſios.* Mentionem huius fecit SOCINVS in *epp.* p. 613.
4. *Theſes de interitu Imperii Rom. Eccleſiae.*
5. *Epiſtolae ad* F. SOCINVM MSSCC. ad quas F. SOCINVS reſpondit. 1593. ſeqq. Vid. ſupra.
6. *Scriptum, continens narrationem de* ERASMO IOANNIS. MSC.

7. *Epi-*

7. *Epistola ad sororem quandam coetus eorum, qui Fratres Poloni vocantur, scripta Racouiae* 18. *Maii* lingua germ. MSC. cuius autographum SANDIVS in Belgio apud virum quendam clarissimum a. 1682. vidit, eiusque VII. contenta, in fronte litterarum exposita, recensuit.

SPINOVIVS. *Vid.* CHRISTOPH. CRELLIVS.

MARCELLVS SQVARCIALVPVS.

Plumbinensis (Piombino) Italus. A IOECHERO in Lex. erud. male *Hispanus* nominatur. Artem medicam professus, celebrem suo tempore famam singulari eruditione, quam sibi comparauerat, in Physicis et Medicina consequutus est. De eodem, scriptisque eius aduersus SIMONEM SIMONIVM concinnatis, plura antea paucis cognita exposuit *Celeb.* GODOFR. SCHWARZIVS, in *Dissert. de vita et scriptis* ANDR. DVDITHII §. 35. p. 81. seqq.

Sandio l. c. p. 81. dicitur Doctor medicinae, SIMONIO autem Monachus excucullatus. Ex Italia profugus, relicta religione auita, adsociauit se Basileae Reformatis. In Transyluaniam postea delatus, BLANDRATAE fauore adiutus, stipendium a Principe nactus, Socinianis se agglutinauit. Cum autem acerbe in F. SOCINVM scripto quodam inueheretur, consilio abeundi a BLANDRATA accepto, in Poloniam semet contulit. Reditum eum fuisse meditatum ad Pontificios ipse in libello N. 3. allegando, prodidit. DVDITHIO familiarissimus exstitit, quem quoque in Pascouiano inuisit. Ad SQARCIALVPI de cometis iudicium, STAN. LVBIENIECIVS prouocat in *Theatro Comet.* P. I. *fol.* 608. illumque virum doctissimum adpellat. De F. SOCINI libro aduersus PALAEOLO-

GVM

GVM ſcripto, cum quibusdam aliis male ſenſit, de qua materia epiſtolam ad SOCINVM dedit, quae vna cum SOCINI reſponſione in huius epiſtolis, et in *Biblioth. FF. PP.* T. I. p. 359. comparet. SIMONIVS in libro: *Simonius ſupplex etc.* p. 29. refert: SQVARCIALVPVM in F. SOCINVM acerbius in quodam ſcripto ſuo eſſe inuectum, idque ALCIATVM eſſe queſtum. Hoc ipſo notari epiſtolam a *Squarcialupo* ad SOCINVM 1581. 15. Sept. ſcriptam, veriſimile videtur. Reliqua viri eruditiſſimi fata, mortisque tempus, cum omnibus ignoramus. Fuiſſe eum in religione varium et nullius fere fidei, eiusdem ſcripta comprobant.

SCRIPTA:

1. *Epiſtola ad* F. SOCINVM *ex vrbe Tranſyluanorum primaria ſcripta* a. 1581. d. 15. Septemb. In eadem maximo animi candore SOCINVM, propter nimiam philautiam, ſuperbiam, vehementiam, moroſitatem et pertinaciam corrigit, ipſique prudentem adfectuum moderationem ſuadet.
2. *De cometa in vniuerſum, et de illo, qui a.* 1577. *viſus eſt, opinio* MARCELLI SQVARCIALVPI *Plumbinenſis, ad Ampliſſ. et Sapientem Virum* ANDR. DVDITHIVM, *Caeſaris Conſiliarium.* Scriptum in forma epiſtolae concinnatum, datae *Paſcouii* in Morauia 1578. In eodem THOM. ERASTI de cometis libellum, in quo ex principiis ARISTOTELIS de origine et conditione cometarum tractauerat, ad examen reuocat, inprimis ſententiam de praeſignificationibus rerum futurarum, quas haud pauci ſibi in cometis imaginantur. In tres opuſculum diuiſit partes, quarum argumentum P. I. C. I. his verbis exponit: "Prius adferam diſputationis inſtitutum, poſtea deſcendam in hunc tam arduum diſputandi campum. Differendum eſt primum, orato-

rie

rie tamen, vt decet, contra ineptos Aſtrologos. Deinde contra peripateticos, preſſa magis et grauiori methodo de natura, cauſſis et effectibus cometarum. Demum contra illos, qui rem non ſolum phyſicam, vt ARISTOTELES, verum monſtrum horrendum cometam eſſe vociferantur. — — — Contendam cometis naturam eſſe etiam nunc ignotam: ex quo fiet, vt nulli ſint illorum errores et vaticinia penitus nulla. — — — Dicam in fine, quae mala poſt cometam accidere poſſint, eadem tamen a cometa nullo modo eſſe."

Scriptum SQVARCIALVPI DVDITHIVS per epiſtolam eruditionis plenam THOMAE ERASTO transmiſit, qui illud et epiſtola ad DVDITHIVM, et peculiari *declaratione et probatione ſententiae* ARISTOTELIS refutare ſtuduit, quae omnia in peculiari collectione comparent. *Vid.* ſub DVDITHIO N. 14. p. 313. *Squarcialupi* opuſculum, de quo *Dudithius* in epiſtola ad *Eraſtum* iudicat: quod nihil in hoc genere eruditius, acutius, elegantius, ſiue a noſtris, ſiue a veteribus ſcriptum fuerit, inſertum quoque eſt IO. ANDR. BOSII operi *de ſignificatu Cometarum Diſſertationes et Iudicia doctorum hominum etc. Ienae* 1665. 4. p. 56-133. Plura de certamine SQVARCIALVPI cum ERASTO expoſuit FREYTAGIVS in *Adpar. litt.* T. III. p. 768.

3. *Scripta amoebea* SQVARCIALVPI et SIMONII, allegauit GODOFREDVS SCHWARZIVS l. c. p. 82. ſuntque

a. SQVARCIALVPVS *de aereo phasmate et quinque amygdalarum vi in ebrietate retardanda;* edita in Tranſyluania, fortaſſis *Claudiopoli.*

b. SIMONII *refutatio Vilnae* excuſa.

c. *Squarcialupi Triumphus etc. Claudiopoli* in Tranſyluania a. 1584.

d. SIMONII SIMONIVS *supplex ad incomparabilem virum, praeclarissimisque suis facinoribus, de vniuersa Republica literaria, egregie meritum*, MARCELLOCAMILLVM quendam SQVARCIALVPVM, *Thuiscum Plumbinensem triumphantem etc.* VOLVIT, HABEAT. *Cracoviae* ALEX. RODECIVS *imprimebat.* A. 1585. 4. *pagg.* 374. vel *Alph.* 2. pl. 3., Continet *Triumphi Squarcialupini* Num. c. refutationem.

e. SQVARCIALVPI, SIMONIS SIMONII *Lucensis, primum Romani, tum Caluiniani, deinde Lutherani, denuo Romani, semper autem Athei, summa Religio. Auctore D. M. S. P.* (Doctore MARCELLO SQVARCIALVPO *Plumbinensi) Cracouiae typis* ALEXII RODECII 1588. 4. *pagg.* 20. Vid. AVG. BEYERVS *in Memoriis historico-criticis libb. rarior.* p. 254. SPITZELIVM ex hoc libro nonnulla protulisse in *Scrutinio Atheismi*, IO. HALLERVORDIVS commemorat in *Bibliotheca curiosa*, p. 374.

4. Plura scripta ab eodem partim hetrusco, partim latino sermone concinnata allegantur in IOSIAE SIMLERI *Bibliotheca* p. 112. seqq.

FRANCISCVS STANO.

A. 1663. ex decreto consessus Cruciburgici in Silesia vna cum TOBIA IWANICIO in Transyluaniam delegatus est, exsulibus Polonis ibidem fixam sedem procuraturus.

SAMVEL STANO.

Fortassis FRANCISCI filius, saltim cognatus. A. 1684. in consessu Rutouiensi Borussiae ad disciplinam Ministrorum admissus legitur; anno autem 1687. in Synodo

nodo Selichouiae in March. Brandenb. habita, eius conſecratio ad miniſterium Eccl. Pruſſici coetus arbitrio conceſſa eſt, cui quoque per plures annos ad terminos Poloniae praefuit. *Vid. Hiſt. Socin. Bor.*

PETRVS STATORIVS, *Senior.*

Gente *Lotharingus*, ciuitate *Thionuillanus*, vulgo *Gallus* dictus. Complures celebrantur in hiſtoria Socinianismi Polon. STATORII, ex quibus tres in primis inſignem ſibi compararunt famam; nimirum PETRVS *ſenior*, PETRVS *iunior* et IOANNES. Medio horum e polonico idiomate STOINSKI, inditum formatumque eſt cognomen STOINII. PETRVS *ſenior*, adhuc iuuenis diſcipulus BEZAE exſtitit, quo teſte, BLANDRATAE quondam familiaritate in Academia Geneuenſi corruptus eſt. Vid. BEZAE epiſtola 1567. ſcripta in *Epp. theologg. Geneu.* 1573. N. 16. p. 120. In praefatione libro, cui titulus: VALENTINI GENTILIS *impietatum et periurii ex actis etc.* praefixa, BEZA STATORIVM vocat iuuenem alioqui bono ingenio, nec contemnenda doctrina praeditum, at omnem operam ſuam fucandis BLANDRATAE barbariſſimi Scriptoris commentis nauantem. A. 1559. in Poloniam venit, et in Rectoratu Scholae Pinczouienſis, ORSACIO ſucceſſit, quo loco etiam IOANNI A LASCO, magna cum pompa in templo Pinczouienſi ſepulto, a. 1560. menſe Ianuario cum aliis parentalia habuit. Simulatam eiusdem de S. Trinitate confeſſionem in Synodo Pinczouienſi a. 1559. exhibitam, ex *Act. Synod. Wengerſcius* expoſuit l. c. L. I. C. 13. p. 83. De eodem PAVL. GILOVIVS in Synodo Sendomirienſi dixit: Quicquid mali nunc ſerpit in Polonia, ille STATORIVS prima incenſio. Vid. RINGELTAVBE *Hiſt. Biblior. Polon.* p. 93. et LVBIENIECIVS l. c. p. 210.

211. Plura de eodem in *Hist. Socin. Polon. ex actis MSSCC.*

SCRIPTA:

1. *De I. C. Dei Patris hominumque Mediatore Ode dicolos tetrastrophos* PETRI STATORII. Adtexta est CASP. HELTI, *Pastoris Claudiopolit. in Pannonia Confessioni de Mediatore generis humani I. C. Deo et homine contracta nomine et voluntate Ministrorum Ecclesiae in vrbe Claudiopoli in Pannonia. Witteb.* 1555. 8. pl. 7. Impressa *Pinczouiae* eadem est altera vice *in officina* DAN. LVNCICII A. D. 1559. 8. quo loco *Statorii* Oda legitur *fol.* G. 6. 7. Complectitur eadem 23. Strophas genere Sapphico, quarum priores tres ita fluunt: *Orbis immensi ingenitus Creator Spiritum de se genuit, sed ortum Eius haud vates geniusue nouit: Natus ab aeuo est. Hunc suum magnus genitor vocauit Filium, plenum deitate Patris: Hic iubet mundum fieri, iubenti Paruit ille. Ergo per natum Deus ille cuncta fecit. Humano generi per ipsum Notus est, egit genitoris ille Nomine semper.*

Quaedam posthac a Filio Dei, commendante ipsi Deo Patre, gesta in V. T. enarrat, et de interitu Sodomitico STROPHE VI. ita canit: *Ille descendens (Patre sic iubente) Sulphuris nimbos et acuta flammae Tela depromens scelerum magistras Perdidit vrbes.* Et STROPHE X. *Ille diuersa specie videndus Saepius sanctos adiit Patrisque Iussa supremi patefecit illis Consiliumque.* De incarnatione Christi STROPHE XII. *Denique in puram penetrauit aluum Virginis: vere est homo factus, atque Non duo nati, sed homo Deusque Filius vnus.* De officio Christi Mediatoris in fine STROPH. XIV. et in STR. XV. *Hic nobis datus est Olympo*

Concili-

Conciliator: Pontifex summus datus et Sacerdos, Qui suo nostra scelera expiaret Sanguine, hic agnus sine labe mundi Crimina tollit. STR. XVIII-XX. speciose de Ario aliisque haereticis queritur, *Arrius quondam deitate Christum Impius magno spoliauit ausu: In duo Christum lacerauit error Nestorianus. Quem Quirinalis Babylon furorem Ausa complecti, secuit Magistrum, Carnis et nitens merito reliquit Numinis arcem. Carneo Christo varios patronos Addidit mendax et iniqua Roma, Quae Sacerdotem negat esse Christum Verbum hominemque.* STR. XXI et XXII. preces ad Christum directas exponunt, quibus eius auxilium et praesidium aduersus hostes implorat.

2. *In Clariss. Viri Dn.* IOHANNIS A LASCO, *Poloniae Baronis obitum, funebris oratio conscripta et habita a* PETRO STATORIO. *Impressa Pinczouiae in offic.* DAN. LANCICII. A. 1560. 8. *pl.* 2½. Praefixa est breuis dedicatio scripta FRANC. LISMANINO. Oratio habita 1560. d. 29. *Ianuar.* Eiusdem mensis d. 8. Io. A LASCO vita defunctus erat. Vid. SALIGIVS l. c. p. 631.

3. *In duos* MART. CROMERI *Dialogos, qui* DE VERA ET FALSA NOSTRI TEMPORIS RELIGIONE *inscribuntur, Animaduersiones breuissimae, quibus hominis fucus et impostura deteguntur, et quatenus necesse fuit, refutantur. Impressum Pinczouiae in offic.* DAN. LANCICII. *A.* 1560. *die* 8. *Febr.* 8. *pl.* 8½. Quis auctor sit, ex opere quidem ipso colligi nequit: esse vero PET. STATORIVM, IO. LAETVS testatur in *Compend. hist. vniuers.* p. 541. *edit. Lugd. Bat.* 1643. 8. CROMERVS paucos ante annos, in duabus dialogis, inter Aulicum et Virum ecclesiast. habitis, *polon.* scriptis, in linguam vero latinam translatis et editis *Paris.* 1568. 8. et

Colon. ap. CHOLIN. 1568. 8. *Alph.* 1 et $\frac{1}{2}$. 1) De falsa Lutheranorum religione; 2) De vera Christi religione tractauerat (*). Vtrumque dialogum STATORIVS, *priorem* quidem fol. B-F iii, *posteriorem* in reliqua operis parte refutauit. In *praefatione* ad Amplissimum Polonorum Equestrem ordinem, CROMERI vehementiam, impetum et insolentiam, quibus Principes Protestantes, Nobilesque Polonos adortus erat, increpat et obiurgat, ordinemque Equestrem, qui in Comitiis Warsauiensibus CROMERVM accusauerat, aduersus hunc iterum sollicitat. In prioris Dialogi refutatione auctor narrationes Pontificiorum de LVTHERO diuulgatas, de eius persona, vocatione, doctrina, totoque reformationis negotio mendaciorum arguit ac refellit. In responsione ad alterum dialogum, in quo CROMERVS doctrinam Euangelicam inuasit, antiquasque criminationes recoquendo proposuit, STATORIVS monstrauit, quod in illa materia, hae propositiones omne ferant momentum: 1) Dei verbum non solis sacris literis contineri; 2) Non omnia dogmata ad salutem necessaria in diuinis oraculis reperiri; 3) Ipsa Dei instituta Ecclesiae arbitrio mutari posse. Has ordine tractat et satis solide, admixtis tamen placitis suis refellit. Aduersus *primam fol.* F. 5. seqq. euincit: Vere et proprie solas Scripturas S. esse Verbum Dei, seu solis libris authenticis V. et N. T. contineri, hocque facto CROMERI argumentum refutatur, quod erat: " Testimonium Apostolicum, (non verbum Dei in membranis de-

(*) CASP. FRISIVS in *Epit. Biblioth. Gesner.* p. 579. ex vnico hoc CROMERI opere duo fecit, haecque MART. CROMERO *monacho* tribuit, quem ab alio MARTINO CROMERO distinguit. Seductus sine dubio editione *Coloniensi*, quae hunc titulum prae se fert: *Monachus, s. Colloquiorum de Religione libri IV.* binis distincti dialogis.

defcriptum) et Praefidum Ecclefiae confenfus, et miracula, funt ipfiffimum Dei verbum. Ecclefia autem Romana eiusmodi eft. Igitur verbum Dei eft, quicquid Romanae Ecclefiae Praefidum confenfus ftatuit." Altera CROMERI thefis, quam ab inductione quibusdam exemplis doctrinae, in S. Scriptura non expofitae confirmare ftuduit; e. g. Deum effe principii expertem et immortalem, Chriftum de Mariae Virginis fanguine carnem fumfiffe, ac Deum fimul et hominem natum effe, et in vna perfona duas naturas duasque voluntates retinuiffe; Chrifti Dei et hominis et Sp. S. adoratio et inuocatio; Baptifmus infantium etc. a STATORIO *fol.* G. 5. feqq. per fingula membra refellitur, omnesque propofitiones ex S. Scripturae literis euincuntur. De S. Trinitate et inuocatione Chrifti et Sp. S. ad fpeciem orthodoxe fcribit *Statorius fol.* G. 6. "Adorandum et *inuocandum effe Chriftum* primum euincit ipfius diuinitas, ab omnibus Apoftolis praedicata. Deinde multorum exempla, qui eum adhuc in terris agentem adorarunt; multique in coelos receptum precibus implorarunt, vt STEPHANVS et IOANNES. Quae fane Apoftolicis fcriptis tradita funt. Si vero idem DE SPIRITV S. tibi probari poftulas, quaeram ex te, an Apoftoli nobis tradiderint, Sp. S. effe Deum? Si enim Deus eft, minime quidem eius adoratio et inuocatio in dubium vocanda eft. Eum autem effe Patri et Filio confubftantialem, fi nondum Scripturis edoctus es, prius difce, quam temere ifta effutias. Quod vero DE VNA DIVINA IN TRIBVS PERSONIS ESSENTIA a maioribus noftris eft proditum, minime quidem Scripturarum teftimoniis caret. Quicquid autem veritatis hoftes nugentur, ego a diuinis Scripturis fum edoctus, Deum

 Patrem

Patrem Domini nostri I. C. Filium ante omnia secula sibi consubstantialem genuisse; Spiritum S. etiam sibi consubstantialem ante omnia secula habuisse: cuius processio, sicut et Filii generatio, nemini vmquam cognita est: eam tamen Electi post resurrectionem cognoscent. Vnius autem naturae seu essentiae sunt Deus P. F. et Sp. S. a quibus omnem salutem expectant fideles. quandoquidem in Dei P. F. et Sp. S. nomine sunt baptizati: nec enim satis firma esset nostrae salutis ancora, si eorum diuersa esset natura, qui nostrae vitae sunt authores."

4. *Breuis Apologia* PETRI STATORII *Galli ad diluendas* STANCARI *cuiusdam calumnias, quibus ipsum priuatim* STATORIVM, *publice autem vniuersam Christi Ecclesiam, recte de Mediatore I. C. sentientem, obruere conatus est. In qua continetur orthodoxae fidei de Dei inuocatione assertio: et vera de Mediatore sententia ex purissimo Dei verbo petita.* 8. *pl.* 5. Videtur impressa *Pinczouiae* in offic: DAN. LVNCICII 1560. quod SANDIVS quoque putat l. c. p. 47. Iidem quoque sunt typi, qui in praecedente opere, cum quo etiam in eodem Volumine quo vtimur, compacta est. STATORIVS in *priori* operis parte respondet ad epistolam STANCARI, ALEX. VITRELINO datam, in qua illum criminis denegatae et oppugnatae Sp. S. inuocationis accusauit; quod STATORIVS a se remouet, STANCARI vero credulitatem, litigandi studium et temerarium fastum notauit, et vt calumnias suas retractet, sollicitauit. Confessionem suam STATORIVS de hoc argumento *fol.* A. 5. b. his verbis concinnauit: "cum (si alia argumenta desint) me, inuocato Dei P. F. et Sp. S. nomine baptizatum esse ad salutem profitear. Cum vero

vero Sp. Sanctum Patri ac Filio consubstantialem esse credam et confitear, annon mecum ipse pugnem, si ei inuocationis laudem detraxero? Deus igitur cum sit, quis ab ipso adiuuari non contendat? Quis eius opem non imploret? Nam et Consolator et Viuificator est noster, veritatis Spiritus, Magister ac Doctor fidelium: futurorum Praenuntius, omnium donorum Dei Dispensator, qui in fidelibus habitat, iisque testificatur, eos esse filios Dei, etc. Aio igitur, STANCARE, Deum Patrem, Filium eius, ac vtriusque Spiritum me vere et cum fiducia secundum veritatem verbi Dei inuocare, colere, adorare." Quam arripuisse sibi videatur STANCARVS calumniandi occasionem, ita STATORIVS significat: "Memini autem me de recta oratione verba facientem — — inprimis eam orandi formam commendasse, quam nobis tradidit Seruator, admiratum inprimis numerosam, nec satis methodicam cantiuncularum multitudinem, magno omnium applausu inter nos receptarum, quas in meliorem ordinem digeri posse nemo est, qui nesciat. Etsi autem Patris inuocationem, totius Scripturae consensu et omnium seculorum vsu inprimis commendatam inculcaui: minime sane Filium ex ea gloria deturbandum censui, quem Patris dextrae assidentem STEPHANVS ille Protomartyr inuocat, ego vero vt Deum, Dominum, Mediatorem atque Redemtorem meum suppliciter precor: neque Spiritum S. hinc excludendum duxi: etiamsi *peculiaris ad eum oratio*, *in Scripturis*, *quod sciam*, *non occurrat*; cuius opem in meis precibus nunquam non imploro." Ad *alteram* deinde tractationis suae *partem fol.* A. 7. descendit, qua grauaminatur, a STANCARO orthodoxam Ecclesiam Arrianismi

accusari, quia officium mediatorium toti personae Filii Dei tribuat. Circa hoc argumentum confessionem suam his verbis profert: "Nos cum orthodoxis Patribus eum (Christum) ex Patris substantia natum esse affirmamus. Denique nihil Deo et Patri tribuimus, quod non Filio vindicemus, excepto quod non sit Pater. — — — Quemadmodum sequitur ex ARII blasphemia, Filium Dei esse seruum Patris (omnis enim creatura sui conditoris serua est) ita nostra assertione euincitur, Filium Dei consubstantialem esse Patri. Ex quo rursum conficitur, eum neque seruum, neque subditum esse Patri, quandoquidem non est creatura."

De vsu vocabuli ὁμοούσιος ita scribit: "Equidem sanctissimi Patres eam vocem tanti fecerunt, vt tanquam impenetrabilem clypeum cunctis haereticorum machinis vnicam obiicere non dubitauerint. Quicquid enim Deo dignum est, homousii vocabulo aperte declaratur, adeo vt voculae huius professione olim orthodoxi ab haereticis discernerentur." Ad STANCARI obiectionem: Deum esse ens simplicissimum, ac proinde humanae naturae officium mediatorium competere, *fol.* B. 2. b. ita respondet: "Dicis vnum esse Deum. Quis hoc negat? Cum autem vnum Deum dicis, vnam naturam diuinam te intelligere puto. Alioqui te SABELLII discipulum esse iudicabo. Non enim sic est vnus Deus, quin tres hypostases seu personae distinctae in vna simplicissima diuina natura subsistant, modo quidem nobis incognito: sic tamen, vt verae ac perfectae Triadis professio non sit chimerica, nec nominibus solis constet, verum etiam rebus ipsis. Vnam igitur esse diuinam naturam Patri, Filio ac Spiritui S. communem, satis inter nos constare arbitror.

Et

Et *fol.* B. 3. b. Eſt igitur viſum Altiſſimo, vt Filius a ſe ante omnia ſecula genitus, humanam naturam ex puriſſima virgine, cooperante Spiritu S. ſibi aptaret etc. *fol* B. 4. b. Hoc igitur duce in Patris altiſſimi gratiam reducti ſunt, quotquot minime dubia fide in Dei Filium crediderunt. Quare optimo iure Dei, nempe Patris, hominumque Mediator a viris Spiritu S. afflatis nuncupatur. Etenim poſt humanae Naturae aſſumtionem inter Deum Patrem et nos conſtitit medius, eo quod paternae ſimul ac noſtrae Naturae particeps erat. — — Quare hunc quoque iam Mediatoris officio functum fuiſſe apparet, vbi primum a Deo protoplaſtus defecit. — — Tamen poſt illum ipſum hominem factum ſeſe inexhauſta illa Dei charitas multo clarius exhibuit. Quippe qui Filium ſuum Mediatorem ſimulatque hoſtiam expiandis hominum flagitiis conſtituerit — — quam ob rem Pater, humanae ſalutis amantiſſimus, Filium ſuum hominem factum, victimam immaculatam ſiſtit ad crucis aram: vt ſacrificio vnico Electorum omnium crimina expiaret. Quanquam vero illa Filii diuinitas neque vulnera, neque mortem perpeſſa eſt, tamen in cruci affixo homine erat, neque hominis de Spiritu S. concepti mors (vt inepte iſti carnifidentes nugantur) vllius momenti fuiſſet, niſi ex coniuncta ſibi Deitate totam vim ſuam hauſiſſet." Hanc confeſſionem STATORIVS *fol* B. 6. b. ſeqq. ex S. Scr. confirmat et obiectiones *Stancari* ex LOMBARDO excitatas, e. g. quod Chriſtus Dominus, ſi aliter ſtatueretur, Patre minor exiſteret, quod diverſae Naturae a Patre eſſet, quod ſemet ipſum reconciliare debuiſſet, quod vel Tritheiſmus, vel duplex diuina eſſentia ſtatueretur etc. e medio tollit, et circa

hanc

hanc materiam *fol.* C. iii. seqq. ita differit: "Tantum illud afferimus, veram et realem trium perfonarum diftinctionem, tres Deos non conftituere. Etfi enim tres funt perfonae, non tamen efficitur inde, tres effe Deos, id eft tres Deitates: idque propter fimpliciffimam Effentiam tribus communem. — — — Deinde, quod ex Chrifti ad Patrem interceffione duos colligunt Deos, ingentem cauillandi pruritum indicant. Si enim extra mediationis actionem ac myfterium, perfonalis, i. e. vera Filii a Patre diftinctio duos non conftituit Deos, manente effentiae identitate; cur in difpenfatione, (fic enim veteres Mediatoris officium vocant) fcindetur illa Effentiae diuinae vnitas? non video. Sicut igitur ab aeterno Pater et Filius, licet propriis et veris hypoftafibus diftincti, duo non fuerunt Dii, i. e. duae Deitates: fic, (quando immutabilis eft eorum natura) iidem remanent in aeternum, etiamfi Patri mundum reconciliauerit Deus Filius homo factus. — — Filius Dei verus Iehoua homoque verus nos perducit ad Deum fuum Patrem. Chrifti enim humanitas ad fuam diuinitatem nos ducit: quem vbi ceu Filium Dei nobis datum Interceflorem ac Redemtorem fide amplexi fumus, nos demum vti hoftias immaculatas Patri fuo fiftit."

Praeterea STANCARO obiicit, quod ex ipfius fententia, non in Deum, fed in hominem, qui caro eft, fiducia noftra effet collocanda. *Fol.* C. 6. b. thefin fuam S. Scripturae teftimoniis confirmare pergit, et STANCARI hypothefin euertit, quod ante Chrifti incarnationem nullus exftiterit Mediator, ipfique *fol.* D. 5. monftrat, quod duplicem fibi effingat Chriftum etc.

Valet de his STATORII fcriptis, quod *Ven.* MOSHE-

MIVS

MIVS l. c. p. 321. tulit iudicium: "*Pinczouianos, antequam a. 1565. a Reformatis segregarentur, Trinitatem qualemcunque professos esse, nec omnem I. C. divinitatem detraxisse.* Paulo tamen post STATORIVS in aduersariorum partes concessit, quod *Hist. Socin. Polon.* fusius ex *actis MSSCC.* euictum dabit, quod satis quoque colligitur ex BEZAE *Epp. theologicis* N. 15. 16. STATORIO scriptis *Calend. Nou.* 1565. et 12. *Iul.* 1567.

5. *Epistola ad* REMIG. CHELMIVM, *qua ipsi iussu Synodi Pinczouiensis, ad quaestionem de Spiritus S. inuocatione rescribit Pinczouia* d. 30. *Ian.* 1561. Est responsoria ad CHELMII litteras dat. 15. *Ian.* 1561. *Vid.* LVBIENIECIVS l. c. L. III. C. VII. p. 208. seqq. et *Hist. Socin. Polon.*

6. *Grammaticae polonicae institutio, Cracou.* 1568. 8. Allegatur in *Catalogo Biblioth. Bodleianae*, T. II. p. 182.

7. Quod *translationi Bibliorum S. a Pinczouiis in linguam polonicam transfusorum*, quae cura sumtibusque *Princ.* NICOL. RADZIVILII *Palatini Viln. Brzestiae impressa* 1563. per BERNH. WOIEWODKAM *typogr. Cracou.* quem inde *Princeps* euocauerat, STATORIVS operam suam praestiterit, fusius alio loco exposuimus. *Vid.* HOFFMANNI *Hist. typogr. polon.* p. 29.

8. *Epistola agens de vulgo recepto dogmate Trinitatis, quam* FRANC. IVNIVS *Tom. II. Opp. theologg. fol.* 56. *seqq. in defensione secunda catholicae doctrinae de SS. Trinitate personarum in vnitate essentiae diuinae adversus Samosatenicos et alios errores etc.* exhibet, sub hoc titulo: *Epistola quam Praeceptori orthodoxo scripsit discipulus* ARIANVS. Haec sine omni dubio a STATORIO profecta est. Vid. *Sandius*, p. 172. PLACCII *Pseudon.*

don. N. 237. Fortaſſis THEOD. BEZAE ſcripta, occaſione litterarum ab hoc ad STATORIVM diſcipulum olim ſuum datarum. Dubitat, nec ſine ratione SANDIVS l. c. a F. SOCINO profectam eſſe epiſtolam, cum dici non poſſit, quis ille praeceptor orthodoxus F. SOCINI fuerit, cum iſte αυτοδιδακτος, neminem praeter LAELIVM, magiſtrum habuerit.

PETRVS STATORIVS, *Iunior.*

Natus circiter 1565. cognomentum STOINSKI, PETRI filius, nobilitatis iuribus in Polonia cohoneſtatus, obtinuit; GREGORII PAVLI gener, a FAVSTO SOCINO corruptus, cuius amicitia intima ſemper poſthac vſus eſt. Primum coetus Luclauiciani miniſter, quod munus ipſi a. 1588. (non autem 1598. quod in vita Socini perhibetur) propter ſingularem eloquentiam et iudicii aciem, cum aetatis annum XXII. ageret, collatum eſt. Deinde coetui Racouienſi admotus, omnes facundiae ſuae perſuaſione ineſcauit. Fuit vitae et laborum F. SOCINI ſocius, funerisque ipſius laudator, quem quoque paulo poſt, ne anno quidem elapſo, in morte comitatus eſt. Obiit enim a. 1605. d. 9. *Maii*, teſte SANDIO l. c. p. 93. vix quadragenarius. Eidem atque CHRISTOPHORO BROCKAYO, *Rectori lycei Racou.* eodem tempore defuncto, VAL. SMALCIVS d. 19. *Maii* parentauit. Vid. *Diar.* SMALCII apud ZELTN. p. 1179. Haud pauci Iuniorem hunc cum Seniore patre commutarunt, inter quos etiam CALOVIVS fuit, quod RVARVS in ep. ad hunc ſcripta notauit, in *Epp. Cent.* I. N. 47. A. 1592. Lublini cum *Radziminio* aliisque Ieſuitis in horum templo per biduum inſtituit colloquium, praeſentibus ſummi Tribunalis Regni Pol. Aſſeſſoribus. Habuit praeterea aduerſarios FARNOVIVM, WISNOVIVM,

NOVIVM, GREGOR. ZARNOVECIVM et SMIGLECIVM, de quibus in recenſione Scriptorum. De itinere STATORII ad aulam Turcicam cum Legato Regni Poloniae, ita SOCINVS in epiſtola Io. VOLKELIO a. 1696. d. 16. *Nouembr.* data inquit in *epp.* p. 490: "Angimur omnes plurimum noſtri STATORII abſentia, quem vtinam aliquando recipiamus. Sparſi enim erant rumores de exitio OSTROVII, Regii ad Turcam legati, cui comes ſe adiunxerat; quos tamen falſos fuiſſe ſperamus. Ego Deum orare non ceſſo, vt nos vtriusque incolumi ad ſuos reditu conſolari velit." Redierunt quoque ſalui et *Legatus* et STATORIVS domum, quod SOCINVS eidem VOLKELIO laetus narrat d. 8. *Martii* a. 1597. Hanc ad Turcas profectionem auctor vitae ANDR. WISSOWATII apud SANDIVM l. c. p. 228. reſpicit, qui STATORIVM ſtrenuum veritatis (ex errore ſuſcepto) propugnatorem et propagatorem adpellat, cui, et *in medio Turcarum, in ipſa Byzantina arce* haud veritus eſt praebere teſtimonium. Quam charus SOCINO etiam poſthac fuerit, vel exinde, poſt multa alia, colligi poteſt, quod a. 1602. d. 17. *Febr.* in epp. p. 470. *Chriſtoph. Oſtorodo* ſcripſerit: STATORIVS iam firmus factus eſt, vt antea erat. Vid. HOORNBEECKIVS l. c. T. I. p. 31. WEISMANNVS l. c. T. II. p. 537. SALIGIVS l. c. T. II. p. 624.

SCRIPTA:

1. *Colloquium ſeu Diſputatio Luslauiciis habita cum* FARNOVIO 1591. *de exiſtentia Chriſti Domini ante matrem, polon.* Allegat colloquium hoc in litteras relatum *Dan. Clementinus* l. c. *fol.* F. 4. hancque ibidem dicti Io. VIII. 58. a STATORIO proditam eſſe explicationem commemorat: "Antequam *Abrahamus* id erit, quod nomen *Abrahami* ſignificat, i. e. *pater multarum gentium crediturarum, ego iam ſum Chriſtus Ie-*

ſus,

sus, qui Abrahamo per Euangelium liberos sum suscitaturus, quo demum facto, hic proprio sensu Abrahamus euadet.

2. *Disputatio, quam* 1592. *Lublini cum* ADRIANO RADZIMINIO *aliisque Iesuitis in eorum templo, praesentibus summi Tribunalis Regni Poloniae Iudicibus, per biduum habuit.* Iterum DAN. CLEMENTINVS l. c. eam allegat *fol.* D. 3. et S. 3. b. sub titulo polonico: DISPVTACYA *Lubeſska Z. X. Radziminskim* 1592. Inde colligimus lingua Polon. illam esse concinnatam. De diuinitate Christi ita *fol.* 8. STATORIVS eodem allegante enunciauit: "Deitas Christi nihil est aliud, quam supremum eius in omnes res creatas dominium, omniumque gubernatio. Et *fol.* 38. ex dono gratuito et exaltatione a Deo diuinitatem consequutus est, quemadmodum alii, qui appellantur Dii. Item *fol.* 39. Christus deitatem suam nactus est ex inauguratione; De diuina Christi adoratione *fol.* 40. quod haec initium ceperit, cum ad dextram Dei fuerit exaltatus; et *fol.* 17. ex *Phil.* II. 9. euincere conatur, hunc honorem ante mortem ipsi non competiisse."

Ex aduersa parte historia Disputationis huius lucem vidit sub tit. IO. PRZYLEPSKII *Disputatio Lublin.* ADRIANI RADZIMINSKI *S. I.* cum PETRO STATORIO, *Ministro Sociniano, de aeternitate diuinitatis Christi, habita* 22. *Maii. Cracouiae* 1592. 4. polonice. Meminit eius Illustr. ZALVSCIVS in *Conspectu* etc. p. 44. N. 329.

3. *Probabiliter* STATORIVM auctorem habet: *Confessio in Synodo Lublinensi edita.* 1593. quam SANDIVS inter Scripta anonyma allegauit l. c. p. 174. Ab eodem occasione disputationis Lublinensis concinnata et exhibita.

4. *Collo-*

4. *Colloquia cum* FARNOVIO et WISNOVIO, *de existentia Christi Domini ante matrem suam.* A. 1593. *habita.* Polon. MSC. Colloquii cum FARNOVIO a. 1591. habiti N. 1. iam mentio facta est. Plura de iisdem exponunt *Acta Synodalia* MSSCC.

5. *Disputatio, quam Luclauiciis habuit* 1593. 12. *Decemb. cum* IOH. PETRICIO. Allegat eam *Dan. Clementinus* l. c. in *praefat. fol.* B. et *fol.* X. 2. b. ita vt eam in priore loco ad a. 1592, referat. Obseruante SMIGLECIO in Tr. polon. *de praeaeternitate Christi* p. 13. post hanc disputationem insequuta est *Transactio Chomeranensis* (Zgoda Chomeranska) 1593. d. 12. *Dec.* qua admodum dolose inter se conspirabant: vt omnes S. Scr. propositiones de praecellentia et gloria Christi enuntiatas, de eodem tanquam *homine* esse intelligendas statuerent.

6. ANTI-WVIEKVM F. SOCINI *in Polonicum transtulit, A.* 1592. quo etiam anno a SOCINO conscriptus fuit. *Polonicus* a. 1593. 8. *Latinus* vero demum biennio post, anno nimirum 1595. in lucem prodiit. Haec SANDII relatio l. c. p. 93. corrigenda est, cum versio Polon. a. 1592. iam prodierit. Habet haec titulum praefixum: Refutacya Ksionzek X. Iakuba Wuyka o Bostwie Syna Bozego i Ducha Swiętego. Roku Panskiego 1592. drukowal Sebastyan Sternacki. 4. i. e. *Refutatio libelli P.* IAC. WVIEKI *de Deitate Filii Dei et Sp. S. Anno Domini* 1592. *Impressit Sebast. Sternacius.* 4. Iterata editio prodiit 1593. 8. Priorem editionem allegat RINGELTAVBE *Hist. Bibl. Polon.* p. 204. De WVIEKI libro vid. sub. MART. CZECHOVICIO N. 3. p. 226. De opere SMIGLECII ad refutandum *F. Socinum* atque *Statorium* euulgato, vid. infra N. 9. STATORIVS *fol.* 272. de fide in Christum ita inquit: " Quam-

quam Chriſtus diſcipulos ſuos hortatus fuerit, vt credentes in Deum, etiam in ſe crederent, non tamen eandem fidem ſibi vindicauit, quae ſoli Deo competit. Et *fol.* 273. Eadem fides, quae Deo, non competit Chriſto, quamuis in hunc fiduciam noſtram collocare debeamus. De Chriſti adoratione *fol.* 303. inquit: Quemcunque licet Deus Chriſto vindicauerit honorem, eundem tamen, qui ſoli Deo competit, illi tribuendum noluit. *fol.* 312." monſtrare conatur, Seruatoris noſtri oraculum *Io.* XVII. 5. de gloria Chriſto ante ſecula a Deo *parata* et *deſtinata*, eſſe intelligendum.

7. Obrona ſentenciey o ſpoſobie zbawienia naſzego przez Iezuſa Chryſtuſa Pana, ktorom F. Socinus zamknol w Diſputaciey ſwoiey de I. C. Seruatore. Napiſana przeciwko Skrzyptowi X. *Gregorza Zarnowca* ktory nazwal *Apocataſtaſin* t. i. Naprawom Artikula o Doſyc uczenieniu ſprawiedliwosci Bozey przez Chryſtuſa naſzego Pana etc. Przytim przydana ieſt przedmowa do Czytelnika, wktorey ſummatim wyznanie ieſt uczynione o Bogu iedynim y o ſynu iego y o Duchu ſwiętim: a mianowicie o tim iakim ſpoſopem przez ſmierc Pana Chryſtuſawe grzechy naſze ſom oczyſczione, 1 Petr. 3, 18. i. e. *Defenſio ſententiae de ratione et modo ſaluationis noſtrae per Chriſtum Dominum, quam* F. SOCINVS *explicauit in Diſputatione de Ieſu Chriſto Seruatore. Concinnata aduerſus ſcriptum* GREGOR. ZARNOVECII: *cui titulum fecit: Apocataſtaſis; i. e. reſtitutio articuli de ſatisfactione per Chriſtum Dominum noſtrum diuinae iuſtitiae praeſtita etc.* (*) *Huic adiuncta eſt praefatio ad lectorem, in qua ſummatim confeſſio proponitur de Deo*

(*) De ZARNOVECII opere ſub F. SOCINO expoſuimus.

Deo vnico, eiusque Filio et Sp. S. Speciatim vero et expresse, qua ratione per mortem Dni. N. I. C. peccatorum nostrorum purificatio sit facta. 1 *Pet.* III. 18. 4. pl. 20. Absque temporis et loci, quo liber impressus est, notatione.

Vt speciminis loco quaedam contenta ex hoc opere exhibeamus, STATORIVS *fol.* 19. C. ita de personis diuinis scribit: "Nostra confessio haec est: Vt toto corde credentes, ore profiteamur, vnicum, viuum, immortalem, aeternum sine initio ac fine esse Deum, qui a se ipso est, omnemque gloriam, supremum dominium et infinitam potentiam habet, in omnes res creatas dominatur, origo et fons omnis boni, sapientiae, iustitiae et potentiae: perfectissimus, omnipotens, sanctissimus, qui lumen inhabitat, ad quod nemo accedere potest, quem nullus homo vidit, nec videre potest; cui omnes, laudem, honorem, nostrumque amorem, fidem et perfectam obedientiam debemus, quippe a quo et corpus et animam habemus, omniaque bona nanciscimur. Isque Deus, quem hoc loco intelligimus, nullus est alius, nisi Pater Domini Nostri I. C. *fol.* 21. C. 3. Quaerimur circa confessionem de Deo Patre eiusque Filio, quid de Spiritu S. statuamus? De hoc confiteor: Quod de pluralitate personarum in diuina essentia nihil sciamus; sed vnum tantum Deum altissimum agnoscamus, et iuxta illum hominem Iesum Nazarenum, diuina gloria coronatum, quam ob rem ipsi quoque Dei titulus debetur, quo in S. Scr. insignitur. De Sp. S. id etiam scimus, quod sit sancta Dei virtus, qua Deus Pater per Filium suum fidelium corda regenerat, refocillat, sanctificat, confirmat, viuificat et in omnibus tentationibus adiuuat.

 Haec

Haec virtus in Deo eſt aeterna et perdurans, quam I. C. a Patre accepit et largiter in Apoſtolos effudit, et noſtro quoque tempore in Eccleſia varias operationes per eundem Sp. S. efficit, ſapientiam, diuinorum myſteriorum ſenſum, vaticinia, linguarum donum, fidem et vires largitur. Isque idem eſt Sp. S. quo Deus per Filium ſuum credentium animos obſignat. De Chriſti perſona *fol.* 40." *Filius Dei eſt diuina creatura.* De ipſius officio mediatorio *fol.* 31. *Mors Chriſti peccata noſtra non aufert;* et *fol.* 80. *Chriſtus offenſa noſtra minime in ſe ſuſcepit, nec cauſſam noſtram aduerſus Dei excandeſcentiam egit.* De peccatorum poena *fol.* 87. Homo impoenitens non eam tantum ob cauſſam punitur, quia peccauit; ſed quia peccatis abſtinere detrectat. Permagni aeſtimaſſe librum hunc STATORII, Socinianos, inde colligimus, quia in conſeſſu Czarcouienſi a. 1654. CIACHOVIO commendatum legimus, vt in linguam latinam illum transferret, teſtantibus *Actis Synod. MSSCC.*

Huic ſcripto oppoſita eſt: GREG. ZARNOVECII Apologia na Obrone X. Statoryuſza etc. i. e. *Apologia aduerſus* STATORII *defenſionem etc.* 4. quae eiusdem APOMAXI *aduerſus* Io. LICINIVM adtexta eſt, cuius ſub LICINIO N. 3. p. 434. mentionem fecimus.

8. Paraeneſis albo upomnienie Miniſtrow Ewangelickich do zgody z Miniſtrami ponurzonymi, etc. i. e. *Paraeneſis ad Miniſtros Euangelicos de vnione ineunda cum recens baptizatis Miniſtris etc.* Allegatur illa a ZARNOVECIO in praefatione *Apomaxi* praefixa *fol.* A. 4. b. et fortaſſis circa finem Sec. XVI. ſcripta eſt.

9. Odpowiedz na Kſiengi X. Marcina Smigleckiego, w ktorich chćal dowieſc *przedwiecznego Boſtwa Chryſtu-*

ſowe-

sowego, wiele dziwnich wywodow ku temu zgromadziwszy: z ktorey sie pokazuie, iz ta nauka, ktorom X. Smiglecki prowadzi, nie moze byc zadnym swiadectwim ani starego ani nowego przymierza podparta 1 Cor. 8, 5. 6. *i. e. Responsio ad librum P.* Mart. Smiglecii, *quo ante omne tempus aeternam I. C. diuinitatem euincere studuit, huncque in finem complures monstrosas demonstrationes coaceruauit. Ex qua adparet doctrinam a* Smiglecio *propositam nullo nec V. nec N. T. testimonio niti.* 1 *Cor.* VIII. 5. 6. 4. *Alph.* 2. *pl.* 8. absque loci et temporis, quo impressa est, commemoratione. Prodiisse tamen 1695. vel 96. probabile est.

Smiglecivs in opere suo, cui Statorivs responsionem suam oppositam esse voluit, refutationem Wvieki, quam a F. Socino latine elaboratam Statorivs in linguam polonicam transtulerat, (vid. N. 6.) sub examen vocauit. In exemplari, cui tituli pagina deficit, ita post praefationem inscriptio exhibetur: O Bostwie przedwiecznym Chrystusa Syna Bozego, Swiadectwo Pisma Swiętego etc. i. e. *Testimonia S. Scr. de aeterna ante omne tempus diuinitate Christi Filii Dei* etc. 4. *Alph.* 2. pl. 18½. Impressus est liber sine dubio 1594. fortassis Cracouiae. *Praefatio* fere quatuor capit plagulas, habetque hunc titulum: *De Christi Domini hostibus eorumque versutiis ac fraudibus.* Primo quidem in eadem agit de antiquis ac recentioribus Christi hostibus, et inter hos praecipue de *Socinianis* quos (Nowokrzczency) Neobaptizantes vel Neobaptizatos adpellat. P. 8-29. per decem momenta illorum fraudulentiam aduersus doctrinam de Christi Deitate monstrat, nimirum quod dicant: Patrem solum esse verum Deum, quod S. Scr. oracula de Deo, ad so-

 lum

lum Patrem trahant, nullum inter naturam et perſonam diſcrimen ſtatuant, dicta S. Scr. de deitate Chriſti, ad eiusdem humanitatem trahant, per aſſumptam humanitatem, ipſius diuinam gloriam oppugnent; ex ſincero corde Chriſtum non venerentur ac praedicent; efficta proprio ingenio pietatis exercitia inſtituant; homines ad incredulitatem ſeducant; Scripturam non per ipſam Scripturam debite explicent; ſed pro lubitu et modo prorſus inconueniente colligant, quae pro cauſa ſua pugnare arbitrentur, ſuasque explicationes, pro ſenſu, quem Sp. S. expoſuerit, atque intenderit, venditent. In ipſa *tractatione* p. 30. totius operis argumentum, quod tribus de diuinitate I. C. abſoluitur articulis, ſignificat: 1) Quod Deus ante omnia ſecula aeternus Meſſias noſter ſit factus et aſſumta humana natura, diuino ſuo ſanguine nos redemerit p. 31-190. 2) Quod Chriſtus Dominus idem aeternus ante ſecula ſit Deus, qui a ſe ipſo exſtitit, non tantum antequam ex virgine MARIA natus, ſed etiam ante mundum conditum ab aeterno, p. 191-368. 3) Quod Chriſtus Dominus ſecundum S. Scripturam Patri ſit conſubſtantialis, eique per omnia aequalis p. 369-508. Ad PRIMVM ARTICVLVM ſpectant XXII. capita. In capp. I. II et III. ex *Zach.* II. 9. demonſtrat, quod ipſe Deus in mundum miſſus ſit ad redimendum homines, hocque oraculum ab aduerſariorum ſtrophis inprimis F. SOCINI in *Anti-Wuieko* vindicat. *Cap. IV.* p. 43. ex *Ieſ.* XXXV. 4. euincit, quod ipſe Deus in propria perſona in mundum venire nosque ſeruare debuerit. *C. V.* p. 50. ex *Luc.* I. 68. illuſtrat et explicat ZACHARIAE confeſſionem de aduentu Dei Iſraelis in mundum. *C. VI.* obiectiones aduerſus hanc expoſitionem

nem remouet. *C. VII.* p. 62. ex *Io.* I. 1. 2. 3 et 14. demonſtrat, Deum noſtram adſciuiſſe naturam, et ſalutis noſtrae cauſſa hominem eſſe factum. In hoc capite tres tractantur quaeſtiones. *Prima* quale *verbum* innuatur? p. 64. In reſponſione tres verbi huius ſupponuntur proprietates: 1) Quod ante mundum conditum apud Deum fuerit; circa quam ſimul explicantur *Col.* I. 15. *Ebr.* I. 2. *Prou.* VIII. 22. ſeqq. 1 *Io.* I. 1. ſeqq. 2) Quod per illud omnia ſint condita, coll. *Pſ.* XXX. 6. *Ebr.* XI. 3. 3) Quod verbum hoc ipſe Deus fuerit, coll. *Apoc.* XIX. 2. Septem praeterea verbi aeterni, quod in Deo fuit, proprietates ad Chriſtum applicantur. *C. VIII.* p. 76. aduerſariorum tela in locum hunc exploſa, excutiuntur; in ſpecie *C. IX.* CZECHOVICII et BVDNAEI explicatio huius capitis Iohannaei refellitur, et IAC. WVIEKI refutatio, qua CZECHOVICII explicationem examinauerat in opuſculo pol. de deitate Filii Dei, vindicatur ac confirmatur. *C. X. Secundam* continet quaeſtionem, quomodo intelligenda ſint verba: *Deus erat verbum?* *C. XI.* p. 94. *tertiam* illuſtrat: Qualis verborum: *Verbum factum eſt caro*, ſenſus ſit? qua occaſione iterum CZECHOVICIVS et BVDNAEVS erroris conuincuntur. *C. XII.* p. 101. locus 1 *Tim.* III. 16. explicatur et vindicatur, et *C. XIII.* p. 109. *Baruch.* III. 36-38. *C. XIV.* p. 113. *Phil.* II. 5-8. cuius loci orthodoxa explicatio *C. XV.* p. 121. aduerſus contorſiones Socinianorum et quinque F. SOCINI obiectiones defenditur. *C. XVI.* p. 136. *Ebr.* II. 14-17. *C. XVII.* p. 141. *Zach.* XII. 10. (*).

(*) Allegauit quoque HOFFMANNVS de *Typograph. Polon.* p 45. SMIGLECII, ZACHARIAE *prophetae pro Chriſti diuinitate teſtimonium, aduerſus* SOCINI *cauillationes propugnationem. Vilnae* 1596. 4. e *typogr. Acad. S. I. per Chriſtoph. Patro* polon.

C. XVIII. p. 150. *Act.* XX. 8. *C. XIX.* p. 154. 1 *Io.* III. 16. *C. XX.* p. 156. 1 *Cor.* II. 8. *C. XXI.* p. 161. 1 *Pet.* III. 18. illuftrantur et a falfis aduerfariorum explicationibus vindicantur. *C. XXII.* p. 167. XVI. Socinianorum, Deum effe hominem factum, negantium argumenta exploduntur.

SECVNDVS ARTICVLVS capitibus XX. exponit demonftrationem de praeaeternitate Chrifti; *C. I.* p. 192. ex *Io.* VIII. 58. *C. II.* p. 196. Sociniani temeritatis in explicationibus fuis monftratae conuincuntur. *C. III.* p. 206. Praeaeternitas Chrifti adftruitur et confirmatur ex *Ief.* VI. 1-3. coll. *Act.* XXVIII. 26. *Io.* XII. 37. *C. IV.* p. 217. ex 1 *Cor.* X. 1-5. *C. V.* p. 222. ex 1 *Cor.* X. 9. *C. VI.* p. 229. ex *Io.* III. 12. 13. *C. VII.* p. 235. Socinianorum opiniones de Chrifti defcenfu ex coelo vanitatis arguuntur. *C. VIII.* p. 242. demonftratio palmarii thematis proponitur ex *Io.* VI. 61. *C. IX.* p. 249. ex *Mich.* V. 2. *C. X.* p. 258. ex *Prou.* VIII. 22-31. *C. XI.* p. 268. SOCINI obiectiones aduerfus hunc locum in refutatione WVIEKI foluuntur; *C. XII.* p. 274. ex *Pf.* CIX. 3. *C. XIII.* p. 285. ex *Io.* I. 1-3. *C. XIV.* p. 290. ex *Io.* XVII. 5. *C. XV.* p. 300. ex *Ebr.* VII. 1-3. *C. XVI.* p. 308. ex *Apoc.* I. 18. II. 8. XXII. 12. *C. XVII.* p. 316. ex *Io.* I. 3. 10. *C. XVIII.* p. 326. ex *Col.* I. 15. 16. 17. *C. XIX.* p. 345. ex *Ebr.* I. 2. XI. 3. *C. XX.* p. 356. ex *Ebr.* I. 10. in quibus omnibus fimul aduerfariis omne, vt plurimum, refugium occluditur.

Circa TERTIVM ARTICVLVM, qui XV. capita complectitur, *C. I.* p. 370. fupponitur, quod nullibi in S. Scriptura dicatur Pater folus verus Deus, et ad obiectiones ex 1 *Cor.* VIII. 6. *Io.* XVII. 3. 1 *Tim.* II. 5. folide

ſolide reſpondetur. *C. II.* p. 382. demonſtratur: Chriſtum eundem vnum Deum eſſe, quem S. Scr. Deum adpellat. *C. III.* p. 386. Quod I. C. ſit Iehoua ex *Ieſ.* XXIII. 5. 6. *C. IV.* p. 393. quod verus et altiſſimus ſit Deus ex 1 *Io.* V. 20. *C. V.* p. 399. quod Deus Iſraelis ſit, nouem argumentis euincitur. *C. VI.* p. 409. ſex argumentis adſtruitur, quod verus Dei Filius, et per conſequens Deus ſit; C. *VII.* p. 423. Socinianorum dubia aduerſus aeternam natiuitatem diſpelluntur. C. *VIII.* p. 435. quinque rationibus ſtabilitur, quod Chriſtus ſit Seruator noſter et idcirco Deus; C. *IX.* p. 446. quod aequalis cum Patre Deus ſit; C. *X.* p. 464. aequalis ſapientiae. C. *XII.* p. 479. aequalis honoris; C. *XIII.* p. 489. in omnibus Patri aequalis; C. *XIV.* p. 492. et C. *XV.* p. 503. eiusdem cum Deo Patre eſſentiae.

SMIGLECII opus, ob argumenti nexum a nobis recenſitum, maxima dignum laude eſt, et praeclaras dictorum S. Scr. vindicias aduerſus Socinianos exhibet. Auctorem hunc ZELTNERVS l. c. p. 346. aſſentiente veritate praedicat Scriptorem libris aduerſus Socinianos compoſitis celeberrimum, et Antagoniſtam inter Pontificios haud proletarium: quippe ſtili elegantia, ordine diſputandi, perſpicuitate et modeſtia quoque nemini Sociorum facile ſecundum. Ipſe *Statorius* de hoc opere iudicat, quod auctor maximum ingenii acumen, ſummam perſpicaciam, nec minorem calliditatem et ſubtilitatem expoſuerit. Promiſerat *F. Socinus* in adpendice refutationis *Wuieki*, prolixiorem ad librum *Smiglecii* reſponſionem, cuius promiſſi quoque STATORIVS in praefatione operis ſui aduerſus SMIGLECIVM mentionem fecit; quam vero fidem SOCINVS

quam expleuit, praeter quod pauca admodum aduersus SMIGLECII opus notauerit in allocutione ad lectorem, adtexta ANTI-WVIEKO suo. Vid. ZELTNERVS l. c. Not. (d).

Insigne hoc debitisque excipiendum encomiis SMIGLECII opus, STATORIVS in libro, quem iam recensendum suscepimus, ad examen reuocare adnisus est, sed omnium iudicio inferior stetit, multaque sibi repugnantia exposuit, ac de diuinae essentiae Personis sibi inuicem aduersantia protulit. *Fol.* 26. inquit: "Non inficiamur personam Patris et Filii; Spiritum S. autem esse personam non concedimus; et *fol.* 30. in diuina essentia plures esse nequeunt personae. De diuinitate Christi *fol.* 41. dolose scribit: Confitemur I. C. verum Deum, vere enim ipsi diuinus honor et gloria competit, qui vere dominatur diuino imperio in omnes res creatas, et *fol.* 19. Non ita Christum a diuinitate separamus, vt illum verum esse Deum inficiemur, quod Deus a nobis auertat." Qua ratione Christus Filius Dei sit, *fol.* 41. ita captiose explicat: "Christus quoque natus est Dei Filius; nam inde a natiuitate Dei Filius est, nec alium praeter Deum, Patrem vnquam habuit; quare eum adoptiuum non adpellamus;" in quo F. SOCINO in *refut.* WVIEKI p. 216. 238. aperte contradicit. *fol.* 50. "Christum Dominum vocamus vnigenitum et proprium Dei Filium, eumque vt talem ex animo veneramur." De officio Christi mediatorio *fol.* 52. "Omnino opus non erat, vt Christus Deum nobis reconciliaret, eiusque iustitiae pro peccatis nostris praestaret satisfactionem: ipse potius Filium suum misit, vt nos cum Deo vniret, et ex Dei hostibus, eius amicos faceret, vt peccatorum re-

missio-

missionem ex Dei fauore gratis nobis, foedus ipsius seruantibus, concessam praedicaret, et gratiam vltro et absque vllo meriti pretio donatam nobis obsignaret." De Christi passione ac morte ad dictum *Zach.* XII. 10. has exponit meditationes *fol.* 201. "Deus Israelis non ipse, sed in persona Christi perfossus est;" qui Christum vnicum et proprium Dei Filium perfoderunt, id Deo ipsi fecerunt in Christi persona. Et *fol.* 203. "Omnino a vero non deflectit, qui figurate dicit, Deum Patrem esse cruci adfixum, cum Christus in crucem ferretur. Cum enim charissimus Filius cruci adfigeretur, Pater quoque eius certo respectu crucifixus est." Descensum Christi e coelo *fol.* 291. ita explicat: "Verba de Christi descensu e coelo et ascensu in coelum (*Io.* III. 13.) non proprio sensu intelligo; sed ita: quod nemo, praeter Christum, voluntatem Dei perfecte nouerit: Deus enim ipse eum instruxit, isque eo fine missus est, vt Dei voluntatem mundo annunciaret. Descensus igitur e coelo nihil aliud inuoluit, quam ipsum a Deo specialissimo modo missum esse, cum doctrina vere coelesti, non ab hominibus, sed a Deo ipso reuelata. *Fol.* 298. "Adfirmamus, Christum Dominum non nisi vna vice in coelum adscendisse ad aeternum sacrificium offerendum; interim tamen antea quoque, vt ipse fatetur, in coelo fuit, ibidemque Patris voluntatem perfecte addidicit. Frustra negat P. *Smiglecius*, Christum Dominum, quatenus filius hominis est, in coelo fuisse, antequam haec verba eloquutus est; cum Christus ipse de filio hominis adfirmet, quod in coelo iam fuerit." De aeterna Christi gloria ad *Io.* XVII. 5. *fol.* 315. haec profert: Hoc loco Christus Dominus non simpliciter inquit: "habuisse se claritatem;

tem; ſed eandem APVD PATREM habuiſſe: quo ipſo indicare voluit, quod hanc claritatem nondum APVD SE habuerit; et *fol.* 316. Ipſae preces idem confirmant; nemo enim id efflagitat, quod iam habet, ſed quod nondum conſequutus eſt. Verba iſta: *quam ego apud te habueram*, annuunt, quod Pater ipſi diuinam gloriam ante mundum conditum, imo ante omne tempus et ab aeterno conſtituerit et deſignauerit, quod, cum Chriſtus ſciret, eum ad precandum inuitat, vt Pater ipſi re ipſa donaret, quod ipſi iam olim et ab aeterno paraſſet. De fide in Chriſtum *fol.* 378. ad *Io.* XIV. 1. ita loquitur: Non praecepit Chriſtus diſcipulis, vt ſimpliciter, eadem prorſus ratione in eum crederent, quemadmodum in Deum Patrem credunt; ſed tantum id fide ſua adprehenderent, quod a Deo in hunc mundum miſſus fuerit. Rationem eius *fol.* 379. adfert: quia Chriſtus eſt res creata et homo; et *fol.* 380. quia non eſt idem verus Deus. De honore Seruatori tribuendo *fol.* 40. omnibus perſuadere conatur: quod Sociniani Chriſto infinitum honorem, propter illaeſam ipſius deitatem tribuant; attamen *fol.* 41. inquit: Diuerſa plane ſunt, honorare Deum ante omne tempus aeternum, et honorare Chriſtum Dei vnctum. *Primum* diuino cultu honorandus eſt Deus aeternus, qui Pater eſt D. N. I. C. *deinde* etiam Chriſtus, Meſſias eius, qui eſt Ieſus ex virgine natus. Et *fol.* 394. Honorem, qui proprie Deo vni competit, nemini, praeter ipſum exhibemus, imo ne quidem Chriſto Domino. Item *fol.* 415. ad dictum *Io.* V. 23. Inter honorem Deo et Chriſto praeſtandum, magna eſt differentia. Honor, quem Chriſto debemus, inde deriuatur, quod poteſtatem habet iudicium ferendi. Quamvis

vis igitur Filius diuino honore colendus ſit, ſicut et Pater; iſte tamen honor illi tantum competit vt homini, ad eiusmodi honorem a Deo exaltato, vt ſit proprius Dei Filius. *fol.* 161. Chriſtus Dei Filius eſt propter inaugurationem et ſanctificationem per Spiritum S. et propter reſurrectionem ex morte. Vel ex vtraque vel alterutra ratione adpellatur Filius Dei *fol.* 404. S. Scriptura teſtatur, quod Chriſtus Dominus Filius Dei ſit, non tantum propter natiuitatem, ſed etiam reſurrectionem, propter aeternum ſacerdotium, et quia omnium rerum haeres eſt conſtitutus.

10. Okazanie tego, iz Ludzie Ewangelicy, ktorzyby ſkuteczney poboznoſci byc chcieli naſſadowcami, powinny ſię przylonczyc do Ponurzonych 1600. i. e. *Demonſtratio, quod Euangelici perfectae pietati ſtudentes ſemet recens baptizatis adiungere debeant etc.* 1600. 4. Verſio eſt libelli F. SOCINI ſuaſorii, *quod Regni Pol. et M. D. Litthuaniae homines, vulgo Euangelici dicti etc.* quam STATORIVS adornauit, quaeque paulo ante latinam editionem lucem adſpexit. Allegauit titulum, quem adpoſuimus, DAN. CLEMENTINVS l. c. *fol.* C.

Libello huic oppoſitum eſt Scriptum, cui titulus: X. *Iana Petrykego* krotka przeſtroga do Braciey zboru Ewangelickiego, przeciwko ſmialoſci i niewſtydliwoſci Socynſkiey a toz Arianſkiey, ktorom Roku tego 1600. wypuſcili 1600. i. e. Io. PETRICII *breuis praemonitio ac dehortatio ad fratres coetuum Euangelicorum, propter impudentiam ac temeritatem Socinianorum, vel potius Arianorum, quam anno praeſente teſtati ſunt*, a. 1600. 4. Abſoluitur opuſculum hoc tribus partibus, quarum *prima* criminationes Socinia-

cinianis iure obiiciendas; *ſecunda* rationes, Euangelicis maximam circumſpectionem et cautionem commendantes; *tertia* rationes exponit, cur Euangelici ab vnione cum Socinianis ſollicito abſtinere debeant. HIER. MOSCOROVIVS in opere ſub eodem N. 2. p. 514. allegato ad tres partes reſpondere, p. 6. 126. et 188. omne ſtudium adhibuit.

11. *Oratio ſeu concio, qua* F. SOCINO a. 1604. *parentavit.* polon. et lat. MSC.

12. *Paſquillus.* 1610. Pol. allegatur a CLEMENTINO l. c. *fol.* Ff. b.

13. *Conciones in varia loca S. Scripturae, praeſertim in magnam partem Euangelii* S. IOANNIS, pol MSC.

IOANNES STATORIVS, STOINIVS, ſ. STOIENSCIVS.

Eques Polonus, nepos PETRI STATORII *ſen.* a PETRO STATORIO *iun.* et GREGORII PAVLI *Breſinenſis* filia genitus, PETRI *tertii* frater. Raro eidem STATORII nomen impoſitum eſſe, animaduertimus. Teſtantibus *Act. Synod.* MSSCC. a. 1612. menſe *Maio* in Synodo Racovienſi miniſterio Eccleſ. initiatus, eiusdemque Synodi ſtatuto coetui Racouienſi miniſter et cooperarius praefectus eſt. Poſthac coetum Lublinenſem docuit, vnde iterum miniſterio Racouienſi admotus, quo loco vltimus omnium miniſtrorum exſtitit. Erepta igitur a. 1638. Racouia, Io. STOINIVS ſimul publico decreto Polonia pulſus et infamia notatus eſt. Quidam referunt, eum poſt latam hanc ſententiam et triſtia Racouiae fata in *Belgium* ſemet recepiſſe. Sed ex *Actis* conſtat, abſentem fulmen hoc perculiſſe, eundemque 1638. Amſtelodami iam vixiſſe. Ex hoc enim loco eodem anno litteras dedit fratribus Polonis,

lonis,ex quibus colligitur quod excidii Racouiani, ſententiaeque aduerſus ſemet latae inſcius fuerit. Ex lethali enim morbo ſe conualuiſſe, et magno deſiderio animum ſuum teneri Poloniam fratresque videndi teſtatur. Plures quoque eum eodem anno Amſtelodamo ſcripſiſſe litteras, infra notabimus. Poſtquam aliquantisper eodem loco adhuc haeſiſſet, pluresque in Belgio ſibi conduxiſſet amicos, quod ex epiſtola CVRCELLAEI ad RVARVM a. 1641. d. 19. *Octbr. Amſtel.* ſcripta, in epp. RVARI ex edit. *Zeltneri* p. 326. patet, circa finem a. 1640. vel initio anni 1641. in Poloniam rediit, hoſpitiumque ſuum clam habuit *Szerzniouiae* apud Dn. STEPH. WOINAROVIVM, *Venatorem Kiiouienſem*, recentisque coloniae *Liſzermierſciae* (vel *Sterſznie* in Vkrainia) a NIEMIERICIO inſtructae, vna cum ANDR. WISSOWATIO ſollicitam habuit curam. Multis tandem fatis aduerſis ſuperatis, *Czarcouiae*, in quo Moſcorouiano praedio inſtaurandis vtcunque Socinianorum rebus, vna cum WISSOWATIO operam dedit, a. 1654. anno vitae 64. obiit. Fuiſſe eundem Eccleſiaſten facundiſſimum et *acta* MSSCC. teſtantur et SANDIVS l. c. p. 121. Io. GE. WALCHIVS in *Biblioth. theol. Sel.* T. I. p. 918. Socinianis belgicis eum adnumerat. Vid. EPHR. OLOFF. *Hiſt. cantion. polon.* p. 172. LAVTERBACHIVS l. c. p. 182. HENR. WITTE. *Diar. biograph. P. I.* a. 1654.

SCRIPTA:

1. *Diſputatio cum Ieſuita, habita Lublini* 1615. Eadem occaſione ex parte Reformatorum prodiit: *De Lublinenſi diſputatione a.* 1615. *d.* 9 *et* 10. *Aug. a Ieſuitis inſtituta, breuis, ſimplex et candida epiſtolaris relatio.* 4. *pl.* 3. absque temporis et loci commemoratione, cuius auctor IAC. ZABOROVIVS fuiſſe traditur a. WENGERSCIO, L. III. C. XV. p. 432. In hoc ſcri-

ſcripto quaedam occurrunt facientia ad refutandum ea, quae auctor Pſeudonymus G. CRVTIVS, *Ciuis Sigeus* aduerſus Reformatos protulit, in libello, cui titulus: *Monita Caluiniſtarum priuata et publica, generalia et ſpecialia ex libris illorum, dictis, factis collecta* etc. *(Cracou.* 1616.*) Colon.* ap. IOH. KINCKIVM 1617. 8. qui ſcripto hoc ſatyrico Reformatos accuſat, quod publicas cum Ieſuitis diſputationes pro viribus declinare ſtudeant. Aduerſus allegatam *relationem epiſtolarem* ex pontificiorum partibus lucem vidit: CASP. KOTOWIECKI *Relator epiſtolaris caſtigatus ob Diſp. Lublinenſem a.* 1615. *habitam: Anno* 1618. *fide Caluiniana editam. Caliſſiis a.* 1618. 4.

2. *De Ieſu Chriſti diuinitate, et remiſſione peccatorum noſtrorum per eundem parta, diſputationis inter* IOANNEM STOIENSKI, *Miniſtrum Euangelii, et* IOANNEM MARIAM, *Italum Carmelitam, Lublini, in aede Carmelitana, anno* 1616. *die* 13. *Iulii publice habitae, relatio, ab eodem* IOANNE STOIENSKI, *coetus Lublinenſis miniſtro conſcripta: huic additae ſunt notae, ex quibus, quid de Carmelitana eiusdem diſputationis editione, ſentiendum ſit, intelligi poteſt; vna cum refutatione eorum, quae aduerſus ſanctiſſimam Euangelii veritatem* CARMELITA *tunc publice declamauit, nec quidquam ad ea conuellenda miniſtrum proferre paſſus eſt, quemadmodum ipſe in ſua editione apertiſſime fatetur. Racouiae typis Sternacianis, anno* 1618. 4. *pagg.* 136. *et praef.* 3. *ſ. pl.* 17½.

Scriptum hoc a SANDIO l. c. p. 121. minus accurate allegatur. Praefationem HIERON. MOSCOROVIVS libro praemiſit, in qua indubitatam relationum eodem contentarum veritatem obteſtatur, ac procraſtinatam

tam

tam earum in lucem emiſſionem, quantum poteſt, excuſat. Nullam huius praefationis SANDIVS fecit mentionem, qui tamen l. c. p. 105. et leuiſſima auctoris huius, in coetu Socinianorum celebratiſſimi, ſcripta alia recenſuit. Ita vero in praefatione MOSCOROVIVS inquit: "Habes diſputationem *Lublini*, cum *Carmelita* IOANNE MARIA *Italo in aede Carmelitana*, anno 1616. die 13. Iulii ab vno e noſtris hominibus habitam, ab eodem, quantum is memoria conſequi potuit, conſcriptam. Ad quam vt non vltro, ne cuiquam moleſti eſſemus, aut ambitioſi videremur, aut ne factum quisquam noſtrum ſecus ac vellemus, interpretaretur, deſcendimus; ſed magna modeſtiae in diſputatione ſeruandae, et ſecuritatis futurae ſpe, multis promiſſis nobis a Carmelitis facta, inuitati; ita nihil minus, quam vt ea publice ederetur, cogitauimus, rati, idem *Carmelitam* facturum, quod antea DD. *Dominicani*, imo et ipſi DD. *Ieſuitae* feciſſent, qui cum noſtris hominibus diſputationes non ita pridem habitas typis non euulgaſſent. — — — Etenim ſi de edenda diſputatione cogitaſſemus, ſcribas publice vtrinque deligi ab initio rogaſſemus, qui argumentationes et reſponſiones exciperent, et exceptas publice recitarent, ne qua ſuſpicio fraudis aut erroris ſubeſſet. Cum id non fecerimus, cordatos perſpecturos facile arbitramur, nos, vt ea ederetur, nunquam in animo habuiſſe: nec minus expenſuros eſſe, an ſubſtitutus privatim a *Carmelita* ſcriba, quo veritatem huius diſputationis *Carmelita* niti vult, cum iuratum in ipſa inſcriptione vocet, vacare ſuſpicione poſſit; an omnia aſſequutus ſit, an dextre conceperit, et nihil prorſus poſtmodum immutarit. — — — Vtut autem ſit,

quia *Carmelita* eam disputationem edidit, necessitatem quandam nostro auctori edendae disputationis huius impositam fuisse — animaduertis: tum, vt ex collatione vtriusque et ipso rerum nexu, veritatem rei gestae facilius perspiceres: tum vt ad ea *Carmelita*, ad quae responderi sibi in sua aede passus non est, responsum acciperet: inprimis vero, vt veritas diuina a sophismatis illius, quibus eam intricare voluit, extricaretur et vindicaretur. ——— Vt vero vterque sese gesserint in disputando, etsi ex scriptione vtriusque disputationis facile obserues: tamen illud silendum non videbatur: cum in disputationis progressu *Carmelita* respondere minus apte et vere videretur, et illud petita venia notare ipse vellem, *Carmelita* magno cum clamore excepit: *Non patiar loqui, meum est templum etc.* Secundo, abrupta magis, quam finita disputatione, concionem prolixam instituit, et loco disputationis persequutus est, ad quam ne hiscere quidem nos passus est, imo multum aduersus nos debacchatus, auditores etiam aduersum nos concitare, et animis eorum faces contra nos admouere, nihil est reueritus. — — — Quantum haec aberant ab ea humanitate, quam nobis *Collegium Dn. Dominicanorum* perpaucos ante dies in disputatione publica, in aede sua exhibuerat, imo quam ipsorum *D. Iesuitarum Collegium* ante annum erga nostros homines, vt accepi, satis ample declarauerat. ———— Quod vero haec disputatio sero prodeat, in causa haec sunt: quod auctor de ea edenda, antequam disputatio Carmelitana in publicum prodiret, nequaquam, vt paulo ante innuimus, cogitasset. Deinde, quod ea conscripta, tum ob suas, tum ob eorum, qui disputationi interfuerant,

cum

cum quibus conferre ea de re voluit, occupationes, locorum interuallis satis longe dissitus, conferre non potuerit. Huc accessere et iter ipsius satis longum et diuturnum, anno superiori grauium coetus nostri negotiorum caussa susceptum, et quod officina nostra typographica, scriptis aliis per iustum tempus occupata, huic disputationi vacare non ante, quam illis absolutis, quiuerit. Sed sat cito, si sat bene, ait ille."

Liber Stoinii duabus absoluitur partibus. Prior exhibet solenne colloquium p. 1-62. Posterior vehementem et iniuriarum plenum sermonem, a *Carmelita*, finito colloquio habitum p. 63-68. ad cuius momenta ac imputationes copiose respondet auctor, p. 69 - 136. Clauserat disputationem *Archidiaconus Wladislauiensis*, cum reliquis ex parte Carmelitarum Cantico isto: *Gloria Patri et Filio et Spiritui S.* hocque dicto discesserant. Hinc Stoienski p. 136. de hoc hymno ita iudicat: "Interim tamen meminerit lector, hymnum hunc, quem omnes cecinisse ait Carmelita, nec e S. litteris esse petitum, nec ipsis vllo modo congruum. Nam Deo quidem et Christo, seu Patri et Filio gloriam et adorationem tribui in S. litteris legimus, at Spiritui S. nusquam, quemadmodum nec inuocatio tribuitur, quia videlicet non sit persona diuina a Patre distincta; sed virtus ipsius singularissima, in ipso residens naturaliter. Hinc factum est, vt non raro in S. litteris, vbi Dei et Christi, imo etiam angelorum, et aliquando omnium sanctorum in summis et praecipuis rebus fit mentio, Spiritus S. omittatur, quod fieri nulla ratione potuisset, si esset persona peculiaris a Patre et Filio distincta, vt *Io.* XVII. 3. et in omnibus fere initiis epistolarum Apostolica-

 rum,

rum, vt 1 *Tim.* V. 21. et 2 *Tim.* IV. 1. *Hebr.* XII. 22-24. *Apoc.* III. 5.

Ad hoc colloquium scripta spectant ab *Illustr.* IOS. ANDR. ZALVSCIO in *Conspectu etc.* p. 27. N. 134. et 135. allegata. Nimirum 1) *Assertiones theologicae a Carmelitis discalceatis Lublini propositae, et a Catholicis, tum Haereticis (Socinianis) oppugnatae.* 1616. 4. Fortassis in hoc scripto proponuntur theses de quibus STOINIVS disputauit. 2) *Disputatio contra Arianos Lublinenses a Notario* CHRISTOPH. LIPPA PAWLOWSKI conscripta. *Edidit* GEORGIVS, *Dux* CZARTORYSKI. *Zamosc.* 1617. 4. quod opusculum aduersae partis relationem de hac STOINII disputatione exhibet.

3. *Disputatio alia cum eodem in eodem templo habita: edita* 1620. quam SANDIVS l. c. p. 121. allegat. Ad hanc respicit ex aduersa parte: *Disputatio cum* IOH. STATORIO *habita Cracou.* 1621. 4. quam *Illustr.* ZALVSCIVS allegat l. c. N. 136.

Ambae istae disputationes Lublinenses occasionem dederunt CLEMENTINO concinnandi ac in publicam lucem emittendi opus frequenter a nobis allegatum: *Antilogiae et absurda opin. Socinit. etc.* quod ipse in praefatione, scripta 1623. d. 10. *Maii fol.* B. 2. b. notauit. Vid. sub IONA SCHLICHTINGIO N. 2. p. 772.

4. *Colloquium cum quodam* GALLO, *nomine* CLAVDIO, *de quaestione: an Christus, cum non sit summus Deus, adorari possit? habitum* 1626. MSC. Vid. sub SAM. PRZYPCOVIO, N. 28. Notatur CLAVDIVS ALBERIVS (s. AVBERIVS) *Triuncurianus.* FRISIVS *in Epitome Biblioth. Gesner.* ex *Alberio* et *Auberio* male duos fecit scriptores.

5. *Contra* PAXILLVM *Monachum* MSC. Respicitur hoc

scripto

ſcripto ad F. BERNH. PAXILLI *de Brzezck Monomachia pro defenſione fidei SS. Trinitatis, aduerſus omnes haereticorum nouorum Arianorum obiectiones.* T. I. *Colon.* ap. ANTON. HIERAT. 1616. *fol.* Vid. *Biblioth. Claſſ.* GEORG. DRAVDII T. II. p. 632. *Ioecheri* Lex. erud. tit. *de Brzezck.* Reliqua PAXILLI ſcripta allegauit STAROVOLSCIVS in *Hecatont. Scriptor. Polon.* p. 90. ſeqq.

6. Modlitwy nabozne o rozne potrzeby przez Iana Stoinſkiego ſpiſane. Roku panſkiego 1633. i. e. *Piae preces varii argumenti, per* Io. STOINIVM a. 1633. 12. (non formae 8. quod SANDIVS p. 121. prodidit) *Praefatio* illorum conditionem fuſius exponit, qui ſecundum Dei voluntatem preces ad eum fundere poſſunt, de neceſſitate et vtilitate precum, et de praeſcriptis precandi formulis. Ipſe liber duabus abſoluitur partibus, quarum *prior* formulas precum generales, in quibuscunque vitae circumſtantiis enunciandas, *poſterior* vero ſpeciales exhibet. *Prior* hos prae ſe fert titulos: 1) Preces in quacunque neceſſitate in genere; 2) Preces, quas omnium ordinum homines, quocunque tempore precari poſſunt, quo pertinet orationis dominicae paraphraſis et explicatio. 3) Preces generales ex S. Scr. phraſibus compoſitae. *Poſterior* ſiſtit precum formulas 1) pro ratione ſtatus Eccleſiaſtici, Politici et Oeconomici; 2) pro diuerſitate temporis, et quotidianae et quibusdam diebus peculiares; 3) Preces quibus ſpiritualia et terreſtria bona a Deo efflagitamus. Hunc precationum faſciculum vt perficeret STOINIVS, a. 1630. in Synodo publice inuitatus eſt, narrantibus id *Actis MSSCC.*

7. *Praefatio* in IOH. CRELLII *commentarium in Matthaeum. Racouiae* 1636. 8. 16. *Maii.* SANDIVS addit: haec

est epistola liminaris praefixa operibus CRELLII in *Biblioth. FF. PP.* paucis mutatis.

8. *Praefatio in* IOH. CRELLII *declarationem sententiae de caussis mortis Christi. Racou.* 1637. 8. et in *Bibliothec. FF. PP.*

9. *Hymnus in Symbolum Apostolicum*, intextus libro Psalmorum et hymnorum, quo Fratres Poloni in Ecclesiis suis vtuntur. *Racou.* 1610. et 1625. 12. Vid. sub STAN. LVBIENIECIO *iun.* N. 9. p. 454. SAM. PRZYPCOVIO N. 34. p. 693. et VAL. SMALCIO N. 10. p. 848.

10. *Epistolae ad Ecclesias polonicas scriptae, Amstelodami in exilio suo.* 1638. MSC.

11. *Tres quaestiones* IOANNI CRELLIO propositae. Vid. sub IO. CRELLIO. N. 12. p. 155.

12. *Epistola ad* ADAMVM FRANCVM, *coetus Claudiopol. Ministrum, data Amstelod.* 1638. 24. *Iul.* Intercepta fuit in Transyluania, eiusque apographum in Belgium est missum a GEORGIO RAKOCIO *Princ. Transylu.* Notauit SANDIVS l. c. p. 122. allegari epistolam sub IOANNIS SARTORII nomine, quae STATORII est. Haec SANDII obseruatio de tribus STATORIIS valet, qui saepe numero SARTORII falso vocantur. Litteras hasce STATORII belgice redditas, Catechismo suo Remonstrantibus opposito subiecit GISBERT. VOETIVS. Vid. ZELTNERI *not. ad Epp. M.* RVARI p. 326. *Not.* (d)

13. *Cautiones carnipriuii, quibus excessus, qui hoc tempore fieri solent, perstringuntur.* Compositae 1650. *polon. MSC.*

14. *Conciones SS.* MSC.

15. *Chronologia graduum, quibus veritas coelestis in Polonia sensim ad summum peruenit: praesertim de Deo Patre, Filio et Sp. S.* Insertum est opusculum SANDII

Bibli-

Biblioth. Antitr. p. 181. ſub tit. *Epitome hiſtoriae originis Vnitariorum in Polonia.*

16. *Relatio de itinere Tranſyluanico.* MSC. polon.

17. *Epiſtolae variae* MSSCC.

18. *Libellus de emendandis Eccleſiis et reformandis coetibus.* MSC. Mentio eius fit in *actis* MSSCC. conuentus *Siedliſcenſis* a. 1643. habiti, in quo ſtatutum eſt, vt plura libri huius exemplaria per diſcipulos ſcholae Kiſielinenſis et Luclauicianae deſcriberentur, ſingulisque coetibus exemplar transmitteretur. Ex *actis Conſeſſus Andreaewaldiae in Boruſſia* a. 1682. inſtituti conſtat, opuſculum hoc polonicum prae ſe tuliſſe titulum: Oboſtrzenie diſcipliny etc. quo ipſo tempore decretum eſt, vt ad eiusdem normam diſciplina eccleſiaſtica in peragendis ſacris obſeruaretur.

19. *Vt dialogum polonicum de pietate exararet* a. 1626. in Synodo commendabatur STOINIO, idque a. 1627. repetitum; quo anno eidem et RVPNOVIO, vna cum fratribus Racouienſibus *emendatio catechismi minoris* iniuncta eſt.

20. Suſcepiſſe quoque in ſe STOINIVM, *librum de prouidentia diuina* concinnandum, *Acta Synod.* a. 1637. teſtantur. Elaborando ac imprimendo libro huius argumenti, qui omnium aſſenſum in ſe conuerteret, quidam dicauerat 1000 flor. et auctori pro honorario 100 flor. FLOR. CRVSIVS, vt hanc materiam tractaret admonitus eſt, et quidam alii. COSMIVS quoque a. 1642. praemio hoc inuitatus eundem laborem aggreſſus eſt.

PETRVS STATORIVS, ſ. STOINIVS. *Tertius.*

Petri iunioris filius et frater IOANNIS. Cum altero

fratre CHRISTOPHORO STOINIO, *Altorffii* ſtudiis operam nauauit, iſto tempore, cum Socinismus ibidem ſpargi coeperit. A. 1609. in Synodo Lublinenſi, ANDREAE LVBIENIECIO ad coetum Hoyſzczienſem cooperarius eſt conceſſus; anno autem ſequente 1610. coetui Czerniechovienſi in Volihinia miniſter, quo anno miniſterio Eccleſ. initiatus eſt. Idem ſine dubio STOINIVS eſt, de quo SMALCIVS l. c. commemorat, quod coetus eum Altorffium delegauerit ſupplicibus litteris, vt dimitterentur, qui ex ſtudioſis iſtius Academiae propter haereſin diuulgatam detinebantur captiui. A. 1642. ipſi, miniſterio Czerniechouienſi adhuc fungenti datus eſt collaborator; a. 1649. autem in conſeſſu Raſzcouienſi iuſſus eſt Babinienſem coetum in Volihinia gubernare.

Plures, in *actis* MSSCC. celebrantur STOINII, quos nominare noſtra intereſt. 1) CHRISTOPHORVS, *Petri* iun. frater, qui 1608. Lachouecenſi et a. 1612. coetui Krzemienienſi miniſter praefectus eſt. 2) GRATIANVS circa a. 1651. et 52. Dazuienſem coetum docuit, quod *Acta* MSSCC. conſeſſus Czarcouienſis circa idem tempus habiti ſignificant. A. 1652. STOINIVS quidam cum EDWAL RÜCKER, SPINOVIO, *(Chriſtoph. Crellio)* ZWICKERO et STEGMANNO iuniore Hamburgi latitauit, quod ex epiſtola G. F. REDOCH, quae inſerta eſt *Ven.* BOYSENII allgemeinem hiſtoriſchen Magazin, P. I. p. 387. diſcimus.

IOACHIMVS STEGMANNVS, *Senior.*

Marchicum hunc miniſterio eccleſiaſtico primum Fahrlandiae in Marchia media functum, colloquio cum D. Io. BERGIO de principiis, ad religionem ſpectantibus *Spandouiae* a. 1626. habito, a munere hoc dimiſſum fuiſſe, REINHARTVS *diſp.* cit. §. 22. *fol.* D. 4. b. narrat.

Idem

Idem quoque refert GODOFR. ARNOLDVS *in Hist. eccl. et haer.* P. II. L. XVII. C. XIII. §. 17. qui STEGMANNVM a Concionatore aulico, D. STOSCHIO examinatum ac Socinismi notatum, hanc ob rem munere solutum, cum IONA SCHLICHTINGIO in Poloniam concessisse commemorat. Colloquium istud Spandouiense a. 1626. inter IOACH. STEGMANNVM et IO. BERGIVM, HIERON. BRVNNEMANNVM et PET. VEHR habitum, olim Bibliotheca DAN. ERN. IABLONSKI tenuit, ac in *Catal. libb.* eiusdem *Berol.* 1742. 8. p. 381. N. 86. allegatur. Huius copiam nobis olim fecit Vir *maxime Reuerendus* IABLONSKI, verbi diuini minister ad templum S. Trinitati sacrum apud Berolinenses; cuius *MSCti* excerpta alia occasione exhibituri sumus. Fuit etiam posthac ad breue tempus Ecclesiastes Reformati coetus ad templum Petrinum, quod *Gedani* est. Vid. HARTKNOCHI *Hist. Eccl. Pruss.* p. 818. quo munere, patefacto Socinianismum promouendi studio, a coetus huius Patronis exutus est. Ad ea, quae cum illo in Marchia et Spandouiae gesta sunt spectant, quae in *Actis MSSCC. Synodi Racou.* a. 1626. leguntur. In eadem RVARO demandatum, vt praesentem STEGMANNI conditionem et statum scrutaretur, et an dimissus iam fuerit, vel ne, quam primum fratres Racouienses certiores faceret. Idem iam dimisso auctor suasorque sit, vt sine mora *Racouiam* se conferat. Eodem nondum dimisso, Synodum omnem adhibituram esse sollicitudinem, vt primo tempore dimissionem consequatur. Hac deinceps obtenta ad perbreue tempus ministerio ecclesiastico *Gedani* functus, et ab eodem remotus, Racouiam semet contulit ac ibidem *Gymnasii Rector* constitutus. Remotum eum fuisse ab officio Ecclesiastico Gedanensi a. 1631. quod nonnulli produnt (e. g. ABRAH. HARTWICH in der Beschreibung der

dreyenWerder, p. 189.) a vero alienum eſt; factum id eſſe antequam ad Rectoratum Racouienſem admoueretur, in aprico poſitum eſt. BAVMGARTENIVS *in Recenſ. Biblioth. Halenſ.* T. II p. 196. errauit, prodens *Stegmannum* primum Claudiopolin commigraſſe, ibidemque Paſtoris muneri admotum, deinde Rectoris officio ad ſcholam Racou. ornatum fuiſſe, cum potius inuerſo ordine hiſce muneribus functus fuerit, quod praeter SANDIVM l. c. p. 132. *Acta Synod. MSSCC.* extra omne dubium ponunt, quae eum a. 1630. Rectoratui Racouienſi adhuc praefuiſſe teſtantur. His narrantibus Senatus Claudiopolitanus a. 1631. Synodum Racouienſem de obitu VALENTINI RADECII, *Epiſcopi* ſui certiorem fecit, hancque precibus ſollicitauit, vt in eius locum miniſtrum alium ad coetum Vnitariorum Saxonicum Claudiopolitanum deſignaret. Hiſce precibus Synodus adnuens IOACH. STEGMANNVM ad ſubeundum hoc munus eodem anno 1631. circa autumnum in Tranſyluaniam delegauit. Obiit a. 1633. (male 1632. SANDIVS l. c.) Hoc enim anno in *actis* Synodi Racouienſis, mortis eius fit mentio, ſimulque illius ſucceſſor AD. FRANCVS deſignatus eſt ad coetum Claudiopolitanum. Meminit quoque eius nuper defuncti, RVARVS in epiſtola ad HVG. GROTIVM a. 1633. ſcripta, cui quidem ſcriptionis tempus additum non eſt, quae tamen anno hoc ſcripta, quod GROTII reſponſoria euincit. Vid. *Epp.* RVARI ex edit. ZELTN. p. 132. Quod anno 1632. in viuis adhuc fuerit, ex breui ad lectorem praeloquio, quod praefixum eſt STEGMANNI Probe der einfältigen Warnung ꝛc. a. 1633. in quo editor *mortis* auctoris nullam fecit mentionem, ſed potius notauit, libellum diu quidem ab hoc fuiſſe concinnatum, ſed propter improviſam celerrimamque eius ad ſuſcipiendum miniſterium

Clau-

Claudiopolitanum prouocationem, non recognitum, nec citius typis exſcriptum eſſe. Filios reliquit IOACHIMVM et CHRISTOPHORVM, habuitque tres germanos, CHRISTOPHORVM, LAVRENTIVM et PETRVM, de quibus paulo poſt.

SCRIPTA:

1. *Controuerſia huius temporis de Eccleſia.* 1626. 4. allegatur a SANDIO l. c. dubitamus vero an typis exſcriptum fuerit. In *Actis Synod.* MSSCC. legimus a. 1631. Stegmanno commendatum eſſe, vt librum *de Eccleſia,* quo Pontificiorum errores refutentur, concinnaret, cui in hoc opere conficiendo alii fratres operam et auxilium praeſtituri ſint.
2. *De vſu rationis in rebus ſacris.* Germ. *MSC.* allegatur a SANDIO a. 1629. Libellum hunc germanice ſcriptum, *acta Synodalia* a. 1629. et 30. inter ſcripta reuidenda et prelo ſubiicienda referunt. Non commutandum tamen cum IOACH. STEGMANNI *iunioris* opuſculo eiusdem tituli et argumenti, quod ad defendendum patris ſui libellum aduerſus IO. PAVL. FELWINGERVM in lucem emiſit.
3. *Examen theſium D.* IOH. BERGII MSC. allegatur eodem anno. Theſes fortaſſe propoſitae, de quibus cum STEGMANNO colloquium iſtud 1626. inſtituit D. BERGIVS, de quo argumento aliquando in *Hiſtoria Socinianiſmi Marchici.*
4. *Refutatio refutationis Catechèſeos.* MSC. Frequenter mentio ſcripti huius fit in *actis*; Committebatur eiusdem exaratio a. 1629. STEGMANNO, in Synodo tum habita. A. 1630. iterum admonitus eſt, vt laborem hunc finiret, ſcriptumque prelo ſubiiceret; ſtatutumque, vt typis exſcriberetur, quodſi etiam ad ſumtus

facien-

faciendos debitum contrahendum esset. A. 1633. de eodem libro post obitum STEGMANNI decretum est, vt FRANCVS istum Claudiopoli perficeret, et ad censuram Racouiam transmitteret; cuius rei idem a. 1635. a Synodo admonitus est. Tandem a. 1655. in consessu Rafzcouiensi fratribus cura commendata est, perquirendi librum istum in Transyluania, vbi sine dubio apud quempiam lateret. Scriptum hoc aduersus BALDVINI refutationem catecheseos Racou. concinnatum fuisse, vix vllum nobis superest dubium.

5. *Noui Testamenti versioni Germanicae* ipse vna cum Io. CRELLIO insudauit, quae prodiit Racouiae a. 1630. De hoc opere plura alio loco.

6. *Institutionum Mathemathicarum Libri II. quibus initia arithmeticae et geometriae pro incipientibus dilucide explicantur et ad praxin accommodantur: iussu Superiorum in vsum scholae Racouianae conscripti* 1630. 8. Libellus a. 1629. prelo iam paratus, vt sine mora eidem subiiceretur, decreto Synodi statutum est. Pro studio et labore auctori, qui a. 1630. *Rector Scholae Racou.* adhuc erat, ex statuto Synodi donata sunt 50. exemplaria librorum scholasticorum.

7. *Epistola* MSC. qua viro cuidam excellentissimo sententiam suam *de satisfactione Christi* exponit. Scripta *Moeslichii* a. 1630. 7. Nouemb.

8. Von der Reformation oder Erneuerung der Gemeine Christi. Gedruckt im Jahr 1632. 8. *pagg.* 189. Impressionis locus non notatur; in Germania fortasse procurante RVARO prodiit; qui ipse ad HVG. GROTIVM a. 1633. scribit: "Mitto tibi hac occasione libellum *de reformatione Ecclesiae*, quam praesens pollicitus tibi fueram, cuius auctor natione Marchicus diem in Tran-

Transſyluania nuper obiit." Vid. RVARI *Epp.* ex edit. ZELTN. *Cent. I.* ep. 31. p. 132. Complectitur XIX. capita, in quibus de reformandis, nouisque inſtruendis ac adornandis coetibus ſecundum diſciplinam et Schema Socinianorum agitur. *C.* 1. Partitio libri p. 3. *C.* 2. An quiuis viſibili Eccleſiae ſemet iungere debeat, p. 7. *C.* 3. An viſibilis Chriſti Eccleſia errare poſſit, p. 13. *C.* 4. De vita impia, p. 19. *C.* 5. De deficiente doctrina, p. 26. *C.* 6. De doctrina non fructifera, p. 30. *C.* 7. De doctrina nocua, p. 35. *C.* 8. De Idololatria, p. 42. *C.* 9. An in quouis coetu homo ſaluari poſſit, p. 46. *C.* 10. De doctrina ſaluifica, p. 53. *C.* 11. De vita ſancta, p. 73. *C.* 12. De publicis conuentibus, p. 86. *C.* 13. Quomodo reformatio ſuſcipienda p. 101. *C.* 14. Quis reformandi initium facere debeat, p. 129. *C.* 15. Quomodo Magiſtratus circa reformandam Eccleſiam verſari debeat, p. 142. *C.* 16. Subditorum eſt, vt opus hoc absque tumultu, multaque cum patientia adgrediantur p. 150. *C.* 17. Qua ratione Doctores et Miniſtri reformare debeant, p. 161. *C.* 18. Quid auditoribus in hoc negotio incumbat, et de vocatione miniſtrorum eruditorum pariter et illiteratorum, p. 168. *C.* 19. Cum adhortatione concluſio, p. 174. Exſtare quoque latine de vera reformatione Eccleſiae, MSC. SANDIVS obſeruauit.

9. *Breuis diſquiſitio, an et quomodo vulgo dicti Euangelici Pontificios, ac nominatim* VALERIANI MAGNI *de Acatholicorum credendi regula iudicium, ſolide atque euidenter refutare queant. Eleutheropoli apud* GODFR. PHILALETHIVM. 1633. 12. Vid. *Placcii* Anon. p. 198. N. 899. Libri huius ſub titulo: REFVTATIO CAPVCINI

ſae-

ſaepius in *actis Synod.* MSSCC. fit mentio. VALERIANVS enim MAGNVS Capucinorum ordini addictus erat. Libro ab hoc edito: *Iudicium de Acatholicorum regula credendi contra illos, qui illud confutare auſi ſunt etc.* libellus STEGMANNI oppoſitus eſt; de quo in actis Synodi 1633. Racouiae habitae ſtatutum legimus: quod in fronte libri, CAPVCINORVM nomen deleri, et praeterea quaedam capita vel corrigi vel omitti debeant. Scriptum hoc quidam IOH. HALESIO Anglo vindicare voluerunt, vid. vita IOH. HALESII p. 156.

10. IOACHIMI STEGMANNI Probe der einfältigen Warnung für der new Photinianiſchen oder Arianiſchen Lehr, von IOHANNE BOTSACCO, Th. D. des Gymnaſii zu Danzig Rectore, vnd Predigern in der Kirche zur H. Dreyfaltigkeit, in Druck gegeben. Matth. 5, 11. 12. Spricht der Herr Jeſus: Selig seyd ihr, wenn ſie euch werden ſchmähen, vnd verfolgen, vnd reden allerley böſe Wort wider euch, vnd daran lügen, vmb meinet willen. Frewet euch vnd frolocket; denn ewer Lohn iſt groß, in dem Himmel. Denn alſo haben ſie verfolget die Propheten, die vor euch geweſen ſind. Gedruckt zu Rackaw, durch Sebaſtian Sternacki im Jahr Chriſti 1633. 8. *pagg.* 512. et 28. *indicc.* ſeu *Alph.* 1. *pl.* 11. Exhibet opus hoc, ſpecimen Theologiae polemicae Socinianae, oppoſitumque eſt libello BOTSACCI, cui titulus: Einfältige Warnung für der Neu Photinianiſchen oder Arianiſchen Lehre, in 10 wichtigen Urſachen gegründet: nemlich, dieweil dieſe Lehre iſt eine falſche Lehre, die da böſe Früchte bringet, nicht gegründet, die H. Schrift greulich verfälſchet, allen Troſt der Seelen entrücket, auß verdammten Kezereyen zuſammen geflicket, gute Ordnung und Stände verwirret, leichtſinnig und gottes-

läſterlich

lästerlich ist ꝛc. Dantzig druckts und verlegts, George Rhete. 1632. 12. pl. 8. Vid. *Relat. innoc.* 1736. p. 141. Rationes a BOTSACCO propositas, quibus coetus Christiani ciues praemonitos voluit, ne Arianae et Neo-Photinianae doctrinae aures atque animos commodarent, STEGMANNVS fusius diluere adnititur, et quodcunque adhibet studium, vt lectori persuadeat, BOTSACCI scriptum centonem esse male consutum, compositum phrasibus insulsis, allegatis falsis, translationibus et explicationibus febriculosis, probationibus plumbeis, responsionibus friuolis etc. et totum hoc bellum ita ab eo esse gestum, vt idoneus ad id gerendum videri potuisset, si gessisset nunquam. Vid. REIMANNI *Biblioth. theol.* p. 668. In praefatione lectores ad ferendum in hac caussa iustam et a partium studio alienam sententiam prouocat. Libri reuisionem commendatam fuisse ION. SCHLICHTINGIO (*) et RVARO ex conclusis Synodi 1633. habitae videmus, ab eadem RVARO quoque concedebatur vt finita Synodo persisteret ad tempus *Racouiae*, ad perficiendam libri huius emendationem.

Scripto *Stegmanni* opposuit BOTSACCVS librum, cui titulum fecit: ANTI-STEGMANNVS, d. i. wahrhafftige Gegenprobe, der falschen Prob Joachimi Stegmanns, der Socinianischen oder Arrianischen Gemeine zu Clausenburg und Siebenbürgen gewesenen Dieners; oder wiederholete und in Gottes Wort fest gegründete Warnung für der Arrianischen und Socinianischen Lehre in zehen wichtigen Ursachen gefaßet, und wider die nichtige

tige

(*) *Sclichtingio* tanquam auctori libellum hunc male tribui a D. FRID. VLR. CALIXTO, in *disput. de aeterni Patris aeterni Filii diuinitate contra Socinianos* p. 8 et 81. iam obseruauit LAVTERBACHIVS l. c. p. 342.

tige Ausflüchte Joachim Stegmanns vertheidiget. An die christliche vnd der ungeänderten Augspurgischen Confeßion zugethane Gemein, und ehrliebende Bürgerschaft aller dreyen Ordnungen der Königlichen Stadt Dantzig. Mit einem dreyfachen vorhergehenden Register nach der Vorrede zu finden. Zur Steuer der Wahrheit ans Licht gegeben ꝛc. 1635. 8. *Alph.* 1 *pl.* 13. ſ. *pagg.* 508. et 62. *praef.* et *indicc.* apud GEORG. RHETEN. Prodierunt quoque GE. HARTMANNI *Vindiciae ὀρθοδοξίας pro Deitate Christi aduerſus* STEGMANNVM, *Witteb.* 1647. 8. an vero iſtae ad hunc *Stegmanni* librum reſpiciant, dici a nobis nequit, qui illas nunquam vidimus.

11. Kennzeichen der falschen Lehrer, dabey man abnehmen kan, welche die seyn, die den Herren Jesum verleugnen: nebst gewissen Beweiß, daß die Gott nicht kennen, welche den Geboten unsers Herrn Jesu nicht gehorsam seyn. Im Jahr 1637. *pagg.* 82. Libellum hunc Racouiae eſſe impreſſum typorum et chartae conditio prodit, imo ab antiqua manu in exemplari meo adſcriptum *Racouiae* nomen. Auctor nullius coetus partes ſuſcepiſſe defendendas ſignificat, eo fine, vt quiuis felicius ac aequius iudicium ferre poſſit, a quibus partibus ſtet veritas. Vid. MATTH. RADECIVS, N. 6. p. 706.

12. *Libri II. de Iudice et norma controuerſiarum fidei. Eleutheropoli, typis Godofr. Philalethi.* 1644. 12. Opus eſt imperfectum; ſiquidem duos auctor parare voluit libros, *alterum* de iudice controuerſiarum, *alterum* de norma; ſed morte praeuentus, poſteriorem priori addere non potuit. Haud pauca ſunt in hoc libro aequa et vera, circa hanc materiam ab omnibus facile admittenda; alia tamen fraudulenter propoſita, nec ſine limitatione concedenda; alia tandem, quibus nemo,

nemo, nisi cum veritatis diuinae detrimento adspirare potest, quae omnia suo ambitu proposuit et sub examen vocauit GEORG. ASHWELLVS in opere DE SOCINO et SOCINIANISMO, p. 61-100. REIMANNVS l. c. p. 676. ita de STEGMANNI libello sentit: "Ex hoc vngue aestimare possumus leonem, adstrictum oratione, et compressione rerum breuem, Philosophum argutum, interpretem S. Scr. callidum, Theologum paradoxum, virum remis velisque in id incumbentem, vt caussa inferior, acumine ingenii fiat superior, scilicet, rationem nequaquam esse corruptam, p. 206. eam esse S. Scr. interpretem, p. 169. iudicem controuersiarum theologicarum, cuius iudicio, si stare recuses, recta tendas ad Atheismum, p. 100." RVARO primum a. 1630 per Synodi decretum iniungebatur, vt librum *de iudice et norma controuersiarum* conscriberet; cum vero STEGMANNVS istum in se suscepisset laborem, RVARVS a. 1637. iubebatur, cum quodam N. de perficiendo STEGMANNI libro consilia conferre. Eidem RVARO a. 1638. in Synodo Kisielina iniungebatur, vt librum hunc, quomodocunque ille fuerit, prelo committeret. Prodiit iste, notante SANDIO, Belgice a. 1668. 8. et plenior exstat in MSC.

13. *Delineatio Theologiae S. fidei Christianae*, *Libri II.* MSC. Tenuit illud manu Io. PREVSSII, eiusque filii eidem cognominis descriptum, olim Bibliotheca Vffenbachiana, (vid. *Catal.* T. IV. p. 567.) cui SAM. CRELLIVS sua manu haec adscripsit: Num IOACHIMO STEGMANNO, num vero alteri alicui Vnitario sit adscribenda, non sum certus. Idem exemplar in manus D. TRONCHINI venit, cuius meminit CHAVFEPIE in *Diction. Hist et Crit.* T. IV. p. 227. sub

sit. SERVETI. Ad hoc refutandum respicit MSC. ex autographo b. m. Dni. D. IOH. BERGII, descriptum a FRID. MART. GÜLICHIO, d. 11. Maii 1707. Berolini, quod in manibus meis est, huncque prae se fert titulum: *Pseudo-Christologia* STEGEMANNI, *quam ille in dedicatione, iactitat singulari Dei gratia, sibi prae aliis, ex solo Dei verbo sine vllis hominum additamentis revelatam, cum tamen eam ex* SOCINI, OSTORODI, SMALCII *scriptis hauserit atque transscripserit, docet.* Exemplar hoc olim tenuit Bibliotheca D. E. IABLONSKI. Vid. *Catal.* eius p. 381. N. 26.

14. *De disciplina ecclesiastica.* MSC. Vid. sub Io. STOINIO N. 18. Scripsisse quoque Io. VOLKELIVM de hoc argumento infra notabitur.
15. *De praecipuis in religione Christiana controuersiis.* MSC.
16. *Analecta mathematica.* MSC.
17. *Logica* MSC.
18. *Metaphysica reformata.* Fortasse idem liber, qui CHRISTOPHORO STEGMANNO tribuitur.

CHRISTOPHORVS STEGMANNVS.

IOACHIMI senioris frater *iunior.* Lögknizienlis coetus minister et vicinorum inspector, qui in libro N. 2. allegando non quidem in initio Socinianismum speciatim prodidit, attamen *Tritheismi* suspicionem sibi manifesto contraxit. Posthac vero eundem SOCINI partes tenuisse constat; hinc a SANDIO quoque p. 133. huic classi accensetur. Vid. BAVMGARTENII *Recensio Biblioth. Hal.* T. IV. p. 27. 28.

SCRIPTA:

1. *Dyas philosophica. Stetini.* 4. 1610. et 1631.

2. *Hy-*

2. *Hyperaspistes Dyadis philosophicae: de vsu terminorum Philosophicorum in mysteriis fidei, nec non de suppositi et personae ratione, contra* VALENT. FROMM. *Logknicii* 1632. 4. Sine dubio libellum priorem defendit, aduersus FROMMIVM, cuius vel GNOSTOLOGIAM vel ISAGOGEN PHILOSOPHICAM STEGMANNVS, vt arbitramur, redarguerat.

3. *Metaphysica repurgata.* MSC. Vid. sub IOACH. STEGMANNO *sen.* N. 18. Tenuit libellum Bibliotheca D. IABLONSKI Francofurth. quod eiusd. *Catal.* p. 246. testatur.

IOACHIMVS STEGMANNVS, *Iunior.*

IOACHIMI senioris filius, MARTINI RVARI gener, et *Christophori* iunioris frater, non autem LAVRENTII, quod SANDIVS per errorem prodit. LAVRENTIVS enim IOACHIMI senioris germanus fuit, quod ex RVARI *epp. Cent. II.* N. XLV. constat. Narrat de eodem EL. SIGISM. REINHARTVS in *disp. alleg.* §. 22. *fol.* D. 4. b. E. a. b. quod primum secularis homo fuerit, ac postquam per aliquod tempus in Bregensi Silesiae Ducatu, et a. 1649. Stetini vixerit, munus ciuile in *Marchia Brandenburgica* ambierit; hoc autem non obtento semet ministerio eccles. inter Socinianos dicauerit; nisi fortassis REINHARTVS alium in mente habuerit *Stegmannum*, quorum plures fuere, qui facile inuicem permutantur. *Acta* enim Synod. MSSCC. referunt IOACH. STEGMANNVM *iuniorem* a. 1644. IOANNI STORNIO ad coetum Vszomirscensem et Szersznioniensem datum esse collaboratorem; eundemque a. 1645. a Volihinienlibus ministris officio Eccles. initiatum, coetui Vszomirscensi ordinarium ministrum esse datum. A. 1649. ad vnum annum commodatus est coetui Czar-

couienſi. A. 1652. Hamburgi latitaſſe legitur in epiſtola G. F. REDOCH, quam ex MSC. inſeruit *Celeb. Boyſenius* Allgem. hiſt. Magaz. P. I. p. 387. et a. 1653. ad Siedliſcenſem coetum admotus eſt. A. 1657. cum RVARO prope Gedanum in eodem contubernio egit, teſte epiſtola RVARI ad STEPH. CVRCELLAEVM, ſcripta in huius *epp.* ex edit ZELTNERI p. 702. Poſt ſoceri ſui, ipſo hoc anno 1657. inſequutam mortem, cum ANDR. WISSOWATIO a. 1663. *Manhemium*, contendit, huius enim loci coetus ex exulibus Polonis collectus ipſi eodem anno in conſeſſu *Cruciburgi in Sileſia* habito commendatus erat; Hinc poſt biennium vel triennium circa a. 1666. *Claudiopolin* ſe contulit, quo loco variis caſibus iactatus, Paſtoris coetus Vnitariorum Saxonici munere functus eſt, ibidemque a. 1678. vita defunctus, natus annos circiter 60. teſte SANDIO p. 161. et auctore vitae WISSOWATII. REINHARTVS l. c. obſeruauit STEGMANNVM hunc, ſub ELEVTHERII PHILALETHIS nomine latere.

SCRIPTA:

1. *Breuis diſquiſitio inter duas de S. Trinitate diſputantium partes, vtri tandem poſt longa certamina victoria tribuenda ſit?* ſub anagrammate: MAGNVS AMICVS HONESTI, *preſſo authoris nomine* 1649. 8. Iterum prodiit, adiuncta IEREMIAE FELBINGERI diſſertatione *de Deo et Chriſto et Sp. S.* 1657. 8. quod ſcriptum male a quibusdam allegatur ſub STEGMANNI nomine; belgice quoque prodiit 1649. 4. Vid. FABRICIVS l. c. P. VI. p. 472. STEGMANNI diſquiſitionem ſub examen vocauit *M. Bartholdus Feind, Collega lycei Iohann.* Hamburg. (de quo vid. D. G. H. GOETZE in *Quinario commentat. hiſtor. theologic.* p. 71 not. 8.) in libello ſub titulo: *Gerrae Sociniani cuiusdam etc.* *diſſi-*

dissipatae. Lubecae 1668. Vid. PLACCII *anon.* p. 197. N. 894.

2. *Religionis Christianae veritatis breuis demonstratio.* Adtexta est DAN. BREENII *Dialogo breuissimo de veritate relig. Christ.* et BREENII *Operibus* Belgice quoque 1664. 4. Vid. Io. GE. WALCHII *Biblioth. theol. sel.* T. I. p. 913.

3. *Scriptum a.* 1649. *ad Senatum Rostochiensem per Mercurium publicum Sedino vibratum, sub eodem anagrammate:* MAGNVS AMICVS HONESTI. Ita illud allegat REINHARTVS l. c. *fol.* D. 4. b. Ad oculos vero nostros nondum venit.

4. *Praefationem in Catechesin Ecclesiarum Polonicarum* auctiorem, quae 1665. 8. et 1680. 4. prodiit, ipse cum ANDREA WISSOWATIO concinnauit, de quo argumento alio loco.

5. *Epistolae II. ad* STAN. LVBIENIECIVM, insertae *Theatro huius Cometico in Communicatione Manheimiana,* P. I. *fol.* 597. seqq. Inuitauerat LVBIENIECIVS, STEGMANNVM et WISSOWATIVM isto tempore Manhemii versantes, per epistolam d. $\frac{14}{24}$. Decembr. *Hamburgo* scriptam, ad tractandum argumentum de Cometis. In epistola responsoria altera, scripta a STEGMANNO Hamburgum Manhemio *Calend. Maii* 1665. disserit de dubia cometarum significatione, per se non mala annunciantium, de vacuo spatio, quod probabile dari, et ante creationem adfuisse STEGMANNVS defendit. Postea ad res theologicas deuenit, de poenitentia et pietate agit, nec non de necessario rationis in Sacris vsu etc.

6. *Commentarios* Io. LVDOV. WOLZOGENII e germanico

 latine

latine vertit, qui Vol. VI. *Biblioth. FF. PP.* iunctim luci expofiti funt.

7. *Epiftola ad* I. L. WOLZOGENIVM *fuper quaeftione de* ABIATHARE et ACHIMELECHO. Adtexta eft huius commentario in *Marc.* II. in *Biblioth. FF. PP.*

8. *Commentarius in Euangelii S.* IOANNIS *cap.* V-XI. adtextus WOLZOGENII commentariis l. c.

9. *De Magiftratu politico, bello etc.* difceptatio cum SAM. PRZYPCOVIO MSC. Vid. fub PRZYPCOVIO N. 12. 13. p. 684.

10. *Contra* DAN. ZWICKERVM *de eadem materia tractatus* MSC.

11. *Contra Atheos MSC.* Scriptum hoc in confeffu Rafzcouienfi a. 1655. IONAE SCHLICHTINGIO ad reuidendum commendatum effe, teftantur *Acta* MSSCC.

12. *Disquifitio de Dei circa futura contingentia praefcientia certa ab aeterno* MSC. Idem fortaffe fcriptum eft, quod SANDIVS l. c. p. 178. inter *anonyma* repetit. Sufpicamur DAN. ZWICKERO oppofitum, qui cum ANDR. WISSOWATIO de hoc argumento pugnam iniit.

13. *De Ecclefia Chrifti eiusque poteftate.* Iterum allegatur in *Anonymis* apud *Sandium* p. 178.

14. *Quaeftio, an publicum religionis exercitium omitti debeat ob pericula.* MSC.

15. *De Lotione pedum aduerfus* ION. SCHLICHTINGIVM.

16. *Apologia fectae Arianorum*, (vt vulgo vocatur) *condemnatae in generalibus Comitiis Varfauienfibus* a. 1658. MSC.

17. *Vfus rectae rationis in rebus fidei, defenfus contra differtationem philofophicam de Natura, feu effentia luminis naturae, fiue rectae rationis, et a lumine reuelationis differentia* IOH. ANDR. SCHVBERTI, *Sempron.*

Hun-

Hungari. sub praesidio Dn. M. Io. PAVL. FELWINGERI, *Altorff.* 1662. Exstitit olim *MSC.* in Bibliotheca D. E. IABLONSKI, teste *Catalogo* p. 381. N. 26. Sine dubio ad defendendum patris scriptum, p. 951. N. 2. concinnatum, qua ratione dubium a SANDIO l. c. p. 162. excitatum, tollitur.

18. *Tribuitur ipsi quoque opus, cui titulus fuit:* ANTIKESLERVS, in quo conscribendo, vt sedulo pergeret, in Synodo Siedliscensi a. 1553. admonitus est.

19. Commendata quoque ipsi est in consessu Dazuiensi a. 1646. conscribenda *historia coetuum Polonorum* lingua latina, statutumque vt fratres in hunc laborem ipsi subsidia et documenta traderent; repetitumque a. 1649. et 50. in consessu Raszcouiensi, vt materialia ad illam concinnandam fratres cum STEGMANNO communicarent.

LAVRENTIVS STEGMANNVS.

IOACHIMI senioris frater germanus. A. 1634. Rector Scholae Racouiensis constitutus, hoc consilio Synodi, vt, si quoque alius muneri huic scholastico praeficeretur, STEGMANNVS tamen in prima Classe lectiones continuaret. Laudabiliter eumdem scholae huius clauum tenuisse, simulque ibidem coetum germanicum concionibus piis ac disertis instruxisse, RVARVS commemorat in *Epp. ex edit.* ZELTNERI p. 618. Post triste fatum, quod *Racouiae* eiusque *ministris* et lycei *praeceptoribus*, ipso hoc Rectore scholae contigit, proscriptus quidem est, sed tamen hinc inde vagatus, in ipsa Polonia sub adscito TRIBANDRI (a τρίβος, germ. Steg) latitauit, imo munere eccles. functus est. *Vid.* LVBIENIECIVS l. c. p. 240. et SANDIVS l. c. p. 134. nec non STEGMANNI epistola ad RVARVM

 scripta,

ſcripta, in huius *epp. Cent.* II. *ep.* XLIV. ex edit. ZELTNERI p. 615. Probabile tamen eſt, eum poſt hoc fulmen ad breue tempus in Tranſyluaniam ſe recepiſſe. RVARVS enim in epiſtola 1638. d. 4. Iunii ad Senatum Claudiopolitanum ſcripta narrat, fratrem STEGMANNI vterinum in Tranſyluaniam conceſſiſſe. A. 1640. Meſericenſi coetui miniſter conceſſus legitur in *Actis Synod.* Anno autem 1641. in exteris eum regionibus verſatum eſſe, *acta Synodi Piaſcenſis* teſtantur. In Poloniam redux iterum Meſericenſi coetui praefectus eſt, cui vero ſemet parum commendauit, et ab eodem a. 1655. delicti accuſatus. Hunc fuiſſe STEGMANNVM putamus, qui teſtantibus *Actis Synod.* a. 1632. vel 1633. Marchiam Brandenb. inuiſit. Itineris ſuaſor ac promotor Nobil. SACK fuit, cui Synodus a. 1633. per epiſtolam gratias perſoluit, quod STEGMANNO ad iter in Marchiam ſuſcipiendum 300 flor. donauerit. Ab eadem Synodo litterae ad matronam quandam Marchicam datae ſunt.

SCRIPTA:

1. *Epiſtola ad* MART. RVARVM (TRIBANDRI nomine) *ſcripta ex praedio Viblhand* 7. *April.* 1637. de ſua confeſſione fidei, quam edere parabat, vt *Seren. Electori Brandenburgico* exhiberet. Inſerta RVARI *epiſtolis Cent.* II. ep. 44. Lucem non vidiſſe hanc confeſſionem certum eſt; periiſſe vero in MSC. probabile, cum illius SANDIVS l. c. nullam fecerit mentionem.
2. *Epiſtola ad* DOBESLAVM CIEKLINSKI, *ſcripta* 13. *Kal. Maii* 1642. *vna cum* ELFGIA *ad eundem, in qua coniugis ipſius obitum deflet.* MSC.
3. *Epiſtola ad* IOH. WOIENSKI *Med. Doct.* 15. *Kal. April.* 1642. MSC.
4. *Carmen ad Nob. Iuuenem* STAN. LVBIENIECIVM. MSC.

PETRVS

PETRVS STEGMANNVS.

IOACHIMI ſenioris frater, id ipſum docente RVARO *epp. Cent.* II. N. XLV. *Medicus*, qui *Wittebergae*, praelucente D. DAN. SENNERTO ſtudio medico operam nauauit. Iuxta hoc Theologorum lectiones frequentauit, et miniſterio Eccleſ. caſtrenſi in exercitu Suecico Rigae initiatus, deinde 1630. *Mariaeburgi* in Boruſſia occidentali miniſterio functus. Huic muneri et coetui Mariaeburgenſi d. 20. Ianuarii a. 1633. ſolemni ſermone Sacro in 1 *Cor.* III. 11-15. qui eodem annno typis exſcriptus forma 4. prodiit, vltimum vale dixit. Vid. Preußiſche Lieferung, T. I. p. 119. Poſt aliquod tempus in Poloniam conceſſit, ibidemque Vnitariorum ſenior conſtitutus. Tandem ex praxi medica *Zedenicii* prope *Rupinum* in *Marchia Brandenb.* vitam ſuſtentauit, quo loco a. 1665. adhuc ſuperſtes fuit. Credidit Spiritum Vniuerſi, ac inſignem ſibi in Chymicis et Alchymia acquiſiuit eruditionem, teſtante haec EL. SIGISM. REINHARTO *diſp.* cit. §. 22. *fol.* E. cui STEGMANNI conterraneo et coaeuo fides omnino habenda. Commemoratur quoque in *Act. Synodal.* MSSCC. quod ſub PETRI TRIBANDRI nomine a. 1640. in Synodo Kiſielina ad Miniſtrorum diſciplinam admiſſus; et filius eius, a. 1644. in conuentu Siedliſcenſi in alumnorum numerum ſuſceptus fuerit, qui ſemet moribus ac diligentia prae aliis alumnis commendauit.

SCRIPTA:

1. *Carmen dicatum Heroinae cuidam, (longe eminentiori quidem, quam vt ſatisfacere tantis elogiis ſe putare poſſet ſubiectiſſimus aduena) Berolini typis Rungianis.* 1660.

2. Kurtze und einfältige Untersuchung, ob und warumb die Reformirte Evangelische Kirche, die also genannte Socinianer mit gutem Gewißen dulden, oder auch in ihre Gemeinschaft aufnehmen könne und solle. Scriptum hoc sub *Sam. Crellio* N. 16. p. 194. recensitum, quidam *Petro Stegmanno* tribuunt, ac iam 1660. elaboratum esse arbitrantur.

CHRISTOPHORVS STEGMANNVS, *Iunior.*

IOACHIMI senioris filius, iunioris frater. Aliquando etiam in actis *Christiani* praenomen fert, nisi alius is fuerit. A. 1640. publicis sumtibus sustentatus, quo se- met ad ministerium Claudiopolitanum praepararet, et in domo MORSCOVII exercitiis theologicis operam nauaret. A. 1643. coetus Sociniani alumnus scholae Luclauicianae praeceptoribus auxilio datus est. A. 1645. liberis ANDR. MOSCOROVII ephorus est praefectus. A. 1651. in consessu Czarcouiensi admonebatur, vt studio theologico totum se traderet. A. 1653. Slucium in Palatinatu Nouogrodecensi missus est, ad instituendam loci istius iuuentutem. A. 1655. in consessu Raszcouiensi iubebatur fratrem suum IOACHIMVM *iun.* ad coetum Siedliscensem adiuuare. A. 1656. vel 57. cum nonnullis auditorum suorum in Silesiam concessit, et *Cruciburgi* hospitium suum habuit, sub patrocinio *Ducis Bregensis*, et inde nonnunquam in Poloniam ad obeunda sacra excurrebat. Epistolam inde ad anonymum a. 1661. d. 17. Iunii datam et *Lubieniecii* historiae insertam non subscripsit. Adeoque vel interea diem obiit, vel in alium locum se contulit.

LVCAS STERNBERGERVS.

Quibusdam *Sternbergius*. Ratione temporis inter pri-

primos aeui recentioris Antitrinitarios collocandus, quamvis in haud paucis a reliquis diſſenſerit. LAVRENTIVS SVRIVS, Carthuſianus, in *Comment. rerum ab a.* 1500 *ad* 1568. *geſtarum*, *Colon.* 1568. 8. p. 831. haec habet: "Anno 1561. quidam impius, blasphemus et ter execrabilis furcifer, LVCAS STERNBERGERVS nomine, in Sacroſanctam Trinitatem, in Chriſti Ieſu diuinitatem, in ipſum quoque Spiritum S. — — — de Euchariſtiae Sacramento, de Baptismo denique, quod Satanicam vocat inſtitutionem tam horrenda et abominanda palam dixit et aſſeruit, vt nullae piae aures ſine horrore ferre queant. Docuit inter alia, non eſſe Trinitatem, ſed vnum Deum; non Chriſtum, non Spiritum S." Narrante *Sandio* in *Hiſt. eccl. enucl.* p. 429. docuit: eos omnes, qui S. Trinitatis nomen confitentur et colunt, tres deos falſo comminiſci, cum ſit Trinitatis nomen ſuperuacaneum, et inane, quod in Scripturis ſacris nomen Trinitatis nusquam expreſſum ſit, nec niſi vnus Deus ſit in coelo. Itaque vetuit ille (pergit *Sandius)* ne praeclara illa cantio, *o veneranda Trinitas*, caneretur, atque eius loco cantari iuſſit, *o veneranda Dei bonitas.* Tradidit quoque Chriſtum non eſſe ſummum Deum, eundem non propria virtute diuina, ſed virtute omnipotentis ſurrexiſſe a mortuis; nec vllum feciſſe miraculum alia, quam Dei praepotentis operatione et efficacia, vt qui illum prae caeteris prophetis pluribus auxerit donis et muneribus. Chriſtum eſſe quidem Dei filium, ſed *ſecundum animam duntaxat.* Meminit quoque STERNBERGERI HENRICVS SPONDANVS in *Annal. eccleſ.* ad a. 1561. N. XXIII. T. II. *fol.* 613 et 616. qui FRID. STAPHYLI librum *de Proteſtantium concordia* germanice ſcriptum allegat, quod in eodem plura de *Sternbergero* exponantur; ſed librum hunc STAPHYLI (cuius titu-

titulus aliquando effertur: *De latinorum concordia*, vidisse non contigit. In huius tractatu, qui inscribitur: *Theologiae* MARTINI LVTHERI *trimembris epitome*, cuius *pars III.* agit *de successione et concordia discipulorum* LVTHERI *in Augustana confessione*, ac a. 1558. absque *Staphyli* nomine prodiit, nullam STERNBERGII commemorationem animaduertimus. Interim SPONDANVS l. c. de eodem tradit: "quod in ciuitate Olomucensi blasphemias suas euomuerit: Trinitatem negans, quam nesciret, vtrum femina vel mas esset, sed potius feminam existimare, quae tres maritos, Patrem, Filium et Sp. S. habuerit, cum tamen non nisi vnus Deus sit in coelo; Christum purum hominem asserens, instar aliorum mortalium, MARIAE et IOSEPHI filium, tumque demum adoptatum esse in Filium Dei, cum IOANNE baptizante audita est vox de coelo: hic est filius meus dilectus; Spiritum S. nihil aliud esse, quam columbam; Sabbathum potius, quam diem dominicum esse celebrandum; baptismum satanicam esse institutionem." LAMIVS in historia Socinianismi gallice scripta P. II. p. 276. de eodem narrat: quod in fide Romana educatus, vitam monasticam amplexus fuerit; taedio vero eiusdem et coelibatus voti ductus, Lutheranam religionem susceperit, ac PHIL. MELANTHONEM Praeceptorem suum adoptauerit, in eiusque schola tantos fecerit progressus, vt 1561. dignus fuerit iudicatus, qui Ecclesiae Olomucensi praeficeretur; quod ex lectione librorum SERVETI et Neoarianorum factus fuerit Arianus, et Arianismum publice in *Morauia*, in contemtum doctrinae, quam Wittebergae perceperat, docuerit; inde vero in Poloniam concesserit etc. Plura habet *Lamius* de portentosis STERNBERGERI placitis, quae vero, cum dictis nullam, testimonio quodam allegato, pro more suo fecerit

fidem

ſidem, praeterimus. Scriptorum ab ipſo vel concinnatorum vel editorum, vllam a ſcriptoribus factam eſſe mentionem, non recordamur. V. PAVLI STOCKMANNI *Elucidarius haereſium* p. 221.

IO. SIM. STINSTRA.

Harlingenſis Mennonitarum miniſter, Socinianismi accuſatus, ſcriptis a ſe editis, pluribus controuerſiis ab a. 1738. in Belgio inter Anabaptiſtas Friſiae, de Myſterio S. Trinitatis agitatis locum fecit, quarum expoſitionem *hiſtoria Socinianismi Belgici* ſibi vidicabit.

NATHANAEL STVCKEY.

Anglus. In lucem expoſitus 1649. teſte SANDIO p. 172. Coetus eorum, qui BIDELLIANI nuncupabantur, *Londini* Patronus. Obiit circa a. 1678.

SCRIPTA:

1. *Catecheſes* Io. BIDELLI (Vid. ſub hoc N. 1. p. 55.) *ex anglica in latinam transtulit linguam*, ediditque anno 1664. 8. aetatis ſuae 15. His catecheſibus adiuncta eſt eiusdem.
2. *Oratiuncula de Paſſione et Morte Chriſti.*

IACOBVS SVTERVS.

Eccleſiaſtes reformatus Palatinus, a SYLVANO ad Antitrinitariorum caſtra perductus, de quo alio loco. Libelli eius ſupplicis, quo Arianorum argumenta ſuccincte ac dilucide exponit, nullam vero illis reſponſionem obvertit, mentio fit in *Actis* SYLVANI et NEVSERI hiſtoriam enarrantibus, in *monumentis pietatis et literariis virorum in re publica et literaria illuſtrium ſelecta. Francof.* 1701. 4. P. I. p. 208. ſeqq. et p. 318. ſeqq.

IOHAN-

IOHANNES SYLVANVS.

Tirolinus gente ex Athefino agro (Etſchland) ad fluuium Athefinum fito. Primum Pontificiis facris addictus; his relictis ad Lutheranos, ab his ad Reformatos, et tandem ad Antitrinitarios tranfiit. De eius fatis plura enarrant H. ALTINGIVS in Hift. Ecclef. palat. nec non *Acta* SYLVANVM et NEVSERVM concernentia, iam allegata; de quibus in *Hift. Socin. Germ.* Eundem nunquam exftitiffe Superintendentem Ecclefiarum Palatinatus Rheni, quod SANDIO p. 60. obferuante, quidam perhibent, ex iisdem fonibus expofuimus.

SCRIPTA:

1. Epiftola Io. SYLVANI, PAVLO SCALICHIO Viennam fcripta, d. 17. *Febr.* 1558. quam cum praefatione, addita fimul verfione germanica HARTM. BEYERVS in lucem emifit *Vrfelii* a. 1559. 4. In hac aduerfus Ecclefiae Pontificiae abufus atque errores ingenue teftatus eft. Totam, propter infignem eius raritatem inferuit Io. GE. SCHELHORNIVS l. c. T. I. p. 590. feqq. qui etiam ex praefatione *Beyeri* non nulla expofuit.
2. Liber aduerfus coetum Lutheranum. MSC. Concinnatus circa a. 1558. vt femet a fufpicione fauoris erga Lutheranos apud Epifcopum Herbipolitanum, cuius concionator aulicus hoc tempore erat, liberaret. *Vid.* SCHELHORNIIS l. c.
3. Chriſtliche Bekantnus IOHANNIS SYLVANI ATHESINI. Darinn von fürnembſten ſtreitigen Artickeln Chriſtlicher Religion, ſo dieſer Zeit im Schwanck ſein, gehandelt, vnd Urſach angezeigt wird, warumb ein jeglicher guther⸗ ßiger Chriſt billig vom Babſtumb abtreten, vnd aber ſich zu der rainen Lehr des Evangelii begeben ſolle. Allen gut⸗ her⸗

hertzigen Christen, welche noch im Babstumb stecken, zu einer christlichen Warnung also beschrieben. Mit einer Vorrede Johannis Brentzen. Galat. I. So jemand euch Evangelium prediget, anders denn ir empfangen habt, der sey verflucht. Predige ich denn jetzt Menschen oder Gott zu Dienst? Oder gedencke ich Menschen gefellig zu seyn? Wenn ich den Menschen noch gefellig were, so were ich Christus Knecht nicht. *Tubingae* 1560. 8. *pagg.* 459. Allegatur et recensetur a Io. GE. SCHELHORNIO l. c. T. I. p. 596. seqq. qui obseruauit, confessionem hanc dicatam esse BALTHASARI DE GÜLTLINGEN, *Cubiculario Würtembergensi*, a BRENTIO vocari Christianam, vtilem et luce dignam; eamque in tres libros esse distinctam. In *primo* docet: quid de S. Scriptura et Ecclesia sentiendum sit, et quod illa maior hac sit auctoritate. In *secundo* ac tertio agit de fidei articulis, inter Euangelicos et Pontificios controversis. Circa finem monstrat, Ecclesiam Romanam non esse veram christianam, qua occasione haud pauca huic confessioni aduersa profert, quae antea docuit, loquutus est et scripsit, retractat, verba Pauli ex 1 *Tim.* I. 12. seqq. ad se adplicat, ac spem facit publicandi libellum consolatorium pro *Carolostadianis*, propter Euangelium adflictis. An vero is lucem vmquam viderit, cum SCHELHORNIO ignoramus, qui l. c. p. 572. seqq. quasdam ex confessione exscripsit particulas, in quibus exponitur, qua ratione et quibus argumentis auctor commotus Pontificiorum Sacris valedixerit. Nouam interim paulo post Confessionis editionem Argentorati procurandam statuit Io. *Liber Baro* ab VNGNAD, qui consilium suum exposuit Io MARBACHIO per epistolam, quae inserta est *Epistolis Marbachianis* a *Fechtio*

tio editis, f. in *Supplemento Hist. eccl. Saeculi* XVI. p. 125.

4. Neue Zeitung wie ein Bild geredt, klagt vnd bekannt habe, zur Warnung sich vor allem Götzenleben zu hüten. Mit einer Vorrede IOHANNIS SYLVANI Athesini, darinn etwas von den Götzen gehandlet, frommen Christen zur brüderlichen Warnung. Psalmus 115. Die solch machen (vnd vertheidingen) sind auch also. *Tubingae* 1561. 8. Ita allegatur apud SCHELHORNIVM l. c. T. I. p. 597: quo teste scriptum ab auctore *Kalbii* 1561. die vltimo Maii, *Libero Baroni* IOANNI VNGNAD dicatum est.

5. Wahre christliche Bekenntnüß des uralten Glaubens von dem einigen wahren Gott, und von Meßia Jesu der wahren Christen: wieder den dreypersönlichen Abgott und zwey naturten Götzen des Wiederchrists, aus Gottes Wort mit Fleiß zusammen getragen, und in solcher Kürtze beschrieben. 1570. Idem fortasse opus est, quod SANDIVS l. c. p. 60. ita allegat: *Contra Eutych. errorem* Germanice, 8. quem titulum ex FRISII *Epit. Biblioth. Gesner.* p. 497. exscripsisse videtur.

6. *Epistola* ad BLANDRATAM, confecto iam opere praecedente scripta, in qua placitorum suorum et asseclarum historiam, simulque consilia sua aduersus christianam religionem exponit. Excerpta nonnulla leguntur in *monumentis* paulo ante allegatis P. I. p. 320.

7. *Alia epistola scripta* FRIDERICO III. *Electori Palatino*, cui enarrat, qua ratione MATTHIVM VEHE ad partes suas traxerit, et desiderio flagrauerit semet conferre in Transyluaniam. Vid. *monumenta etc.* P. I. p. 322. et p. 336.

8. *Aduersus* IOH. MARBACHIVM *libri duo.* Vel Libros II. vel saltem alterutrum iam 1565. lucem vidisse, ex episto-

epiſtola IOACH. MOERLINI, Brunſuigo a. 1565. d. 8. *Dec.* data MARBACHIO et inſerta Io. FECHTII *Supplemento hiſt. eccl. Saec.* XVI. p. 214. colligimus, quo loco ita MÖRLINVS: Quae venenoſa vipera, Ceraſtes ille, cum ſuis furiis, IOANNE SYLVANO, et IOSVE LASIO, contra te effuderit, legimus, *Reuerende vir et amice colende.* — — — Nec tamen ideo veritatis patrocinium omittendum erit, ſed excelſo animo deuoranda omnia, vt maneat nobis ſalua doctrina Filii Dei, quam in Eccleſia veſtra ſingulari quodam artificio tentat SYLVANVS conuellere, homo, vt videtur, Sinoniis artibus inſtructiſſimus. Titulum vtriusque libri expoſuit CAR. BÜTTINGHAVSEN, in SCHELHORNII Ergötzlichkeiten aus der K. H. und Literatur. T. III. p. 950. hoc modo: a) Kurtze Antwort und beſtendige Widerlegung auf *D.* Johann Marbachs ungegründten Unterricht, von den Worten des Nachtmahls, das iſt mein Leib ꝛc. So er mit dreizehen Fundament zu beweiſen vermeinet. Dem frommen und Gottliebenden Straßburger zur chriſtlichen trewen Warnung geſtellt durch Johannem Sylvanum, Dienern des heiligen Evangelions zu Lautern. Heidelberg 1565. durch Johann Mayer. 8. *pl.* 13. b) Warhafftige und beſtendige Ablainung der dreien Predigten Johann Marbachii, ſo voll des Eutychiſchen Irrthumbs ſind, dem frommen Gottliebenden Straßburger abermal zur trewen chriſtlichen Warnung geſchrieben durch Johannem Sylvanum, Diener des heiligen Evangelii zu Lautern. Heidelberg 1566. durch Johann Mayer. 8. *pagg.* 196.

9. Alia quaedam commemorantur in *Epitome Bibl. Gesn.* l. c.

DANIEL MARCVS SZENTIVANI.

Celebre nomen eſt in hiſt. litter. MARTINI SZENT-IVANYI, S. I. qui ſcriptis quibusdam libris et inter hos *Diſſertatione paralipomenica rerum memorabilium Hungariae*, inclaruit, et officinam typographicam *Tyrnauiae* in Hungaria adornauit. Commemoratur quoque *Pauli Szenthiuanii* nomen, in *Io. Zermech* Hiſt. rerum geſtarum inter Ferdin. et Ioan. L. II. in Scriptoribus rerum Hungar. T. II. p. 414. DANIEL vero primum a. 1680. Scholae Claudiopolitanae praefuit, poſtea hoc loco coetus Sociniani *Plebanus* et Epiſcopus reliquorum coetuum per Tranſyluaniam exſtitit. De eodem SAM. CRELLIVS notauit, quod SERVETI *Reſtitutionem Chriſtianiſmi* typis exſcriptam in Anglia nactus fuerit, hocque exemplar cum per Marchiam Brandenburgicam remearet, in patriam (quod intra annum 1660 et 1670. accidiſſe colligit) cum Io. PREVSSIO communicauerit, ex quo PREVSSIVS, huiusque filius, cum alio quodam illud deſcripſerint. Vid. *Catal. Bibliothecae Vffenbachianae* T. IV. p. 569.

SCRIPTA:

Breuis diſputatio de S. Trinitate. MSC. In theſi XII, et datis ad hanc reſponſionibus ſeptem et authentiam loci 1 *Io.* V. 7. oppugnare, et demonſtrationem pro Myſterio SS. Trinitatis dicto hoc ſuperſtructam euertere ſtuduit.

Theſes ipſis auctoris verbis propoſitae ſub examen vocantur et refelluntur, in diſputatione publica, ſub praeſidio D. PAVL. HOFFMANNI, *Senioris Reu. Miniſterii et Rectoris Gymnaſii Thorunſis*, in eodem Gymnaſio habita a STEPH. HVMIO, *Tranſylvano* a. 1685. M. Nouemb. quae hunc prae ſe fert titu-

titulum: *Vindiciae loci Apostolici, qui habetur 1. epist. Iohann. Cap. V. 7. cum assertione SS. Trinitatis Mysterii ex eodem, contra φλυαρίας Triadomastigis* DAN. SZENTIVANI, *Vnitarii, s. Sociniani Claudiopol. Transyluani in breui disputatione sua de Trinitate.* 4. pl. 3.

STANISLAVS TASSYTIVS, *(Taszycki) de Luclawice.*

Eques Polonus. Incluta semper in Polonia fuit *Tassitiorum* familia, cuius frequentissima in *Actis Synod.* MSSCC. et apud Scriptores Poloniae fit mentio, cui quoque pars pagi Luclauiciensis, in submontanis partibus, non ita procul *Cracouia* subdita erat. IOANNES THASZYCKI senex, iudex terrae Cracouiensis, *Nestor* sui temporis dictus, ob singularem prudentiam et maximarum atque plurimarum rerum vsum, magnam in perorando auctoritatem, et in consulendo vim habuit, cuius orationes quasdam in Regni comitiis habitas tempore *Sigismundi* Regis, STAN. ORICHOVIVS *Annalibus* suis L. VI. inseruit. Ex eadem familia STANISLAVS *Stremencicus*, vir teste LVBIENIECIO l. c. nobilitatem generis praeclaris meritis non domi tantum, sed et foris apud CAROLVM V. Imperatorem (SANDIO l. c. p. 82. aulicus *Caroli* V.) exornans, adeoque in patria magna pollens auctoritate, in agro suo coetum Socinianum fundauit. FARNOVII ac WISNOVII in principio assecla exstitit, postea vero coetum suum vniuit cum coeteris Vnitariis, Racouiensibus nimirum, praeexistentiam Christi ante matrem negantibus.

SCRIPTA:

1. *Praefatio ad* STANISL. SZAFRANECIVM, *Castellanum Sendomiriensem, in* MART. CZECHOVICII *iudicium super Catechesi Pauli Gilouii. Scripta Luclauiciis*

d. 20. Ian. 1581. et eodem anno edita polon. 4. Vid. ſub MART. CZECHOVICIO N. 6. p. 231.

2. *Oratio ad* STEPHANVM *Regem Polon. in cauſſa* ALEXII RODECII *typographi incarcerati A.* 1585. Adiuncta eſt reſponſio Regis, quam d. 12. *Sept.* anni memorati TASSYTIO dedit. Cauſſam ſecundae huius incarceratio-nis, in *Hiſtoria Socinianiſmi Polon.* ex *actis* MSSCC. expoſuimus. Vid. ſub CHRISTIANO FRANCKEN N. 6. p. 363.

DANIEL TASSYTIVS, *de Luclauice.*

Nepos, vt arbitramur, fuit STANISLAI. Altorffii et Argentorati ſtudiorum et diſſeminandi erroris cauſſa commoratus, poſteriori loco dedicationem VALENT. SMALCII, qua commentarium F. SOCINI Senatui Argentoratenſi ſacratum voluit coetus, donum Conſuli ciuitatis, minus gratum reipublice Argentoratenſi obtulit. *Vid.* ZELTNERVS l. c. C. II. §. XLV. Academiam Altorffinam DAN. TASSYTIVM vna cum SAM. PRZYPCOVIO ſalutaſſe a. 1614. d. 22. Martii, idem ZELTNERVS teſtis eſt l. c. p. 374. Quod hoc loco pariter atque Argentorati Socinianorum cauſſam egerit, dubium nullum eſt, cui deinceps quoque in patria patrocinari nunquam ceſſauit.

PETRVS TEICHMANN.

Boruſſus. Vid. SMALCII Diar. vitae ap. ZELTNERVM l. c. p. 1203. A. 1612. inter alumnos et ſtudioſos Theologiae Racouienſes primum compellatur, qui *Raconiae* SIENINII *Palatini* filio ſtudiorum ac morum moderator conſtitutus, a. 1613. vero miniſterio Eccleſ. in Synodo Racouienſi initiatus, et coetui *Boruciniae* in Cuiauia miniſter praefectus eſt. Paulo poſt *Bolicinkiano* haud

ita

ita procul a Gedano concessus, teste VAL. SMALCIO, l. c. ad a. 1614. A. 1618. *Lazninienfi* coetui in districtu Lenczicenfi praepositus, quod *acta Synod. MSSCC.* referunt.

IOANNES TREMBECIVS.

Vid. IACOBVS RYNIEVICIVS p. 738.

CASPARVS ERNESTVS TRILLERVS.

De quo in *Hist. Socin Germ.* Vid. *Walchii Biblioth. sel. theol.* T. I. p. 922. FABRICII *Biblioth.* P. VI. p. 415.

MATTHIAS TWARDOCHLEBIVS.

Paucissimis notus. Quam habuerit patriam, cum omnibus fortassis ignoro. A IACOBO TWARDOCHLEBIO, quod praenomen in SMALCII *Diario vitae* l. c. p. 1175. per literam *I.* notatur, distinguendus. De *Iacobo* isto *Smalcius* l. c. narrat, quod a. 1602 studiosos Collegii Lublinensis aduersus se concitauerit, eo quod puerum quendam domi suae detinuerat, volentem quidem, sed tamen profugum ex illorum schola, qui vna cum eo in Podoliam discessurus erat. Concurrerunt ad eum eripiendum aliquot centum studiosi, et iamiam domum VALENTINI SMALCII inuasuri erant, eamque euersuri, nisi Iesuita accurrisset, illosque profligasset. MATTH. TWARDOCHLEBII meminit MICH. GITTICHIVS in ep. MSC. ad KROCKERVM d. 27. *Ianuar.* 1613. data, et in ep. MSC. ad anonymum his verbis: "Doleo, quod et tu, et dilectissimus frater noster TWARDOCHLEB. cognomina non mutaueritis." Fuit primum minister Sociniani coetus *Lublini*, anno autem 1615. ad *Kisielinum* translocatus, cui per XXX. annos vsque ad obitum suum praefuit.

Mich. Gittichius in epiſtola ad anonymum *MSC.* cui nec ſcriptionis tempus additum eſt, inquit: "Cum aliquando ſermo eſſet in Synodo Racouiae (habita 1615. quo anno Lublino Kiſielinum translocatus Twardochlebius) de Dno *Twardochleb*, Kiſielinum Lublino transferendum, et non deeſſent, qui ob crebriores ſuos morbos relinquendum illum eſſe *Lublini*, ne prodigere velle tam praeclare de Eccleſia meriti fratris vitam videamur, contenderent: vir integerrimus et nunquam ſatis laudandus, optione ſibi facta ab Eccleſia, ſententiam dicere iuſſus, reſpondit: Etiam Lublini vitam meam decurtare poteſt Dominus inter malos Medicos, et omnis generis medicinas, ſi maiorem rationem puſillae vitae, quam eius gloriae habuero. Et *Kiſielini* etiam in ſumma penuria medicinae, idem vitam meam prorogare poteſt, et prorogaturus eſt, ſi ego officio meo functus fuero, et rationes gloriae eius requirant. Vtut autem ſit: Viuam brevius *Kiſielini*, quo me gloriae diuinae vſus vocat. Perfunctus ego nihilo minus fuero meo munere. Non enim teneor ſeruire Domino, niſi ad mortem, quae citius an ſerius obueniat cum fide ſuo fungenti munere, nihil intereſt."

Auctor *Hiſtoriae Socinianiſmi* gallice ſcriptae p. 115. narrat, quod iam defunctus, Arianiſmi accuſatus, inter luctuoſa coetus huius in Polonia fata a iudicibus infamia notatus fuerit, cuius vero rei nullum in actis animaduertitur veſtigium. Minime anguſtam domi rem, ſed copioſam et amplam fuiſſe Twardochlebio, *Acta* MSSCC. teſtantur, quae referunt, quod quotannis in ſingulis Synodis 100 *flor.* ad vſus coetus munere obtulerit. Lubieniecio l. c. L. III. C. XIII. vir rarae pietatis, tam in victu, quam amictu parcus et in egenos munificus audit, atque inter

inter operarios non ſegnes in Lublinenſi coetu numeratur. Arcana eſt inter ipſos Socinianos hiſtoria, quod MATTH. TWARDOCHLEBIVS famoſiſſimum illum PSEVDODEMETRIVM, qui Imperatorem Ruſſiae BORIS, ſub ficta DEMETRII (*) Principis, antea occiſi perſona, et throno et vita priuauit, omnemque huius familiam interfecit, in Polonia et educauerit, et ipſi adeo a conſiliis intimis fuerit. Poſthac eundem, occcupato imperio Ruſſico, TWARDOCHLEBIVS itinere Moſcouiam facto inuiſit, et ab eodem ſplendide non minus, quam gratioſe exceptus eſt. Teſte *Smalcio* l. c. p. 1180. vna cum *Twardochlebio*, *I. I. Morſcouius*, *Nicol. Roſteck et Lubczouius* a. 1605. d. 7. Nouembr. iter ad *Demetrium* Moſcouiam ingreſſi ſunt.

(*) V. MÜLLERI, *collectanea hiſtoriae Ruthenicae*, germ. ſcripta Vol. V. P. III p. 181. ſeqq. Quatuor *Pſeudodemetrii*, ſub IOANNIS BASILIDIS filii et nepotis aſſumta larua adparuerunt. Inter hos ſcenam aperuit, ſiue a Poloniae Rege *Sigism. III.* quod Sue i perhibebant, fuerit ſubornatus, ſiue vltro, ſuisque commodis ſtudens hanc fabulam ſit exorſus, GREGORIVS quidam OTTREPOVITIVS, cui *Gereslauia* patria tribuitur. Primum quidem feliciter ope Polonorum contra BORISL. GODENAVIVM pugnauit, ſed a BASILIO IO. ZVSKIO a. 1606. d. 17. (vel ſecundum alios die 8.) Maii in ipſa Moſcouiae metropoli, cum nuptias cum *Maria Georgia*, Palatini Sendomirienſis filia celebraret, ſubito impetu facto trucidatus eſt. Ad hunc ſine dubio reſpexit VAL. SMALCIVS in *diario vitae* apud ZELTNERVM p. 1179. eumque pro genuino et vero DEMETRIO habuit, de quo a. 1604. ita ſcripſit: *Hoc anno filius* IOHANNIS BASILII, *Ducis Moſcouiae*, DEMETRIVS *innotuit, qui per annos 7. delituerat in monaſteriis Ruthenicis.* Vid. IO. SCHMIDIVS, *de Pſeudo-Principibus. Demetrium* hunc, quem pro genuino *Ioannis Baſilidis* filio habuerunt Sociniani, vel ipſius SOCINI placita ſect tum eſſe, vel ſe confectari ſimulaſſe, ex SMALCII verbis l. c. p. 1186. non obſcure colligi poteſt, qui de eodem inquit: *Omnia, quae de* DEMETRIO *moſcho ſparſa erant, quod ſcil. in viuis eſſet, varia fuere Noluit nimirum Dominus, eum in viuis eſſe, qui agnitam veritatem tam ſuperciliose reſpuebat.* Accedit, quod Orator Moſcicus a Proceribus Moſcouiae in Poloniam ablegatus, et a. 1607. d. 3. Ian. ad Regem admiſſus, ſpurium hunc Demetrium accuſauerit, quod peregrinam religionem, cultumque Dei ignotum introducere voluerit. *Vid.* GOTARDI ARTHVSII *Dantiſcani Mercur. Gallobelg.* T. VII. L. I. p. 213.

TWARDOCHLEBIVS interim poſt breue commorationis tempus, male cedentibus PSEVDODEMETRII rebus, occaſione Synodi in Polonia celebrandae e Moſcouia in Poloniam rediit, ſicque mortis periculo ſemet eripuit, cum paulo poſt a. 1606. die octaua Maii DEMETRIVS perſonatus et maieſtate et vita in ipſa nuptiali feſtiuitate priuatus fuerit. Habuit MATTHIAS filium praenomine GEORGIVM, quem pater 1640. Synodo Kiſielinenſi praeſentatum, coetus commodis ſacrauit, eumque ad addiſcendam linguam teutonicam *Gedanum* miſit. Inde rediens a. 1645. mandatum Synodi accepit, vt *Luclauicium*, ad faciendum vlteriores in ſtudio theologico progreſſus, ſemet conferret.

SCRIPTA:

Itinerarium Moſcouiticum MSC. Non dubitamus, quin hoc extiterit aliquando, imo fortaſſis adhuc alicubi deliteſcat, quamuis noſtra de illo conſequendo cura adhuc fuerit fruſtranea. In Synodo Racouienſi a. 1630. MATTHIAE TWARDOCHLEBIO per decretum eſſe iniunctum legimus, vt hiſtoriam profectionis ſuae Moſcoviticae ad DEMETRIVM *Czarum* litteris concinnaret, illamque Synodo, ad inſerendam eam in perpetuam ſui memoriam *Bibliothecae coetus publicae*, exhiberet.

IOANNES VALDESIVS.

Nobilis hiſpanus, numero Antitrinitariorum eximendus, cui eum inſeruit SANDIVS l. c. p. 2. Eius *conſiderationes piae et doctae*, quae italico idiomate lucem adſpexerunt *Baſil.* 1550. 8. *Alph.* 1. *pl.* 8. nihil ſane in ſe continent, quod eidem haereſeos Seruetianae vel Socinianae maculam adſpergere poſſit. Praefatationem iisdem praemiſit

misit COELIVS SECVNDVS CVRIO, qui id PETRI PAVLI VERGERII meritis accenset, quod librum hunc ex Italia adduxerit, vt publicae luci committi potuerit. Eaedem prodierunt *gallice*, sub titulo *Iean de Val d'Esso cent et dix considerations divines*, *Lyon* 1563. 8. *Anglice Oxford* 1638. 8. *Belgice* hoc indice: *Godsalige Anmerckingen uyt het Italiansche overgeset*, 1565. 8. Exstitit in *Bibliotheca Vffenbachiana*, harum considerationum VALDESII versio latina MSCta 1558. 4. teste *Catalogo* illius T. III. p. 578. N. XXXI. Ad IOANNEM VALDESIVM IO. GENESIVS SEPVLVEDA litteras dedit, Roma nonis Septemb. a. 1531. scriptas, et insertas huius operibus (Coloniae Agripp. 1602. 4.) p. 147. in quibus ostenta Romae mense Augusto visa, eorumque caussas et effecta recenset. Exstant quoque ad VALDESIVM duae epistolae *Erasmi Roterodami*, in huius *opp.* T. III. p. 619 et 824. *Prior* data *Basil.* 12. Calend. April. a. 1529 in qua ita *Erasmus*: Vt mihi permolestum fuit *Valdesium* meum tot molestiis ac periculis agitatum esse, ita magnam voluptatem attulit, quod ex tuis litteris cognoui, te incolumem ex isto naufragio enatasse. Iam non mediocriter me discruciat, vestram Hispaniam tot affligi malis. Vtinam aliquando Deus Monarcharum animos ad pacis amorem conuertat. Ne posthac sollicitus sis, quomodo mihi excuses, clarissime iuuenis, tuum silentium: illud inter nos pactum esto, quotiescunque scripsero fratri tuo, tibi quoque scriptum esse: dein, quoties ille mihi responderit, a te quoque responsum esse, quandoquidem ego vos tam gemellos pro vnico habeo, non duobus. Quod epistolium sic neglecte scriptum inter tua praecipua *κειμηλια* reponis, ego vicissim istum tam candidum et amicum animum pluris facio, mi *Ioannes*, quam vt inter

gemmas meas velim reponere, ſed in pectoris mei ſcriniolo reconditum vsque ſeruabo. — — — Tibi tuique ſimilibus omnibus ex animo gratulor, qui ſtudia conatusque veſtros omnes in hoc confertis, vt cum elegantia litterarum, pietatis Chriſtianae ſinceritatem copuletis, quod apud Italos antehac a non ita multis tentatum videdemus. Quid enim eſt eruditio, ſi abſit pietas? Bene vale.

Poſterior ſcripta *Baſil.* Calend. Martii a. 1528, in hac ita ERASMVS: Ornatiſſime iuuenis. Tantum officiorum in me contulit et confert germanus tuus *Alfonſus Valdeſius*, (ad quem etiam epiſtolae quaedam ab ERASMO datae exſtant l. c. e. g. p. 616. ſeqq.) vt amare debeam, quicquid quocunque modo ad illum pertinet. Tu vero, vt audio, ſic illum refers et corporis ſpecie et ingenii dexteritate, vt non duo gemelli, ſed idem prorſus homo videri poſſitis. Itaque aequiſſimum arbitror, vt ambos pari proſequar amore. Audio te deditum liberalibus diſciplinis, vt illam indolem virtuti natam omni genere ornamentorum expolias, ad quod ſane quid attinet, hortari te, cum tua ſponte curras in hoc pulcherrimo ſtadio? Gratulari magis conuenit et applaudere. Illud habeto pro certo, me nullius magis eſſe quam germani tui, nec minus eſſe tuum quam illius. Bene vale.

MATTHIAS VEHE.

Vid. *Glirius*, p. 402.

BARTHOLOMAEVS VIGILIVS.

Nomen ipſi proprium fuit germanicum Wach auf, quod cryptico more Socinianis proprio mutauit in VIGILIVS. Fuiſſe eum *Weſtphalum*, ac a. 1603 ſcholae Racouienſi ſub Conrectoris charactere admotum, poſtquam diſpu-

diſputando publice in Synodo Racou. *de tribus legibus logicis*, eruditionis non vulgaris ſpecimen exhibuerit, *acta MSSCC.* exponunt. Interfuiſſe eundem ab a. 1606-1609 colloquiis, ſ. exercitationibus theologicis in aedibus VAL. SMALCII Racouiae habitis, SANDIVS l. c. p. 175. notauit. In *actis* ſaepe numero adpellatur *Gedanenſis*, a loco in quo per plures annos coetui Sociniano ſuis curis ac conſiliis commoda praeſtitit officia, quae *acta MSSCC.* fuſius ſignificant. His maxime accenſenda ſunt conſilia, de exornanda *Gedani officina typographica*, typis germanicis inſtructa, in vſum ciuitatis Socinianae, quae a. 1617. Synodo propoſuit. A. 1652. in conſeſſu Czarcouienſi, gratias exſoluit coetus Sociniani praeſidibus, pro beneficiis adhuc in ſe collatis, fortunam vero aduerſam deplorauit, quod ex loco commodo, in minus commodum concedere coactus fuerit. A. 1655. adhuc ſuperſtes fuit, quo tempore, ne deſereretur a coetu VIGILIVS, Synodum Raſzcouienſem efflagitauit RVARVS.

SCRIPTA:

Quod vertendis quibusdam ex lingua polon. in german. et latinam Socinianorum ſcriptis, operam navauerit ſuam, extra omne poſitum eſt dubium. Huius rei nos certiores faciunt *acta* Synodi Racou. a. 1615. quae vero librorum indicem non adpoſuerunt. A. 1634. quasdam librorum verſiones latinas Synodo Racouienſi *Gedano* transmiſit; ſed iterum index eorum deſideratur.

ALEXANDER VITRELINVS.

De vitae eius fatis pauca, praeter ea quae *Sandius* l. c. p. 46. notauit, reſciſcere potuimus, licet nominis eius

eius *acta* saepius mentionem faciant. In primordiis reformationis in Polonia, anno videlicet 1555. Pastor *Pinczouiae* extitit sub protectione NICOLAI OLESNICII: postea *Wengrouiae* in Podlachia, sub patrocinio IOH. KISZKAE, *Generalis Praesidis Samogitiae etc.* Testantibus *actis Synod.* MSSCC. a. 1570. in Synodo Sendomiriensi Tritheismi conuictus, a coetus Reformati communione remotus est. A. 1579. in Synodo Lublinensi aduersus aeternam Christi exsistentiam et locum *Io.* I. acerrime pugnauit.

SCRIPTA:

1. *Iudicium Ecclesiarum Polonicarum in caussa* FRANCISCI DAVIDIS *de vera hominis I. C. Filii Dei viuentis inuocatione:* GEORGIO BLANDRATAE *et caeteris in Transyluania Fratribus transmissum. Scriptum in Synodo celebrata in Belzyce* 1579. 24. *Aug. et ab* ALEX. VITRELINO, *omnium Ministrorum nomine subsignatum. Impressum Claudiopoli in officina relictae* CASP. HELTI *viduae*, 1579. Adpositum comparet in prima pagina dictum *Matth.* X. 32. 33. et praefixa est Ministrorum Claudiopolitanorum praefatio. Vna cum PALAEOLOGI refutatione aliisque scriptis, typis expressum extat sub tit. *Defensio* FRANC. DAVIDIS, *in negotio de non inuocando I. C. in precibus.* 1580. 8. Vid. sub IAC. PALAEOLOGO, N. 5. p. 386. FRANCISCO DAVIDIS, N. 4. p. 240. et sub BLANDRATA, N. 8. p. 57.
2. *De Baptismo contra F.* SOCINVM *MSC.*
3. *Epistola ad* CHRIST. FRANCKEN *contra opinionem eius de I. C. Filio Dei, cultu religioso non colendo, nomine Synodi Wengrouiensis scripta*, 1584. M. *Maio. MSC.*
4. *Explicatio primi capitis Euangelii S.* IOHANNIS, *conscripta a.* 1584. *polon. MSC.* Ita SANDIVS recenset p. 47.

47. qui vero opuſculum hoc latine translatum editumque in lucem eſſe *Loſci Litthuaniae* 1586. 4. ignorauit. Exſtitit olim iſtud in Bibliothec. DAN. SALTHENII inter libros rariores l. c. p. 256. N. 1243. Allegauit illud quoque DAN. CLEMENTINVS fol. F. 3. b. qui obſeruauit, quod per *initium* VITRELINVS intellexerit, *humanae Chriſti naturae in Mariae vtero principium, poſtquam coeleſtis nuntius eidem dixit: Tu in vtero concipies etc.* Allegauit CLEMENTINVS verba *Vitrelini* latine, qui alias potius ſcriptorum polonicorum textum originalem allegare conſueuit. Ex quo adeo probabile videtur, libellum latine potius origetenus eſſe concinnatum, *Sandiumque* erraſſe, qui in lingua polonica exaratum prodit; niſi forte in hanc translatus deinceps fuerit. Haec autem ſunt VITRELINI verba ex citatione CLEMENTINI: "IOANNES quidem hoc in loco generatim, quod dicunt de Dei verbo, loquitur, vt poſtea Euangelium ſuum finiturus oſtendat, quanta ſe huius *verbi vis*, in Filii Dei conceptione exercuit, (fortaſſe: exſeruit) Angelo Virgini hunc in modum loquente: Ecce concipies et paries filium. Atque hunc eſſe ſcopum ac finem, quem in ſuo Euangelio conſcribendo *Ioannes* ſibi habuit propoſitum, ipſe iam huic diuinae ſcriptioni extremam manum impoſiturus, teſtatum facit, vt videlicet, hunc Ieſum oſtenderet eſſe Filium Dei et Meſſiam, qui *per Verbum* caro factus eſt, h. e. in Virgine conceptus et natus.

5. *Scriptum de peccato in Spiritum S.* rariſſimum et SANDIO ignotum allegatur in *Biblioth. libb. rarior. Dan. Salthenii* l. c.

6. Eidem fortaſſis VITRELINO tribuendum, quod in eodem

dem indice librorum rariorum SALTHENII inter ſcripta illius citatur, ſub tit. *Veritas, non perſona: ſeu Conſenſus Euangelicus et Apoſtolicus in his, quae ſunt coena Domini.* Rariſſimus libellus, qui adhuc nullibi obſeruatus eſt.

HERMANNVS VAN VLECKWYCK.

Belga, de quo in *Hiſt. Socin. Belgici. Brugis* eum ob errores de Trinitate a. 1569. igne eſſe exuſtum, eiusque in vetuſtiſſimo Mennonitarum Martyrologio factam fuiſſe mentionem, recentioribus editionibus expunctam, *Sandius* l. c. p. 60. commemorat.

ANDREAS VOIDOVIVS.

Polonus, quem Io. PELTIVS in *harmonia Remonſtr. et Socinian.* male appellat, VAIODIVVM niſi forte *Voidovius* in Belgio hanc litterarum in nomine ſuo tranſpoſitionem fecerit. Vtrum filius, an frater Io. VOIDOVII, Chmielnenſis Paſtoris, cuius in *Actis Synodi* XLV. Racouienſis a. 1580. mentio fit, certo a nobis determinari nequit. Narrante SANDIO l. c. p. 92. iam a. 1583. floruit, quo F. SOCINVS ad eum ſcripſit. In hac epiſtola, ſcripta 1583. d. 18. Martii, quae exſtat T. I. *opp.* SOCINI *fol.* 470. et in *Epp.* p. 565. ſeqq. ab hoc praeceptore ſuo adpellatur iuvenis, et admonetur, ne nimis diu humanioribus ſtudiis, quibus tunc deditus erat, magnopere immoraretur, aut in illis conſeneſceret, ſed ex ſuperioribus diſciplinis aliquam eligat. Eodem loco ab infantia in vera pietate educatus dicitur, iſtoque tempore quorundam iuuenum in ſtudiis et moribus gubernator exſtitit. Ex iisdem litteris, vel PAVLICOVII, vel BVCCELLAE, SOCINI Euergetae filiorum gubernandorum curam geſſiſſe VOIDOVIVM, ZELTNERVS l. c. p. 1162. coniicit.

A.

A. 1590. *Wittebergae* verſanti, *F. Socinus* epiſtolam ſcripſit d. 25. Aprilis, cuius vero maior pars lectoribus, ex rationibus facile coniiciendis ſubducta; ſiquidem ea, quae in *Epp. F. Socini* p. 575. exhibentur, nihil continent, quod de *Voidouii* ſtudio Socinifmum *Wittebergae* promouendi dici debebat. Hoc loco et tempore VALENTINO SMALCIO de facie notus factus eſt, qui anno ſequente 1591. in Argentinenſi Academia intimiorem cum VOIDOVIO, ab hoc in SOCINI caſſes pellectus, amicitiam contraxit. In hac Academia ZACHARIAE KROKIERO Ephorus datus eſt. Redierat quidem poſt aliquod tempus in Poloniam; ſed a. 1595. iterum meditabatur in Germaniam contendere. Ita enim ad eum F. Socinus die 9. Auguſti 1595. in Epp. p. 581. ſcribit: "Mihi valde probatur, quod animo volutas de commoratione tua in *Germania;* modo exploratum habeas, tibi illic non fore neceſſe ſimulare aut diſſimulare, praeter id, quod fidelitas poſtulat, quam Deo debemus. Video enim alioqui, te illic Eccleſiae Dei vtiliorem futurum, quam in *Polonia.*" Poterit hac de re in conuentu *Luclauicenſi* agi, vbi me affuturum ſpero. A. 1598. vna cum CHRISTOPH. OSTORODO in academia Lugdunenſi degebat, nobilium Polonorum Ephorus et ſtudiorum moderator. Hoc loco ERNESTO SONERO, iſto tempore Lugduni commoranti, amiciſſimus fuit et erroris ſuſcipiendi ſuaſor. Huius rei in *Philotheca Soneriana* documentum exſtat, narrante ZELTNERO l.c. C.I. p.33. his verbis: *Ornatiſſimo Dno* ERN. SONERO, *Norimbergenſi, Artium et Philoſophiae Magiſtro, ſtudioſo pietatis: amico honorando,* ANDREAS VOIDOVIVS ſcripſi. *Lugdun. Batau. Septembr.* 10. *Anno vnigenae Dei,* 1598. Quae in Belgio habuerit fata, qua ratione ipſi atque OSTORODO libri in hanc terram aduecti fuerint ablati, ac pu-

publice combusti, ipsique protinus Belgio discedere coacti, alio loco narramus in *Hist.* nimirum *Socinian. Belg.* Quod tempore huius in Belgium excursionis in matrimonio iam vixerit, ex epistolis F. SOCINI constat. Habuit vitae suae sociam MATTH. RADECII, *senioris* filiam, teste SMALCIO in *Diario* l. c. p. 1217. Quam sollicite quocunque loco in itineribus suis instar perpetui emissarii sectae suae caussam promouere studuerit, iuuenumque academicorum corruptorem vbique semet praestiterit, et in hoc studio omnium curas sua industria superauerit, data occasione in *Historia Socinianismi* vniuersa obseruabimus. Post haec tempora coetui Lublinensi et Lencicicensi minister praefectus est. Post ministerium Lublinense functum eum esse Racouiensi, SANDIVS refert l. c. p. 92. Quo vero ordine, catalogo ministrorum Racouiensium, quem suppeditauit LVBIENIECIVS l. c. p. 240. sit inserendus, in *Hist. Socin. Polon.* significabimus. A. 1611. narrante SMALCIO l. c. p. 1188. VOIDOVIVS, quem amicum summum adpellat, Cracouiae a studiosis in suburbio Clepauiensi, captus, caesus, in fluuio Rudaua aliquoties immersus, et omnibus exutus, vix tandem seruatus est. Quo praecise tempore diem obierit, notatum esse in *actis MSSCC.* non recordamur; post seros vero annos grandaeuum et prope septuagenarium ex hac vita excessisse, aliunde accepimus. A. 1619. adhuc superstitem fuisse, ex RVARI *epp. Cent.* II. p. 163. colligimus. Videtur ANDREAE filius fuisse VOIDOVIVS iste, qui testantibus *Actis MSSCC.* in confessu Zulinienst a. 1645. GABRIELI DAMARATZKIO minister concessus est in locum CIACHOVII.

SCRIPTA:

1. *Sententia sua de Deo et Christo, nec non quaedam alia ad religionem Christianam pertinentia: in gratiam*

tiam cuiusdam sui amici in Belgio 1597. *scripta MSC.* Allegatur illa in *Apologia ad Ordines foederati Belgii* 1599. de qua sub CHRISTOPH. OSTORODO N. 7. p. 578.

2. *Brevis dissertatio, de visionibus, quae capitibus XIII. et XVII. Apocalypseos describuntur. Auctore* ROBERTO IANSONIO *Campensi. Psal. II.* 10. 11. 12. *Et vos Reges intelligite: Erudimini qui iudicatis terram etc.* 8. pagg. 46. et praef. 2. f. plagg. 3. Sub nomine hoc ficto latere ANDR. VOIDOVIVM, ac libellum hunc prodiisse *Claudiopoli* a. 1625. SANDIVS l. c. p. 92. obseruauit, quod vtrumque etiam in exemplari meo, a quodam, quem MICH. GITTICHIVM fuisse suspicor, notatum in titulo legitur. Ignotum hoc fuit REIMANNO in *Biblioth. theol.* p. 661. qui sub ROB. IANSONII nomine EVERHARDVM SPANGENBERGIVM facile sibi persuadere voluit, nisi obstaret ratio temporis, loci, nominis et scripti ipsius. In praefatione ita auctor inquit: "Sententiam de iis, quae capitibus XIII. et XVII. Apocalypseos, sub certis quibusdam imaginibus et verborum inuolucris, proponuntur, afferimus, haud nouam quidem illam, sed tamen innouatam. Nam quae ab aliis atque inprimis a D. LVTHERO, DAVIDE CHYTRAEO, recte de iisdem dicta nobis videbantur, in nostram hanc transtulimus dissertatiunculam; quae a diversis sparsim dicta, collegimus, falsa recidere studuimus, quaedam de nostro, quae partim sacrarum litterarum, partim historiarum lectio, partim denique experientia ipsa nobis subministrauit, adiecimus. —— —— In priuatum olim vsum haec fueram commentatus, quae postea paucis quibusdam amicis, nunc omnibus legenda dare visum est."

Caeterum auctor ruinam Antichristi ad annum 1630. collocauit, non tamen inde sequi, admonuit lectorem, p. 42. ita bestias has apocalypticas tunc sublatum iri, vt nullae prorsus earum remaneant reliquiae. Magnarum enim rerum ortus vt sunt quaedam primordia ac semina, ita post earum interitum remanent rudera, vestigiaque. Ad calcem libelli p. 44-46. addita sunt ex LIVIO, quae Decadis primae Libro 2. de Consulibus eorumque imperio, nec non maiestate et auctoritate scripsit.

Auctor eadem prorsus ratione explicuit haec duo Apocalypseos capita, qua EVERHARDVS SPANGENBERGIVS a FAVSTO *Socino* idcirco notatus, in *Epp.* p. 611. seqq. Vid. sub SPANGENBERGIO N. 1. p. 905. Quod libellus alibi itidem in 8. prodierit, SANDIVS notauit.

3. *Notae MSSCC.* in PETRI HYPERPHROGENI *Gandauensis historiam de morte* MICH. SERVETI.

4. *Elenchus locorum Scripturae S. Vet. et N. T. quae pro asserenda SS. Trinitate et aeterna Filii Dei Deitate adferuntur, per contrarias Patrum et Doctorum tam Romanae, quam Augustanae et Reformatae Ecclesiae interpretationes, Opus* VOIDOVII *et variorum aliorum MSC.* Ita allegat SANDIVS l. c. p. 92. qui credidit, idem hoc opus esse, cui titulus: ANDREAE VOIDOVII *Triadomachia, in qua ex variis auctoribus Trinitariorum, et eorum interpretationibus locorum scripturae in speciem huic errori fauentium, verum sensum et interpretationem collegit. MSC.* Idem etiam scriptum esse arbitratur SANDIVS cum illo, quod SYLLOGE LOCORVM DE TRINITATE nominetur. SANDII coniecturae facile calculum nostrum adiicimus, qui in historia ereptionis

nis Racouienſis ſuſpicati ſumus, hoc ipſum eſſe opus, cui Socinianorum aduerſarii titulum dederunt: TORMENTVM THRONO DETVRBANS etc. idque eodem tempore, quo Racouia Socinianis erepta, ſub prelo typographico ſudaſſe non absque omni ratione perhibuerunt. Nec facile negarem, indicem hunc libro iſti fuiſſe praefixum, cui deinde TRIADOMACHIAE nomen dederunt, quod in *actis MSSCC.* ſaepiſſime occurrit. Videntur tamen poſt triſtia ciuitatis huius in Polonia fata, paulo mitiorem et tolerabiliorem operis titulum effinxiſſe; hinc ſaepius in *actis* loco TRIADOMACHIAE, mentio fit ELENCHI vel etiam SYLLOGES et SYNTAGMATIS VOIDOVII, cui perficiendo plures ſuam commodarunt operam, quodque ſucceſſu temporis oculis ſe ſubduxiſſe vel totum, vel ex parte videtur. Hinc a. 1654. in conſeſſu Czarcouienſi RVARO commendatum eſt, vt diligenter perquirat, quo loco abſconditus lateat VOIDOVII liber, eumque aliquando inuentum typis exſcribi curet. A. 1655. in Conſeſſu Racouienſi RVARO et CRELLIO iniungebatur, vt ſcriptum hoc in *Belgio* apud haeredes CONR. VORSTII perquirerent. Videtur quoque alicubi repertum fuiſſe, cum in conſeſſu Cruciburgi in Sileſia a. 1668. habito, STANISL. LVBIENIECIVS inuitatus fuerit, vt in perficiendo *Syntagmate locorum S. Scripturae de Trinitate*, ab ANDR. VOIDOVIO inchoato pergere velit. Elenchum hunc *Voidouii* ſtrinxiſſe videtur MARTINVS Z. THALIAEVS in *Anatome Samoſathenianiſmi etc. Lugd. Batau.* 1634. 8. qui diſſimulato auctoris nomine in praefatione titulum operis aduerſarii, quod *Claudiopoli* circa a. 1620. in MSC. ſibi oblatum dicit, hunc conſtituit: *Argumentorum de doctrina Triadis ſolutio, tradita*

Ee 2 1620.

1620. Quamuis enim iſto tempore opus nondum fuerit perfectum, eius tamen partem et ſciagraphiam iam exſtitiſſe probabile eſt.

5. VOIDOVIVS vna cum OSTORODO ſcripta concinnauit, quae ſub hoc N. 3. et 7. p. 571. et 578. recenſuimus.

6. Ex *actis MSSCC.* conuentus Raſzcouienſis a. 1649. habiti patet, VOIDOVIVM tractatum *de Trinitate* concinnaſſe, quo ipſo pro coniectura noſtra *Elenchus* etc. N. 4. innuitur.

IOANNES VOLKELIVS.

Grimma-Miſnicus. A germanica proprii nominis et gentilitii notione, *Popilius* ſeu *Populaeus*, a Crypto-Socinianis Altorffinis obſeruante ZELTNERO dictus. De vita eius in patria geſta, nihil plane nobis conſtat; digna ſane eſſet, ita ſentiente ZELTNERO l. c. p. 362. quae a Grimmenſibus rerumque Miſnicarum gnaris, diligentius erueretur. Nondum alia de eo reſciſcere licuit, niſi quod inter Beneficiarios SERENISS. ELECTORIS SAXONIAE theologicis ſtudiis *Wittebergae* a. 1578. operam nauauerit. WOLFFG. enim FRANZIVS, *diſpp. in Aug. conf.* 1. §. 65. eodem anno, d. 21. *Sept.* in Collegium Witteberg. Auguſtinianum receptum, ſtipendiarium Electoralem exſtitiſſe, publicis tabulis comprobauit. *Vid.* LAVTERBACH in *Frauſtad. Sione* P. I. *Sect.* 1. C. VI. p. 52. et in *Ariano-Sociniſmo etc.* p. 277. Ob hanc in Wittebergenſi Academia commorationem, in *Actis Synod.* MSSCC. aliquando appellatur *Magiſter Wittebergenſis.* An vero ibidem Magiſterii lauro ornatus fuerit, certo a nobis ſtatui nequit. Videtur tamen illud veri non abſimile, quapropter etiam a SCHOMANNO in teſtamento MAGISTER *noſter* vocatur. Quo pacto et qua occaſione Sociniſmo nomen ſuum dederit,

derit, tacentibus harum rerum ſcriptoribus *actisque*, ignoramus. De ipſius animi dotibus, et indefeſſo in promouendis coetus Sociniani emolumentis ſtudio, epiſtolae F. SOCINI in *opp.* T. I. f. 451. ſeqq. ad eum ſcriptae ſatis teſtantur, cuius quoque per aliquod tempus *amanuenſis* fuit, eiusque ſcripta in calamum dictata excepit. Hac conſuetudine quotidiana et familiari Praeceptoris ſui mentem optime cognitam ſibi reddidit, ipſiusque placita prorſus ſua fecit, quae in opere *de vera religione* maxime expoſuit, quippe quod pro compendio omnium SOCINI librorum reputandum eſt. A. 1585. in Synodo Chmielnicenſi per baptiſmi reiterationem plene eum inſertum eſſe coetui Sociniano, in *actis MSSCC.* legimus. Eiusdem Synodi auctoritate a. 1585. ſcholae Wengrouienſi praepoſitus eſt, quod et *acta* et SCHOMANNI *teſtamentum* l. c. p. 196. referunt. Munere hoc ſcholaſtico per aliquod tempus defunctus, cui ita praefuit, vt ſimul coetus curam habuerit, primum *Philippouienſem* coetum in magno Lithuaniae ducatu docuit, quod et *acta* et epiſtola F. SOCINI ad eum 1594. ſcripta ſignificant. Poſthac a. 1610. *Reiouicenſi* coetui conceſſus eſt, et paulo poſt a. 1611. vel 1612. *Smiglenſi*, non procul *Frauſtadio* in confiniis Sileſiae et Poloniae. Licet vero eundem Smiglenſes ſummopere venerati fuerint, idque a. 1612. Synodo Racouienſi teſtati ſint; nihilo tamen minus a. 1613. menſe Maio per decretum Synodi propter contumaciam ac denegatam Synodo obedientiam tamdiu ab officio eccleſiaſtico excluſus ac ſuſpenſus eſt, quam obedientiae ſuae erga Synodum indubitata exhibiturus ſit documenta. Quae contumaciae dederit ſpecimina, in *actis* MSSCC. enarrata non legimus. Anno tamen ſequente 1614. menſe *Maio* in Synodo Racouienſi iterum ad officii ſui functiones ad-

miſſus, facta prius ſubmiſſionis et obſequii declaratione. Tandem a. 1618. *Smigliae* obiit. Vulgo a. 1628. mortuus perhibetur, quod omnino veritati et *actis Synod.* MSSCC. aduerſatur, quippe Smiglenſis coetus a. 1619. a Synodo d. 5. *Maii* habita, ſibi in locum defuncti VOLKELII alium Miniſtrum expetiit. Fuiſſe eum vxoratum, itidem ex *actis* conſtat; rogarunt enim Smiglenſes a. 1612. Synodum Racouienſem, vt curam de transportanda VOLKELII coniuge Smiglam, ſibi habeat commendatam. Videtur tamen coniux ante maritum vita exceſſiſſe, cum in rationibus expenſi, nulla viduae eius ſit mentio, quae alias beneficia viduis miniſtrorum a Synodo conceſſa ſpecifice exponunt. Superſtitem reliquit filiam CATHARINAM, cui in Synodo a. 1621. donati ſunt 278 flor. pro dote. Fuit in VOLKELIO acre iudicium, et inſignis oris atque ſermonis facundia. In ſcriptis elegantiarum et ordinis ſtudioſus eſt; in omnibus fere ſequitur F. SOCINVM.

SCRIPTA:

1. *Nodi Gordii a* MARTINO SMIGLECIO *nexi diſſolutio, facta per* IOHANNEM VOLKELIVM. *Racouiae typis* SEBASTIANI STERNACII 1613. 8 *pagg.* 137. Liber admodum rarus, vid. DAN. SALTHENII *Catal.* l. c. p. 528. N. 2655. et REIMANNVS l. c. p. 660. Voluit SMIGLECIVS Ieſuita, in libro ſuo, cui titulum fecit: *Nodus Gordius* euincere, nullum dari extra coetum Romanum verum eccleſiae Miniſtrum, quia nec legitime miſſi, nec rite ſint ordinati, nec peccata remittendi, nec Euchariſtiam ſacramentumque corporis ac ſanguinis Chriſti adminiſtrandi poteſtatem habeant, nec Eccleſiae Catholicae inſeruiant, nec verum Dei verbum praedicent, nec Deo ſacrificium offerant, nec fructum

ctum Euangelio dignum ferant, nec denique vlla signa miraculaque Deo cooperante faciant. Ad haec, quatenus Socinianis obiecta fuerunt, VOLKELIVS respondet, reliquis coetibus, quid respondere velint, relinquens. Operi suo breuem hanc praefationem praemisit: "Cum proximo superiore anno libellus MARTINI SMIGLECII Iesuitae, quem ipse *Nodum Gordium* inscripsit, in manus meas veniret, non nihil in principio, vt verum fatear, tum tituli splendore, tum sophismatum, quibus vtitur praestigiis, ab eiusdem libelli refutatione deterrebar. Non quod causae nostrae, quae verissima semper iustissimaque est, vlla ex parte diffiderem, SMIGLECIVMQVE falsissima vbique concludere non viderem: Sed quod meae mihi tenuitatis conscius cum essem, multos autem nostros homines quanto me ingenio doctrinaque sunt superiores, tanto felicius in hoc labore versari posse non ignorarem. Idcirco hoc scriptionis genere plane supersedere tunc cogitabam. Verum cum nullus illorum tantum ab aliis suis studiis temporis impetrare posset: egoque SMIGLECII argumenta diligentius perpendens animaduerterem, ea nequaquam nodo Herculeo nexa esse, ad quem dissecandum ALEXANDRI MAGNI ense opus esset, sed vel nullo, vel paruo admodum negotio dissolui posse, suscepi tandem partes istas, quantumque in me fuit, nodos Smiglecianos expediui, omniaque quae ipse ad nostros ministros, vero legitimoque ministerio spoliandos attulit, nullius momenti esse ostendi. Non diffiteor autem, me multa a SMIGLECIO dicta praeteriisse, partim quod non in nos dicta ab ipso sunt: sed vel in eos qui *Lutheranos* vel *Euangelicos* sese nominant: partim quod eius generis sunt, vt ad nostram sententiam infrin-

gendam allata esse minime videantur: quippe quae cum re, quam SMIGLECIVS agit, nihil commune habeant. Cumulate igitur officium meum fecisse mihi videor, qui ea omnia repulerim, in quibus SMIGLECII demonstrationes, tanquam in fundamentis innituntur. Quod superest,— — — hunc laborem meum aequi bonique consulas, omniaque quae ad conuellenda SMIGLECII sophismata a nobis dicuntur, iustis ponderibus examines, et sine dubio, Dei ope implorata, videbis, SMIGLECIVM frustra sudasse, quomodo pastores nostros non veros legitimosque ministros esse ostenderet etc."

Huic dissolutioni nodi Gordii, SMIGLECIVS opposuit *refutationem vanae dissolutionis Nodi Gordii etc.* Cracou. 1614. 4. ad quam VOLKELIVS respondit peculiari scripto, eodem anno, quo SMIGLECIVS mortuus est, nimirum 1618. die 26. Iulii, qui proinde illud non vidit. Hic vero est titulus scripti, quod neque in forma octaua, neque 1613. prodiit, quod SANDIVS per errorem refert l. c. p. 96.

2. *Responsio ad vanam refutationem dissolutionis nodi Gordii a* MART. SMIGLECIO *nexi, facta per* IOANNEM VOLKELIVM. *Racouiae, Anno* 1618. 4. *pagg.* 228. Absoluitur opus XXI. capitibus, pro numero capitum libri Smigleciani, in quibus vanam refutationem per singula membra ordine tractat. Historiam libri in breui praefatione ita exponit: "Editus fuit, ante aliquot annos, libellus a *Martino Smiglecio* — — — quem *Nodum Gordium*, seu quaestionem de ministrorum vocatione inscripserat, eo consilio animoque, vt ministros euangelicos, legitimos verosque ministros minime esse demonstraret: quia nimirum nec missi sint,

nec

nec rite ordinati, nec etc. Ad quae omnia nos viciſſim ſcripto publicato, ita reſpondiſſe nobis videmur, vt nullum SMIGLECIO ſui tuendi locum reliquerimus. Id quod ex ipſius refutatione, quam noſtro libello oppoſuit, valde perſpicuum eſt: quippe in qua partim plurimas noſtras reſponſiones, per ſummam aſtutiam, reticet atque diſſimulat: partim, quae antea dixerat, quantumuis a nobis conuulſa atque proſtrata, per ſummam impudentiam noſtris non repulſis, ſubinde repetit atque inculcat: partim vt ſibi aditum ad nos calumniandos, aperiat, tum noſtra dicta, tum etiam Sanctam Scripturam adulterare non dubitat: partim denique ne prorſur tacere videatur, conuiciis reſpondendi officium, eaque proferendo explere nititur, quae et friuola, et abſurda et plane ridicula ſunt, ad resque, de quibus agitur, nihil pertinent; vt facile appareat, eum ita ſe gerendo, plane oſtendere, vtrumque ipſius ſcriptum non *Gordium nodum*, ſed vt dixeramus, *ſcopas diſſolutas* eſſe: et ſic ad eundem nodum, ſi diis placet, diſſoluendum (quippe iam per ſe diſſipatum) non ſolum ALEXANDRI gladium minime requiri; ſed ne digitis quidem dentibusque opus eſſe. Quod vt plane ita ſe habere comperias, benigniſſime lector, etiam atque etiam a te peto, vt tum priorem, tum hanc poſteriorem reſponſionem noſtram ſtudioſe legas, omniaque, de quibus inter nos diſputatur, iuſtisſimis ponderibus examines."

VOLKELIO ſuppetias tulit aduerſus SMIGLECIVM, *Val. Smalcius*, qui ſub ſiglis A. R. Racouiae a. 1614. edidit notas in libellum Smiglecii etc. Vid. ſub SMALCIO N. 24. p. 866.

Aduerſus *Smiglecii* librum ex parte Euangeli-

corum in lucem prodiit: 1) *Ad nodum Gordium, seu disputationem de vocatione ministrorum, a* MARTINO SMIGLECKI *Iesuita, Theologiae Doctore, editam, breuis, simplex et succincta responsio. Auctore* IACOBO ZABOROWSKI, *Iesu Christi ministro. Cum licentia Superiorum. Anno Domini* 1615. 4. *pagg.* 157. et *indic.* 8. Dedicatio ad RAPHAELEM, *Comitem a Leszno, Castellanum Wislicensem, scripta est ab auctore Kotzkoviae, Calend. Iulii. A. D.* 1615. 2) *De missione sacerdotum in Ecclesia Romana, contra* MARTINVM SMIGLECIVM *Iesuitam, Theologiae Doctorem, Dissertatio. Auctore* IACOBO ZABOROWSKI, *Euangelii Ministro. Cum permissu Superiorum. Anno Domini* 1615. 4. *pagg.* 16. Adscripta est ANDREAE FIRLEY *a Dąbrowica.*

3. IOHANNIS VOLKELII, *Misnici, de vera Religione libri quinque, quibus praefixus est* IOHANNIS CRELLII, *Franci liber de Deo et eius attributis, ita vt vnum cum illis opus constituat. Racouiae, typis* SEBASTIANI STERNACII, *Anno a nato Christo* 1630. 4. Liber primus, qui CRELLII est, habet *pagg.* 352. VOLKELII *quinque libri pagg.* 715. *Praef. et indicc. pagg.* 108. De CRELLII opere vid. sub hoc, N. 13. p. 155. VOLKELII libri typis exscribebantur, antequam CRELLIVS suum confecerat, hinc paginarum numerus in illis ab initio incipit, quod ita in CRELLII libro fieri debuit, VOLKELII opere iam prelo exemto. Duplex proinde paginarum ordo in hoc Volumine animaduertitur. Libri VOLKELII iam a. 1612. concinnati fuerunt, testantibus *actis.* Hoc enim anno ex concluso Synodi Racouiam inuitatus est, ad corrigendum libros istos; pro quo itinere ipsi 30 flor. sunt decreti. Postero tempore

pore in ſingulis Synodis VOLKELIVS admonitus eſt, vt vltimam operi ſuo limam admoueret, idque quam primum prelo ſubiiceret, quod praecipue a. 1617. per epiſtolam a PISTORIO Synodi nomine ipſi ſcriptam, factum eſſe legimus. VOLKELIO a. 1618. defuncto, FRANCKIO (qui ſine dubio DANIEL fuit FRANCONIVS,) a. 1619. iniungebatur, vt VOLKELII libros nitide deſcriberet, illosque quam primum *Racouiam* transmitteret, vt praeuia reuiſione prelo committi poſſint. Libri a FRANCKIO breui tempore deſcripti, a. 1622. ex ſtatuto Synodali ad reuidendum et corrigendum tradebantur MOSCOROVIO, GOSLAVIO, SMALCIO, CRELLIO et RVARO, eo fine, vt abſoluta reuiſione typis exſcriberentur. In Synodo proxima 1623. in rationibus expenſi 110 flor. in huius libri vſum commemorantur ſoluti, qui, vt coniicimus, typographo, ad chartam, vel typos etiam comparandum, dati ſunt. In eundem finem DD. CZAPLICII 200 flor. promiſerunt, ſpemque praeterea 100 flor. fecerunt; et STAN. LVBIENIECIVS, eodem conſilio 230 flor. conferebat. A. 1624. CRELLIVS iterum admonitus eſt, vt corrigendis libris VOLKELII omnem impenderet operam. A. 1625. eidem commendatum, vt ſemotis aliis laboribus ac negotiis, imo ad tempus repoſita quoque *librorum N. T. verſione*, libros *Volkelianos* corrigeret, et praecipue librum primum REFINGERET. Verbum hoc, quod in *actis* occurrit, ſatis indicat, primum *Volkelii* librum prae reliquis prorſus mutatum fuiſſe. A. 1629. liber iſte a *Crellio* refictus, prelo ſubmittebatur, cui imprimendo iſto tempore dicarunt CIKOVIVS 100 flor. et IO. KROKERIVS 100 flor. quod *acta* referunt. Omnia haec ſignificant, quanti familia Sociniana aeſtimauerit

rit

rit Volkelianum opus, quantumque pro eo emendando lucique publicae exponendo curam adhibuerit.

De opere hoc, inter rarissima omnino connumerando, SANDIVS l. c. p. 96. relatum sibi esse a fide dignis viris, narrat, in Galliis pro vno exemplari propter eorum penuriam persolutos fuisse 25. nummos Hungaricos aureos. Vid. BAILLETI Iugements. P. I. p. 548. et STOLLII *Hist. litter. Theol.* p. 450. seqq. Clam recusum est ex editione Racouiana, *Amstelodami* apud GVIL. COESIVM s. BLAVIVM (BLAEV) a. 1642. 4. mai. absque loci et temporis in titulo facta mentione. Quingenta tamen exemplaria (secundum alios 450) editionis huius Senatum Amstelodamensem in aede Senatoria a. 1642. (*) mense Ianuario exuri curasse, RIVETVS in *Apologet. pro vera pace Eccl. Opp.* T. III. p. 1066. et MARESIVS in praefat. *Hydrae Socin.* T. I. praefixa p. 2. nos edocent. Typographo simul 1200 flor. mulcta imposita, quae tamen sententia postea mitigata et e tabulis expuncta est, quod CVRCELLAEVS RVARO laeto animi adfectu nuntiat. Vid. ZELTNERVS l. c. p. 361. Finxit ad inuidiam Batauis conciliandam STOVPA, in *Satyra de religione Hollandorum*, BLAVIOS, typographos, siue Bibliopolas, studio illud exemplarium incendium procurasse, quo reliqua flammis exempta eo cariore pretio et desiderio vendi possint, quod nemini facile persuadebitur. Nihilo tamen secius libri VOLKELII in belgicum idioma translati, typisque exscripti sunt, procurante Io. CRELLIO, *Roterod.* (quamquam titulus *Racouiam* prae se ferat) a. 1649. 4. sub tit. *Vyf Boecken van I. Volkelius*

(*) BAYLIVS in *nou. reip. litter.* in *Opp.* T. I. *fol.* 75. a. 1652. id accidisse narrat, quod veritati aduersatur.

kelius van de waare Religie etc. In titulo notatur, libros hosce esse damnatos et combustos, quo plures ad emtionem et lectionem inuitaret editor. Identidem titulus venditat, versionem hanc esse luci commissam per amatorem regni Christi, ad institutionem et confirmationem Christi ciuium in Belgio. Vid. BAVMGARTENII *Recensio libb. memorabilium*, T. I. p. 419-426. et *Recens. Biblioth. Halens.* T. VI. p. 172-174. VOGTIVS l. c. p. 609.

VOLKELII libri vna cum adtexto CRELLII libro inter praecipua doctrinae Socinianae systemata referuntur, imo ab ipsis primo post Catechismum Racouiensem loco celebrantur; quandoquidem et CRELLIVS in praefatione obseruauit, *auctoritate Ecclesias accedente, et magnorum virorum mandato*, sibi commissum esse, vt eosdem e Manuscripto cum supplemento quodam diuulgaret. Liber *secundus*, qui VOLKELII primus est, agit de Dei operibus, de creatione, Angelis, prouidentia et cultu iudaico, habetque capita XXI. p. 1. *Tertius*, de religione christiana, agit de persona, officio et regno Christi, diuersaque in eodem subditorum conditione, praesertim futura; absoluitur capitibus XL. p. 36. *Quartus*, de officio nostro in nouo foedere praescripto, tractat praecepta Christi capitibus XXIII. quorum cap. XI de Christi inuocatione agit; p. 167. Inter alia de S. Coena p. 303. iudicat, quod diabolicum sit inuentum, illam adpellari sacramentum. Vid. SCHERZERVS *syst. theol. Locus* XV. §. 2. p. 378. *Quintus*, de adiumentis ad perseuerantiam in fide ac pietate necessariis, habet capita XXXI. A cap. XX-XXIII. de merito, imputatione iustitiae et satisfactione Christi, et C. XXVIII. de millenario

lenario Christi regno, aduersus quod tamen auctor certamen iniuit, p. 361. *Sextus*, de Christi Ecclesia, capita continet XIX. p. 625. WEISMANNO ita sentiente l. c. T. II. p. 538. VOLKELIVS scriptor satis elegans est, atque ad hauriendum Theologiam Socinianam percommodus. GROTIVS in epistola Io. CRELLIO scripta, in *Epp. praestant. et erudit. virorum* p. 763. de opere Volkeliano ita iudicat: "Multa in eodem inuenio, summo cum iudicio obseruata: illud vero seculo gratulor, repertos homines, qui neutiquam in controuersiis subtilibus tantum ponant, quantum in vera vitae emendatione, et quotidiano ad sanctitatem profectu. Ex sententia REIMANNI l. c. p. 646. ingenii plurimum est in *Volkelio*, et acumen non exiguum et diligentia summa. — — Quae sparsim leguntur in scriptis SOCINI et sectatorum, vno hoc fasciculo collecta patent." Vid. Io. FABRICIVS l. c. P. V. p. 48.

Operi huic opposita sunt: 1) IOH. POLYANDRI a KERCKHOVEN *de essentiali I. C. existentia et gloria divina, quam cum Deo Patre suo habuit ab aeterno, concertatio, X. Dispp. contra* Io. CRELLIVM, *et totidem contra* Io. VOLKELIVM *comprehensa, Lugd. Batau.* 1643. 12. 2) SAM. MARESII *Hydra Socinianismi expugnata, siue* Io. VOLKELII *de vera Religione libri V. quibus praefixus est* Io. CRELLII *liber de Deo et eius attributis, ita vt vnum cum illis opus (integrumque Socinianae impietatis Systema) constituat, cum eorundem refutatione per additas annotationes et censuras Tom.* I. Groningae 1651. 4. *Tom.* II. ibid. 1654. *Tom.* III. ibid. 1662. Refutatio haec, ita iudicante ARNOLDO POELENBVRGIO in epist. ad CHRISTOPH. HARTSOECKERVM, Remonstr. Eccl. Ministr. Amstel. nimis in-

infirma ac frigida eſt. Quod ipſos VOLKELII libros, ſuo operi totos inſeruerit MARESIVS, a quam plurimis improbatur, cum libri iuſſu Magiſtratus combuſti, hac ratione omnium oculis expoſiti fuerint. Conſilio bibliopolae hoc factum eſſe, vt *Mareſiana* confutatio complures nanciſceretur amatores et emtores, quibusdam perſuaſum eſt. Vid. CRENII *animadu.* P. XI. p. 122. BAYLII *Dict.* tit. VOLKELIVS. 3) Antequam MARESII opus plene lucem vidit, idem in publicum emiſit, *Diſput. theol. de perſonalitate, adeoque diuinitate Sp. S. contra Socinianos*, quae inſerta eſt MARESII *Xeniis Academicis. Groningae* 1650. 4. *Alph.* 1. *pl.* 2½.

4. *Loci communes.* MSC.
5. *Conciones quaedam earumque diſpoſitiones.* MSC.
6. *De diſciplina eccleſiaſtica.* Vid. ſub IOACH. STEGMANNO *ſen.* N. 14. Libellum hunc VOLKELIO tribui a SCHERZERO, SANDIVS l. c. p. 96. teſtis eſt.
7. Erklärung der Meinungen von dem alleinigen Gotte. 1646. 4.
8. Quod perficiendo ac adnotationibus illuſtrando *Catechiſmo Racouienſi* operam ſuam commodauerit, alio loco notabimus.

CONRADVS VORSTIVS.

Vberiorem de hoc viro, editisque ab eodem ſcriptis expoſitionem ſibi vindicabit *hiſtoria Socinianiſmi Belgici*, quo loco etiam *Guilielmus Henricus Vorſtius*, *Conradi* filius, (de quo *Sandius* l. c. p. 143.) adcitabitur. Extat MICH. GITTICHII ad CONR. VORSTIVM epiſtola *Nouogrodeciae* a. 1613. d. 1. Iulii ſcripta, maxime memorabilis, quam in Hiſt. Socin. Belg. ſimul ex *MSC.* exhibituri

bituri ſumus. Vid. FESTI HOMMII *Specimen controuerſiarum Belgicarum*, S. *Confeſſio Eccleſiarum Reformatarum in Belgio, cuius ſingulis articulis ſubiuncti ſunt articuli diſcrepantes, in quibus non nulli Eccleſiarum Belgicarum doctores hodie a recepta doctrina diſſentire videntur. Lugd. Batau. ex offic. Elzeuir.* 1618. 4.

GVILIELMVS WHISTONVS.

Matheſeos in Academia Cantabrigienſi Profeſſor, Arianorum hoc ſaeculo Anteſignanus, qui primitiuam Eccleſiam Arii erroribus fauiſſe aſſeruit, hosque ipſe ſuos fecit. Viri huius famoſiſſimi fata et ſcripta, vna cum vniuerſa Arianismi Anglicani recentioris hiſtoria, nec non QVAKERORVM in Anglia *Socinizantium* placita, aliaque huc ſpectantia alio operis noſtri loco aliquando V. D. exhibituri ſumus, quod monendum duximus, ne quis in hac Bibliotheca incommode omiſſos iudicet, qui vel WHISTONI partes defenderunt, vel alia ratione ſuum in Antitrinitariorum diſciplinam fauorem probarunt. Legi interea poſſunt, SAM. CRELLII de *Vnitariis Londinenſibus* iudicium, in epiſtola ad LA CROZIVM, *Amſtelodamo* 1727. d. 17. Iul. ſcripta, in *Theſ. Epiſtol. La Croziano*, T. I. p. 104. et *Hiſtoria dogmatis de SS. Trinitate, maxime in Anglia*, quam expoſuit liber anglice ſcriptus, cui titulus: *Syſtema theologiae integrum, V. partibus conſtans e ſcriptoribus veteribus et recentibus, iis inprimis, qui apud Anglos Theologi et Concionatores optimi exiſtimantur, collectum.* Lond. 1729. *fol.*

DANIEL WHITBY.

Anglus, qui a. 1691. librum de vera Chriſti Deitate aduerſus ARII et SOCINI *haereſes*, Oxon. 4. in lucem

cem emiserat, posthac in diuinis personis inaequalitatem et subordinationem professus est, in scriptis post obitum ipsius repertis, de quibus iterum in *Hist. Antitrinit. Anglicana.*

GEORGIVS WICELIVS.

A scriptoribus maxime coaeuis, eorundem cum IOANNE CAMPANO, quem *Witteberga* discedentem hospitio *Nimeciae* exceperat, errorum accusatus est; vix tamen inter Antitrinitarios referendus; ideo quoque a *Sandio* non sine ratione hoc numero exemtus. Plura interim de eodem eiusque scriptis, occasione eorum, quae cum *Campano* gesta sunt, alio loco exposuimus, *Part.* II. *Cap.* II. Historiae nostrae.

SAMVEL WILCKOVIVS.

Hunc vt suo nomine salutet BALCEROVICIVS F. SOCINVS ab hoc petiit in epistola ad eum Lublinum d. 30. *Ian.* 1581. scripta, in *Epp. F. S.* p. 342. Fortassis filius eius fuit WILKOVIVS iste, cuius meminit SMALCIVS in Diario, quod discipulus suus a. 1599. d. 24. *Iulii* mortuus et febri epidemica extinctus, contemtor fuerit veritatis, (ex mente SMALCII) quam aliquo modo perceperat. TOBIAS WILCKOVIVS minister coetus Sociniani in Prussia extitit. Conf. *Hist. Socin. Pruss.*

IOANNES IACOBVS WILCKOVIVS.

TOBIAE, ministri Socinianorum in Prussia ad Poloniae terminos filius, qui *Francof. ad Oderam* et in *Belgii Academiis* operam nauauit studiis, et humanioribus et theologico, et inter Neoprophetantes et Quackeros Belgas aliquamdiu versatus est. Redux in patriam, patri suo

longa aetate prouecto cooperarius in ministerio ecclesiastico constitutus. Vnitariis semet maxime in initio sua eloquentia ac eruditione non vulgari commendauit. Tandem vero nimia philautia et temperamenti cholerico- melancholici excessibus abductus, ad litigia et quascunque de lana caprina lites cum sui coetus hominibus prolapsus, maximum horum odium in se conuertit, adversus quos contumelias et criminationes perpetuo effudit, nec vnquam cum iis, quantum scimus, reconciliatus est, imo fata sua in dies tristiora reddidit. Circa vltimum vitae tempus summa oppressus paupertate atque malo hypochondriaco maxime laborans, in Nosodochium Regium Regiomontanum susceptus, Interpretis polonici in dicasteriis Regiomontanis sparta functus, tenui stipendio vsus est, ac a. 1753. spiritum efflauit.

Scripta:

1. *Declamatio de arcanis, in combinandis nuptiis, artibus, quam olim in acroaterio Philogamborum pronuntiatam, nunc in gratiam ac cautelam omnibus matrimonii candidatis expertus sistit* Rvpertvs. *Francofurti ad Viadrum.* 8. *pagg.* 62. absque auctoris et temporis notatione. In exemplari quod mihi auctor ipse exhibuit, annus 1720. editi huius scripti notatur. Infelicis matrimonii copula vel ipsum constrictum fuisse auctorem, vel saltem id sibi habuisse persuasum, oratio abunde testatur.

2. *Sermo sacer in textum Io.* XVI. 19. latine concinnatus a. 1740. ab I. W. Crvciger. Idem is sermo est, de quo in *Praefat.* ad T. IV. der Sammlung auserlesener und überzeugender Canzel-Reden, p. 44. *Collectores* ad *Num.* XXIV. inquiunt: den 8ten dieses Monaths (Martii 1740.) hat die Königl. Preußische Post aus Pohlen über

über Königsberg eine lateinische Predigt über Joh. XVI. 19. von I. W. CRVCIGER, oder, wie er sich in dem beygefügten lateinischen Brieffe unterschreibet: *Ignotus Vobis*, überbracht, mit dem Symbolo: *In silentio et spe fortitudo mea. Es.* XXX. 15. Wir entschließen uns vielleicht, diese lateinische Rede, weil sie gründlich und erbaulich, und weil sie aus so entfernten Landen ist, aus welchen gar zu selten eine Canzel-Arbeit zu uns kommt, ins Deutsche zu übersetzen. Sollte es demnach dem Herrn I. W. CRVCIGER gefallen, uns seinen wahren Nahmen zu eröffnen, wird es uns lieb seyn; desto mehr, wenn er gütig sorget, daß diese Nachricht, in Ansehung der Post uns nicht so kostbar, alß die lateinische Predigt fallen möge. Et p. 61. laudes in alios sermones ibidem recensitos effusae, et hunc WILCKOVII, quem nobiscum ipse auctor calamo descriptum communicauit, ornant: Es fehlet ihren größesten theils außbündig schönen Abhandlungen, nichts, alß nur der rechte Nahme ihres Verfaßers. Laßen sie sich demnach erbitten, und machen, daß diese kleine Lücke ergänzt, und desto mehr ungehindert ein Buch zu stande gebracht werde, worauf man izt mit allgemeiner Begierde wahrtet. Etc. *Vid. Acta hist. Eccl.* T. XIX. p. 250. seqq.

3. Ein Lied in schwerem Kreuz, Anfechtung und Verfolgung, aufgestellet von einem, der A. 1726 von seinen Christlichen Zuhörern, nachdem sie kurz zuvor von ihm das H. Abendmahl empfangen, mit Stockschlägen schändlich zugerichtet worden, ins Gefängniß öffentlich geworffen, krum und lahm geschloßen, daß er an Händen und Füßen ganz dick geschwollen war, sechs Wochen im Gefängniß festgehalten, gekräncket, beängstiget, bespottet und grausam geplaget, endlich aber von allem beraubet

und weggejaget worden. Darauf in der Welt herumgejaget, und in allen Winckeln der Erden mit Zuziehung vieles andern noch tausendmal ärger zugerichtet und prostituiret worden, und von der Zeit an bis A. 1743 mit viel größerm Frevel und Grausamkeit gewüthet wird. *MSC.* autographum ab auctore mihi exhibitum eſt. Cantilenae 46. Strophas complectenti, elegantioris poeſeos germ. laus omnino non competit.

STANISLAVS WILCKOVIVS.

Tobiae in fallor, frater. Exſtat eius commercium epiſtolicum *MSC.* cum M. GODOFR. ALBERTO PAVLI; p. t. Paſtore Deutſchendorffenſi in Pruſſia, cuius pars aliqua in manibus noſtris eſt, quae epiſtolam M. PAVLI ad WILCKOVIVM d. 19. Martii 1712. ſcriptam, et animaduerſiones huius ſatis aſperas et conuiciorum plenas, e regione epiſtolae illius adſcriptas exhibet.

MARTINVS WILHELMVS.

Teſte *Lubieniecio* l. c. p. 273. praeſtantiſſimus vna cum *Simone Polano*, per totam Poloniam Chymicus, Luclauiciis degebat, cum coetus et ſchola huius loci maxime florerent.

STANISLAVS WISNOVIVS.

Polonus, STAN. FARNOVII ſocius eique homodoxus, ac proinde ſectae Arianae in ſpecie accenſendus. *Vid.* MOSHEMII *Inſtitut. hiſt. Chriſt. recent. p.* 339. Miniſter coetus Luclauiciani, ſub patrocinio STAN. TASSITII, qui poſtea, teſte SANDIO l. c. p. 53. paſtore ſuo WISNOVIO relicto, caeteris illis Vnitariis, qui SOCINVM ſectabantur, ſe adiunxit.

SCRIPTA:

SCRIPTA:

Rozmowa o ſzczerey Znaiomośći Boga Oyca, Syna iego y Ducha świętego etc. i. e. *Dialogus de ſincera cognitione Dei Patris, Filii eius et Spiritus S. Inprimis de Filio Dei et aduerſario eius: de vera et falſa Eccleſia, et certis earum ſignis: item de praecipuis doctrinis et inſtitutis verae Eccleſiae Domini etc.* 4. *pl.* 23. Praefixa eſt praefatio ad fideles. A. 1575. d. 26. Febr. *Luclauiciis* ſcripta.

ANDREAS WISSOWATIVS, *Senior.*

Plures WISSOWATII in hiſtoria Socinianiſmi Polonici fama inclaruerunt. *Andreae* Senioris, pater, ABRAHAMVS WISSOWATIVS in vita ANDREAE Iunioris, SANDII Bibliothecae p. 222. adtexta appellatur *Szumcorum Toparcha, terrae Branſcenſis Camerarii* munere functus. Habuit ANDREAS *ſenior* duos fratres germanos, BENEDICTVM, de quo paulo poſt, et LAZARVM, quod *acta Synod.* 1608. nos docuerunt. ANDREAS *ſenior* variis in locis munere eccleſ. inter Vnitarios in Polonia functus eſt, narrantibus id Actis. In Volyhinia et Vkrainia, primum miniſter conſtitutus. Circa a. 1608. Philippouienſi coetui adhuc praefuit, quem, vt diutius, vel ad tempus ſaltem regeret, dicto anno a Synodo perſuaſus eſt. An is idem fuerit, qui a. 1603. d. 15. *Martii*, nomen ſuum inter Studioſos Acad. Regiom. profeſſus eſt, in medio relinquimus. Floruit quoque in hac familia *Theodorus Wiſſowatius*, qui ita ſtatuentibus decretis Synodalibus a. 1652. Raciborſcenſem coetum docuit, quemque a. 1662. in vltimo conſeſſu, qui in Polonia celebratus eſt, admonitum legimus, vt *Mannhemium* ſe conferret. Celebratur quoque in *Act. MSSCC.* circa a. 1636. *Chriſtophori Wiſſowatii* nomen.

nomen. Is fortaſſis idem fuit, cuius a. 1651 mentio fit, quod in conſeſſu Czarcouienſi duos filios coetui praeſentauerit, aliquando huic inſeruituros, quorum alter natu maior, *Alexandri* praenomen tulit (*).

ANDREAS WISSOWATIVS, *a Szumski. Iunior.*

Eques Polonus. Hiſtoriam vitae et mortis eius anonymus quidam contexuit, in epiſtola SANDII *Bibliothecae* p. 219-263. ſubtexta; quam in compendio exhibituri, illique non nulla ſupplementa ex *Act. MSSCC.* addituri ſumus. Conf. CHRIST. KORTHOLTI *praefatio*, *diſſertationi*, *de religione rationali contra* WISSOWATIVM praemiſſa, WITTE *Diar. biograph.* a. 1678. d. 29. *Iul.* LAVTERBACH. l. c. p. 374. ſeqq. HEINSII Hiſt. Eccl. p. 415. BENTHEMIVS l. c. p. 896. etc. Patriam habuit *Philipouiam* in Palatinatu Trocenſi, Magni Ducatus Lithuaniae oppidum in Boruſſiae confiniis, quo loco a. 1608. d. 26. Nouemb. natus. Pater eius fuit STANISLAVS, *Philipouienſis Satrapiae Vice-Praefectus* et familiae Socinianae *Diaconus Robcouienſis*; auus ABRAHAMVS *Szumcorum*

(*) In indice ciuium *Acad. Regiom.* haud pauci nominantur WISSOWATII, qui olim in hac litteraria Vniuerſitate ſtudiorum cauſſa commorati ſunt, qui, notante Albo Studioſorum pauperes admodum et tenuioris fortunae, patria vero *Boruſſi*, ex diſtrictu *Loecenſi*, et quantum ſcimus, immunes a Socinifmi haereſi fuerunt, eosdem tamen cum WISSOWATIIS Polonis conſanguinitatis vinculo ſociatos fuiſſe, putamus. Ita a. 1572. d. 4. *Octobr.* MICHAEL WISSOWATIVS, a. 1590. d. 19. *Ianuarii* CASPAR WISSOWATIVS, 1593. d. 26. *Ianuarii* IOANNES WISSOWATIVS; a. 1603. d. 15. *Martii* ANDREAS WISSOWATIVS, qui notante eodem indice ex famulitio *Doctoris* PAVL. WEISSII *fuit*; et a. 1605. d. 29. Martii BERNHARDVS WISSOWATIVS, in numerum ciuium Acad. ſunt ſuſcepti. Pro CASP. WISSOWATIO, a. 1590. iure ac priuilegiis Acad. initiato, teſtantibus *Actis* MSSCC. *Acad. Regiom.* Volum. III. *Reſcriptor. fol.* 476. Senatus Acad. commendatitias dedit a. 1592. ad Praefectum Loecenſem, vt ſtipendio quodam ad proſequendum ſtudia diligenter coepta ſubleuaretur.

rum Toparcha; Mater AGNES SOCINA, vnica F. SOCINI proles. In prima pueritia Raciborſci, vna cum CHRISTOPHORI MORSTINII filiis a priuato Paedagogo primis doctrinae morumque rudimentis imbutus. A. 1619. in Racouienſe Gymnaſium miſſus, in quo ſub IOANNE CRELLIO et MART. RVARO in humanioribus et theologicis non vulgares fecit progreſſus. Meditabantur eius parentes poſt aliquot annos ipſum e ſchola reuocare, atque ſecundum conſuetudinem gentis in famulitium alicui Magnatum tradere, vt inde ad maiora ei pateret aditus. Sed ſuadentibus amicis et maxime RVARO vt tanta indole praeditum puerum, F. SOCINI vnigenitae primogenitum ſtudiis Theologicis dicarent, parentes adnuebant, offerente coetu ſubſidia et opem in promouendis ſtudiis eius, qui iuuenem a. 1626. teſtantibus *actis* MSSCC. in alumnorum numerum ſuſcepit. Haud parum ſtudia adiuuabat, quod hoſpitio et menſa, ac proinde quotidiana conuerſatione Io. CRELLII vteretur, qui Rectoratus ad ſcholam Racou. munere depoſito, ibidem miniſterio eccl. fungebatur, ſimulque ſtudioſis quibusdam in explicandis S. Scr. libris, praelectionibus ſuis, pro more ſuo et adſcitis coetus ſui placitis facem praetulit. Gymnaſio Racouiano egreſſus a. 1629. Ill. Palatini Lublin. ALEXANDRI PETRI TARLONIS rogatu, filiorum ipſius natu maximi humanioribus litteris imbuendi curam ſuſcepit. Videtur ſtationem hanc ſine coetus conſeſſu adgreſſus, quia eodem anno a Synodo iuſſus eſt, vt ad proſequendum ſtudia theologica domum reuerteretur. Nominatur hinc a. 1630. inter alumnos Racouienſes, qui 70. *flor.* pro ſtipendio accepit, quo beneficio quoque a. 1631. fruitus eſt. A. 1631 peregrinas regiones adeundi copiam nactus, duces atque comites in hoc itinere habuit MART. RVARVM, IOACH. AB

HIRTENSBERG PASTORIVM, GE. NIEMERICIVM, ALEX. CZAPLICIVM, NIC. LVBIENIECIVM, PET. SVCHODOLIVM, aliosque. Soluens *Gedano* mari, in *Batauiam* adpulit, et cum primis *Lugduni* commoratus eſt, litterisque operam dedit. Inuiſit quoque interdum Athenaeum Amſtelod. eiusdemque Profeſſores VOSSIVM, BARLAEVM, EPISCOPIVM et CVRCELLAEVM. Offendit etiam tunc temporis in Batavia CHRISTOPH. ARCISSEVIVM, *Equitem Polonum*, itidem Socinianum, qui inter Reformatos degens ad eorum ſocietatem acceſſerat, ſeque *Societati Indiae occidentalis* dicauerat, cuius Curatores eum in Americam cum militum manu delegarunt. Is WISSOWATIVM inuitauit, vt ſecum in nouum traiiceret orbem, qui vero parentibus ſuis procul relictis, et coetu ſuo, cui ſemet ſacrauerat, inconſultis, tam longinquum diſcriminisque plenum iter declinauit. Ex *Belgio* traiecit in *Angliam* et inde in *Galliam* transfretauit, Pariſiisque Sorbonam aliaque Profeſſorum Collegia frequentando GROTIVM, GASSENDVM et MERSENNVM vidit ac alloquutus eſt. A. 1634. in Synodo Racou. *Ruaro* interea reduci committebatur, vt WISSOWATIVM ex peregrinis oris reuocaret, eumque admoueret, totum ſemet in patria ſacrare ſtudio theologico. Patriam hinc ſalutans a. 1637. ADAMI SVCHODOLII nobilis iuuenis morum ſtudiorumque curam ac moderamen ſuſcepit, cum quo humanioribus litteris imbuto a. 1640. exteras iterum inuiſit terras et *Germaniam*, *Galliam* ac *Belgium* repetiit. A. 1642. in conuentu Siedliſcenſi decretum eſt, vt breui tempore ex itinere rediturus, CHRIST. LVBIENIECIO, in Piaſcenſi, Zaporſcenſi et Komorouienſi coetu cooperarius conſtitueretur. Redux a. 1643. ex Synodi decreto in oppido *Szerſznie* in Vkrainia ſub patrocinio STEPH. WOINAROVII, *venationis Regiae in Pala-*

la-

latinatu Kiiouienſi Praefecti, miniſter conſtitutus et IOANNI STOINIO collega datus eſt. In hunc vero locum vel plane non conceſſit, vel ſtatim inde rediit. In actis enim Synod. MSSCC. legitur WISSOWATIVS a. 1643. Staroſtae Owruczenſi miniſter conceſſus, et miniſterio Eccleſ. in Volyhinia initiatus. Anno ſequente 1644. coetui in *Halitzany*, Palatinatus Volyhin. collecto et *Iuanicienſi* admotus, ſimul quoque ipſi *Kieſielinus*, et *Bereſtenſis* commendati ſunt, vt fratres ibidem viſitaret, miniſtrosque in muneribus ſuis adiuuaret. Teſtantibus actis vno ſemeſtri *Halizano*, altero *Iuanicienſi* coetui adfuit, ſicque mutata ſingulis ſemeſtribus ſtatione, ſpecialem vtriusque coetus curam habuit. Quae in eadem ſuſtinuerit aduerſa, auctor vitae eius l. c. p. 237. expoſuit. Acta conſeſſus Dazuienſis a. 1647. habiti narrant, veniam ipſi a Synodo datam eſſe, vt vitae periculo fuga ſemet eriperet, ſtationemque ſuam Iuanicienſem deſereret. Parum quoque abfuit, quin in *Batauiam* ſe reciperet; amicorum tamen perſuaſionibus commotus, conſilia mutavit, et aliquantisper ab aduerſis fatis reſpirans, iam quadragenarius a. 1648. ſibi matrimonio iunxit virginem ALEXANDRAM RVPNOVIAM, IOACH. RVPNOVIO et ELISABETHA, ANDREAE LVBIENIECII filia, genitam. Eodem anno e Volyhinia in minorem Poloniam translatus, coetui *Siedliſcenſi* in diſtrictu Lublinenſi praepoſitus, et CHRISTOPHORO LVBIENIECIO *Iuniori*, qui eundem coetum ad a. 1648. docuerat, ſucceſſor conſtitutus, ipſique PAVLVS MYSLICIVS collaborator additus eſt. Sed flagrante paulo poſt VLADISLAI *Regis* obitum bello Coſacico, quod Socinianis maxime triſte fuit, diſperſis Lublinenſibus fratribus ac in tutiora loca ſe conferentibus, WISSOWATIVS cum coniuge ſua germanoque eius ANDREA RVPNO-

vio, ac non paucis auditorum ſuorum in *Pruſſiam* conceſſit, et non procul a *Gedano* in Buſkouiano Io. ARCISSEVII praedio commoratus eſt, ibidemque concionibus ac colloquiis habendis, et in *Straſſinio* PAVLI IVANICII praedio, celebrandae S. Synaxi lingua polonica tempus inſumſit. Hyeme in Pruſſia transacta et tumultus turbine in Polonia ceſſante a. 1649. ad ſtationem ſuam in terram Lublinenſem reuerſus, munia ſua iterum obiuit. A. 1650. ad coetum Radoſtouienſem, ex reliquiis Racouienſis, vno a Racouia lapide *Radoſtowiae*, pago viduae WYLAMII nobilis, collectum admotus, ſucceſſor fuit Io. CIACHOVII, miniſtri ad Siedliſcenſem coetum Radoſtouia translati. Quae hoc loco praeſtitit officia, quaeque perpeſſus eſt mala, auctor vitae l. c. p. 242. enarrauit. Erepta Socinianis *Radoſtouia* poſt mortem WILAMIAE, a. 1652. in Cracouienſem Palatinatum migrauit et ex Synodi decreto in coetus *Robcouienſis* miniſterio, SERINO MORSTINIO, qui ad Raciborſcenſem coetum collocatus erat, ſurrogabatur. A. 1654. Raſzcouienſi coetui deſignatus eſt, teſtantibus *actis*; ſed Raſzcouiam non conceſſiſſe videtur bellicis turbi impeditus. Quae in his ſtationibus fata *Wiſſowatius* Cracouiae et alibi expertus fuerit l. c. p. 244. ſeqq. longo ambitu auctor vitae enarrauit. Cracouia a. 1657. diſcedens, vrbe Poloniae Regi a Suecis dedita, *Wiſſowatius Robcouiae*, longe aliam, quam reliquerat, rerum ſuarum inuenit conditionem, aedes nimirum ſuas dirutas atque vaſtatas, ſupellectilem bonaque omnia ablata, et bibliothecam tam typis, quam manu exaratis inſtructam libris, a ſacerdotibus ruſticisque direptam atque laceratam. Contulit igitur ſe in haereditarium ſuum pagum *Wrocmirowa*, dimidio a *Robcouia* milliari diſſitum, ibidemque fratres cum in patria, tum extra eam diſperſos,

ſos, litteris ſuis ad ſacra celebranda in vnum coetum collegit. Sed vix hoc loco reſpirauerat, cum triſtiſſimus totam familiam Socinianam a. 1658. diſpelleret turbo, publicata nimirum, IOANNE CASIMIRO regnante, in Arianos vulgo dictos conſtitutione, quam aliaque hanc inſequuta familiae huius aduerſa, in *Hiſt. Socin. Polon.* enarrabimus. Non tamen WISSOWATIVS, fulmine licet hoc perculſus, in munere ſuo obeundo omnino ceſſauit; ſed in Wrocmirouianum ſuum fratres, vt ad ſacra conuenirent, inuitauit. Imminente proſcriptionis vniuerſalis termino a. 1660. ſpretis periculis in *Colloquio Roznouienſi*, praeſente inter alios vno ex Senatoribus regni, IOANNE WIELOPOLSKIO *Szafraniec*, diſputando publice cum pontificiis fortiſſimum ſectae ſuae athletam ſe praeſtitit; ita vt *Guardianus* quidam iudicauerit: Si omnes ex inferno prodirent, non poſſent fortius religionem ſuam tueri, quam vnus WISSOWATIVS. Paulo poſt colloquium hoc praemonitus, multos eſſe, qui ipſi inſidias ſtruerent, patriae limina reliquit, ac in Sileſiam cum ſuis ſe contulit, ibique per ſemeſtre ſubſtitit, fratribus qui eodem confluxerant, ſacra miniſtrans. Hinc ſub hyemem, motibus aliquatenus ſedatis, initio anni 1661. in Poloniam remeauit, miſeros pro virili conſiliis auxiliisque adiuturus, in primis pauperes, viduas atque orphanos, quibus ad emigrandum ſumtus non ſuppetebant, qui audito ipſius aduentu e latebris ſuis ad eum confluxerunt. Hyeme intra Poloniae terminos transacta, conſilio fratrum iisdem iterum exceſſit, montesque Carpathios transgreſſus in Hungariam, *Caeſareopolin*, oppidum in Scepuſienſi Comitatu ſitum ſe contulit ibidemque aeſtatem tranſegit; inde vero hyeme ingruente rurſus in patriam excurrit, fratres inuiſurus ac in religione confirmaturus, vel etiam officii ſui

ad-

admoniturus. Anno vero 1662. ſub vere, *Caeſareopolin* in Hungariam remeauit, ibidemque per totum haeſit annum, non otioſus, ſed tum ſacra cum his, qui illic praeſentes aderant, ad eumue excurrebant, peragendo, tum ſcripta non nulla in amicorum gratiam communemque vſum, nec non epiſtolas admonitorias ad diſperſos exules, exarando, tempus inſumſit. Coepit quoque Hungaricam addiſcere linguam, ſi forte accideret, vt ipſi a fratribus munus Eccleſiaſticum in hiſce regionibus et in Tranſyluania demandaretur. Haec cum mente ageret, *Cruciburgum* in Sileſia, ad Synodum a. 1663. d. 1. Martii indictam inuitatus eſt; in qua, cum praeſens eſſet, ſtatutum eſt, vt ipſe atque IOACH. STEGMANNVS in Palatinatum Rheni demigrarent, quo *Manhemium*, exulibus commorandi locus conceſſus erat; ſimul vero exulum in *Comitatu Wiedenſi* ad Rhenum curam haberent, quod expreſſe ipſis per decretum Synodi eſt iniunctum. Hinc cum fratre germano THEODORO ac IOACH. STEGMANNO, eorumque familiis eodem anno *Manhemium* profectus, quo loco ſub Electoris Palatini tutela, in propriis aedibus conciones ſacras, iuuentutis examina, diſciplinam eccleſiaſticam, nec non S. Baptiſmi, panisque ſacri fractionis ritus, (vt auctor vitae l. c. p. 257. loquitur) aliaque religionis exercitia more ſuo celebrauit. Nec tantum domeſticis parietibus contineri contentus, ſed omni niſu in id incumbebat, vt placita ſua vlterius promulgaret. Paulo poſt arctioribus circumſcriptus limitibus, migrandum inde cum ſuis decreuit. Commoratus tamen adhuc eſt *Manhemii* a. 1665, quo anno STAN. LVBIENIECIVS *iun.* d. 20. *Septb.* Manhemium ad WISSOWATIVM epiſtolam dedit, in qua hunc fidiſſimum Collegam IOACH. STEGMANNI, affinemque ſuum plurimum colendum adpellat, eum-

eumque rogat, vt sententiam suam de Cometis sibi communicet. Vid. LVBIENIECII *Theatr. Comet. fol.* 609. Cupiebant quidem fratres, vt dispersis exulibus vel in *Borussia*, vel *Marchia* vel *Silesia* munere suo praeesset; sed WISSOWATIVS Manhemio in *Batauiam*, et *Amstelodamum* quidem se contulit a. 1666. Ad eum *Amstel.* commorantem LVBIENIECIVS iterum litteras dedit, d. 25. *Septemb.* 1666. *Hamburgo*, scriptas. Hoc loco in publicum emittendae *Bibliothecae FF. PP.* corrigendisque sectae suae libris operam cum aliis nauauit, et ipse haud paucos exarauit libellos. Tandem Amstelodami a. 1678. d. 29. *Iulii* a. aetatis 70. diem obiit, famamque vitae inculpatae et patientis adflictionum inter suos reliquit. Historia familiae MORSTINIANAE *MSC.* prodit, eum *Amstelodami* Vnitariorum fuisse ministrum, duosque reliquisse filios, alterum BENEDICTVM, (*Iuniorem* nimirum) ministrum Andreaewaldensem in Prussia, alterum ANDREAM, (qui adeo *tertius* est huius praenominis) Ministrum Claudiopolitanum, qui itidem duos habuit filios, IOANNEM et ANDREAM (*), qui proinde eiusdem praenominis *quartus*.

SCRIPTA:

1. *Annotationes in vniuersum N. T.* Vt in his conficiendis pergere velit, per conclusum Synodi Czarcouiensis a. 1652. excitatus est. Insertae sunt quaedam partim PRZYPCOVII, partim WOLZOGENII operibus. *Vid.* sub SAM. PRZYPC. N. 7. p. 677.
2. *Psalmi Dauidis carmine polonico redditi*, cum variis hymnis MSSCC. in vsum Ecclesiarum conscripti. A. 1651. in Synodo Czarcouiensi ipsi commendabatur, vt

(*) Alterutrius fortassis filius erat Studiosus iste eiusdem nominis gentilitii, qui a. 1746. e Transyluania in Prussiam venit, ad salutandos Socinianos.

vt commodato maxime ex Psalmis argumento cantionum librum concinnaret, qui sumtibus SCHWERTNERI aliquando typis exscribendus esset. Insudasse quoque WISSOWATIVM Psalterio in linguam polonicam transferendo, *Acta Consessus Raszcouiensis* a. 1655. testantur.

3. *Ad* BISTERFELDII *librum*, *quem* IOH. CRELLII *libro de vno Deo Patre opposuit*, *responsio*, quam iussu Synodi exarauit. *MSC.* Anno enim 1643. in conuentu Siedliscensi statutum est, vt BISTERFELDIO responderet, et CRELLII opus quocunque modo a telis vibratis liberaret. Idem fortasse libellus notatur in Synodo Dazuiensi, quae 1646. KVROSCIO commendauit opusculum theologicum *Andr. Wissowatii* reuidendum.

4. *Ad* NIC. CICHOVII *Iesuitae* TRIGINTA RATIONES, *quibus homines ab Arianorum (vt audiunt) religione absterrere conatur*, *Responsum*: itidem Synodo mandante conscriptum. MSC. A. 1652. in Czarcouiensi consessu ipsi committebatur, vt ad XXX. rationes CICHOVII *de meditatione mortis Christi* responderet. Eiusdem scripti continuatio a. 1653. in Consessu Siedliscensi ipsi iniuncta legitur.

5. *Annotationes in Euangelia* MATTH. MARC. LVCAE, *in* ACT. SS. *Apostolorum; in epist.* S. IACOBI, *et* S. IVDAE. MSC. Tres posteriores Commentarii inserti sunt *Bibliothecae FF. PP.* operibus WOLZOGENII. *Vid.* N. 1.

6. *Explicationes quorundam S. Scripturae locorum.* MSC.

7. *Obseruationes ex N. T. de I. C. et Spiritu S. Dei* MSC.

8. *Religio rationalis; seu de rationis iudicio in controuersiis etiam theologicis ac religiosis adhibendo*, *Tracta-*

ctatus, *auctore* ANDREA WISSOWATIO, Anno cIↄ. Iↄc. LXXXV. 12. pagg. 102. pl. 4½. ſuppreſſo loci nomine, *Amſtelodami* tamen prelo excmtus. Concinnauit eundem auctor non diu ante obitum; allegat enim ROBERTI BARCLAII *Apologiam*, a. 1676. impreſſam. Prodiit quoque germanice, ſub tit. ARSENII SOPHIANI *Phil. et Theol. D. et PP.* die vernünfftige Religion, das iſt gründlicher Beweiß, daß man das Urtheil geſunder Vernunft auch in der Theologie und in Erörterung der Religionsfragen gebrauchen müße; cum praefatione ARNESII PHILADELPHI, *S. Theol. Prof. priu. et Phil. Baccalaurei Amſtel.* 1703. 8. Ocularis adſpectus comprobat in Germania ſuperiore, non Amſtelodami libellum lucem adſpexiſſe. Tueri in eodem nititur auctor, quod praeter vſum rationis, alius modus legitimus in diiudicandis ſacris de rebus fidei controuerſiis, nunc inter diſſentientes haberi non poſſit vllus, omnesque controuerſias in rationis iudicium reſolui; quia, quicunque iudex alius ſtatuatur, ſiue verbum Dei ſcriptum, ſiue Spiritus S. in cordibus hominum exiſtens, ſiue Eccleſia, aut caput eius viſibile in terra, non poſſit illius iudicium admitti, niſi prius ratio nobis dictauerit, neceſſe eſſe, vt in illo iudice acquieſcamus. In omnibus quoque diſciplinis rationem eſſe in iudicium vocandam. Praeterea defendit, rationem humanam poſt lapſum minime eſſe corruptam, et propterea omnino ſuſtinere perſonam iudicis controuerſiarum theologicarum, ac dogmata ſcholaſticorum Metaphyſica communem cum doctrina coeleſti dignitatem habere.

Quid auctor intendat inductione axiomatum quorundam vniuerſalium ac communium, p. 33. ſeqq.

fa-

cile intelligunt, quibus Systematis Sociniani compages non est incognita. Ex his axiomatibus nonnulla, secundum WISSOWATII explicandi modum et iudicium vniuersaliter et absque vlla limitatione, in finitis pariter ac infinitis vera, exscribere iuuat, quae pro munimentis caussae suae inexpugnabilibus coetus Socinianus reputat. e. g. Vnum est, quod est indiuisum in se. " Vnde, quod dicitur vnum, et tamen non semel, aut vna vice simul distincte existens, vno eodemque tempore, id non est vnum, sed sunt multa. Vnius entis vna tantum est vno tempore existentia completa, et vnius substantiae vna subsistentia. Ter vnum sunt tria; non proprie vnum. Et ter vnus sunt tres; non proprie vnus. Vbi sunt tria et praeterea vnum, ibi sunt quatuor. Vbicunque est multorum aliquorum vnio, ibi est compositio aliqua. Quod est ens vnicum simplicissimum, id non habet in se multas res, siue substantias diuersas, seu differentes: multo minus multa simul supposita. Quod est vnicum numero indiuiduum, id non est in multis simul idem totum. Indiuiduum seu singulare est, quod est vnum numero, ita vt de vno tantum subiecto sua natura aptum sit praedicari. Ideoque indiuiduum non potest diuidi in plura eiusdem numero naturae ac nominis. Et proinde, singulare non est simul idem in multis aliquibus reuera distinctis: nec potest vere idem de multis distinctis praedicari. Quicquid est in multis simul, et praedicatur de multis, vt iis commune, id non est singulare; sed est vniuersale. Deus altissimus est ens singularissimum. Quaecunque duo in vno tertio singulari conueniunt, ita, vt de eo praedicentur, ea inter se quoque ita conueniunt, vt de se praedicentur. Quae duo in vno tertio non conve-

ueniunt, ea inter ſe quoque non conueniunt. Totum eſt maius qualibet ſua parte: Pars vna non eſt totum. Vbicunque eſt totum aliquid, ibi ſunt omnes eius partes, non vna tantum. Quod de toto ſeu omni aliquo praedicatur, id conuenit iis omnibus, quae in illo toto continentur. Totum non eſt extra ſe totum idem. Quod aliquod continet, id eſt maius eo, quod in illo continetur. Infinitum non poteſt niſi vnicum eſſe in ſuo genere, ſeu ſua ſpecie, aut ſuo ordine. Ideo non poſſunt eſſe plura ſimul infinita in eodem ordine. Perſona eſt ſubſtantia completa, ſingularis, intelligens. Et quicquid eſt ſubſtantia completa, ſingularis, intelligens, id eſt perſona. Omne quod eſt ſingulare, habet ſuam eſſentiam ſingularem propriam, per quam eſt id, quod eſt, ac ab aliis diſtinguitur; non communem aliis. — — — Omnis pater eſt cauſſa efficiens filii ſui. Quae Perſona eſt ab alia, ea non eſt Deus altiſſimus. Omne quod habet quoddam principium ſui, ſeu originem, id ipſum non eſt primum principium, ſiue prima cauſſa: ſed eſt principiatum et effectum. — — Omnis generatio eſt mutatio ſeu motus a non eſſe hoc ad eſſe. Generatio eſt productio viuentis a viuente coniuncto in ſimilitudinem ſubſtantiae. — — Omne generans eſt prius generato, et omne quod generatur eſt poſterius generante. Omnis pater eſt prior filio ſuo. Quicquid generatur, id fit. Quicquid eſt in fieri, id nondum perfecte et plene exiſtit. Quicquid iam plene atque perfecte eſt et permanet, id ipſum iam non fit rurſus, nec generatur idem. Sempiternum, quod ſemper ab aeterno fuit et eſt permanens immutabiliter, non generatur. Inde, qui eſt Deus altiſſimus, is non ge-

 ne-

neratur ſecundum ſuam deitatem. — — — Diſparata non poſſunt ſimul praedicari proprie de eodem; multo minus de ſe inuicem. Deus altiſſimus et homo ſunt diſparata etc."

Permagni auctorem aeſtimaſſe ſcriptum hoc ſuum accepimus; morti enim vicinus, vt prae ceteris lucubrationibus in lucem emitteretur, deſiderauit. *Vid.* MICH. LILIENTHALII *Biblioth. Theol.* T. I. p. 932. *Relat. innoc.* 1703. p. 530. BAYLIVS in *nouuelles de la Republ. des lettres*, 1684. *Sept.* p. 721. et in *opp.* T. I. fol. 132. et 327.

Oppoſuit eidem BARTHOL. KEMPEN, *Diſp. inaug. oppoſitam Tractatui* ANDR. WISSOWATII *de religione rationali, ſ. rationis vſu in controuerſiis etiam theologicis ac religioſis adhibendo*, *Praeſ.* D. CHRIST. KORTHOLT, *Kilon.* 1685. 4. *pl.* 9. Ita autem diſſertationis huius auctor de opuſculo WISSOWATII iudicat. " Quamuis plurima pro vſu rationis in Theologicis ſatis recte afferat; luctatus tamen perpetuo fere cum laruis, et Antagoniſtas ſibi fingit ſuaque diſputatione impetit, quales nusquam reperias, niſi in ipſius cerebro. Ecquis enim adeo inſaniret, vt affeueraret, Theologum ſine vllo rationis vſu controuerſias ſacras tractare poſſe? Quis principia rationis formalia, quis conſequentias ex foro theologico proſcriberet? Diſputationes videlicet improbantur theologicae, non vbi PER rationem, ſed vbi EX ratione probantur fidei dogmata; non vbi ratio eſt principium concludens, ſed principium vnde concluditur. Vt proinde aerem pene ſemper feriat WISSOWATIVS, non aduerſarios, certe non Proteſtantes, dum rationem eiusque principia aliquem in ſacris diſputationibus habere vſum, tanto conatu lectori perſuadere allaborat.

9. *Sti-*

9. *Stimuli virtutum, Frena peccatorum. Amstel.* 1682. 12. Opusculo huic praeter tria eiusdem auctoris scripta N. 10. 11. 12. alleganda, adtexta sunt: Anonymi cuiusdam *Pietatis sectandae rationes et S. P.* (i. e. SAM. PRZYPCOVII) *Periphrasis orationis dominicae; Oratio ad Deum et Christum, carmine elegiaco; Oratio ad Christum, Filium Dei*, eiusdem carminis genere.

10. *Dissertatiuncula de hominis vera beatitate consectanda. Amstel.* 1682. 12. superiori collectioni adiuncta.

11. *Discursus breuis de vita aeterna, eiusque consequendae modo. Amstel.* 1682. 12. ibidem occurrit.

12. *Tractatus breuis, in quo demonstratur, corporis cultum pretiosum non decere Christianos. Amstel.* 1682. 12. ibidem.

13. *Physicae problemata* MSC.

14. *Breues institutiones logicae* MSC.

15. *Ethicae s. Philosophiae moralis compendium.* MSC. opus imperfectum.

16. *Carmina sententiosa et notabilia ex variis auctoribus collecta* MSC.

17. *Historiarum insignium a mundo condito compendium* MSC.

18. *Epistolae II. ad* STAN. LVBIENIECIVM *iun.* Prior scripta 1665. $\frac{15}{5}$. *Sept. Manhemio*; altera 1666. $\frac{6}{16}$. *Octob. Amstelaedamo*: insertae THEATRO COMETICO LVBIENIECII p. 600 et 618.

19. *Praefatio in Catechesin Ecclesiarum Polon.*, quam vna cum IOACH. STEGMANNO *Iun.* concinnauit. Praefixa est editionibus catech. Racou. de a. 1665. 8. et 1680. 4. De *Catechetico* hoc opere nos alio loco.

20. *Praefatiuncula generalis Bibliothecae FF. PP. praefixa*, cui praeterea operi edendo auxiliatrices commodauit

dauit manus. Quod ipsam CHRISTOPH. SANDII *Bibliothecam Antitrinit.* typis exscribendam curauerit eandemque supplementis auxerit, haud pauci prodiderunt; qui tamen labor BENED. WISSOWATIO tribuendus est.

21. *Narratio compendiosa, quomodo in Polonia a Trinitariis Reformatis separati sint Christiani Vnitarii.* Inserta est SANDII *Appendici ad Nucleum hist. eccl.* (1678. 4.) nec non ANDR. WENGERSCII *Slauoniae reformatae* (Amstel. 1619. 4.) et SANDII *Biblioth. Antitrin.* p. 207-217. vna cum appendice historiam de SPIRITV BELGA exhibente. *Vid. Bibliotheque vniuerselle* T. XV. p. 364.

22. *Notae in Catechesin Ecclesiarum Polonicarum etc.* editam *Stauropoli* per EVLOGETVM PHILALETHEM 1680. 4. (i. e. *Amstel.* apud CHRISTOPH. PEZOLD.) De his alio loco.

23. *Controuersiae de religione praecipuae, inter Catholico-Romanenses s. Papistas, Euangelicos Augustanos s. Lutheranos, Reformatos s. Caluinianos, Remonstrantes vulgo Arminianos, Anabaptistas s. Mennonitas, Vnitarios vulgo Socinianos, Enthusiastas, Quakeros etc.* MSC.

24. *Obseruationes et quaestiones quaedam theologicae* MSC.

35. *Contra transsubstantiationem et Dei trinunitatem argumenta.* MSC.

26. *Quaestio de Deitatis vnitate Monarchica.* De eodem argumento, *vid.* sub CHRISTOPH. SANDIO, *iun.* N. 17. p. 755. et DAN. ZWICKERO, N. 5. Ad examen haec reuocata sunt a D. IO. GVIL. BAIERO in Disp. *de Monarchianis Anti-Trinitariis antiquis et recentioribus.* *Halae* 1695. 4.

27. *De*

27. *De S. Trinitate obiectiones quaedam.* MSC. Leguntur istae in Epistola ad *Lib. Bar.* de BOINEBVRG, data *Manhemio* 1665. Mense Octob. Eaedem, vna cum resolutionibus LEIBNITII, dicatae *L. Baroni* memorato, insertae sunt in extenso D. POLYC. LYSERI, *Amoenitat. Litterar. (Lips.* 1729. 8.) p. 213-239. Huc quoque spectat libellus: *Trinitas per noua inuenta logica defensa, contra epistolam Ariani ad Baronem* BOINEBVRGVM, auctore *G. G. L.* 1671. *Vid.* I. V. STEINHOFFER, in *vita Viri Illustr.* LEIBNITII §. 46. et *praefatio,* germanicae versioni *Theodiceae Leibnitianae* a celeb. GÖTTSCHEDIO concinnatae, praefixa.

28. *Pontificiorum errores quidam crassiores.* MSC.

29. *Obiectiones contra opinionem de Filio Dei ante mundum creato, post incarnato: scriptae* 1672. In lucem prodierunt 1678. 12. cum Appendice aduersus CHRISTOPH. SANDII Diss. *de Verbo,* quod scriptum SANDIVS l. c. p. 179. inter *anonyma* recenset.

30. *Defensio obiectionum de Filio Dei ante mundum creato, post incarnato, contra quendam praeexistentiae animarum assertorem,* (CHRIRTOPH. SANDIVM) scripta 1673. MSC. Ad defendendum praecedens scriptum, opposita opusculo sub CHRISTOPH. SANDIO *Iun.* N. 24. p. 756. allegato. Ad hoc argumentum quoque respicit libellus de praeexistentia animarum, allegatus a SANDIO inter *anonyma* l. c. p. 179. cuius auctorem ANDR. WISSOWATIVM litterae initiales produnt.

31. *De satisfactione Christi doctrinae vulgaris inconuenientiae.* MSC.

32. *Contra Paedobaptismum rationes.* MSC.

33. *Disciplinam s. Censuram morum in Ecclesia esse obseruandam,* MSC.

34. *De auaritia fragmentum.* MSC.

35. *Obseruationes s. notae in* SAM. PRZYPCOVII *cogitationes sacras de epistola ad Colossenses* MSC. Adiunctae illae sunt operibus PRZYPCOVII ineditis, quorum sub hoc N. 7. p. 680. mentio est facta. Animaduersiones vero WISSOWATII aduersus PRZYPCOVII stylum et dictionem latinam in MSCto hoc, quod possidere mihi contigit, omissae sunt, quae in impresso PRZYPCOVII libello comparent.

36. *Ad desperatam caussam Arianorum, seu Prodromum triumphi SS. Trinitatis a* NIC. CICHOVIO, *S. I. conscriptum, responsio* MSC.

37. *Animaduersiones in Collegium Anti-Socinianum* FRIED. SPANHEMII *S. Th. D. et Prof. ord. in Acad. Heidelberg.* MSC.

38. EX DAN. BREENII *notis in N. T. scrupuli.* MSC.

39. *Exercitationum Theologicarum de controuersiis generalibus contractis per* ANDR. et PETR. WALENBVRCHIOS etc. *Specimen MSC.*

40. *Ad quaestiones* FRIED. SYLVII *responsiones.* MSC.

41. *Disceptatio de Dei circa futura contingentia praescientia: aduersus* D. DAN. ZWICKERVM. MSC. Commemoratur eadem a SANDIO inter *anonyma* p. 178. nisi haec forte sit IOACH. STEGMANNI Iun. N. 12. p. 962. Disquisitio etc.

42. Ad D. DAN. ZWICKERI *scriptum* contra memoratum tractatum *responsio.* MSC.

43. *In* CHRISTOPH. SANDII *nucleum hist. eccles. animaduersiones.* MSC.

44. *Fidei Christianae Confessio ex S. litteris collecta, secundum ordinem Symboli Apostolici* MSC. Plures inter Scriptores coetus huius eiusmodi fecisse tentamina pro defen-

defendenda disciplina sua, aliquoties data occasione notauimus.

45. *Religionis Christianae praerogatiuae spirituales.* MSC. *polon.*

46. *Speculum spirituale.* MSC. *polon.*

47. *Carmen, ideam veri Christiani exhibens.* MSC. *polon.* Vel hoc, vel quod N. 46. allegatum est, vel vtrumque videtur idem esse scriptum, quod SANDIVS l. c. p. 179. anonymis adnumerat, sub tit. *Speculum Christianum. Carm. polon.*

48. *Dissertatio de conuersione hominis a mundo ad Deum* MSC. *polon.*

49. *Caussae mortis Christi breuiter collectae.* MSC. *polon.*

50. *Obseruationes de primaeuae Ecclesiae doctoribus, qui Patres vocantur.* MSC. *polon.*

51. *Controuersiarum praecipuarum de religione Christiana breuis declaratio.* MSC. *polon.*

52. *Iudicium de Vniuersali concordia in religione Christiana.* MSC. *polon.*

53. *Conditiones vnionis Christianorum Vnitariorum cum Catholico-Romanis.* MSC. *polon.*

54. *Ad summarium fidei Arianae per* NIC. CICHOVIVM *S. I. editum, Responsum.* MSC. *polon.* Fortassis directum est ad CICHOVII *Credo Arianorum* etc. de quo sub ION. SCHLICHTINGIO N. 22. p. 813.

55. *Ad Epistolam reuer.* NIC. CICHOVII, *qua Generos. Dn.* CHRISTOPH. DE SZVMKI WISSOWATIVM, *vt ad Ecclesiam Romanam accedat, sollicitat, Responsio.* MSC. *polon. Christophori* huius supra mentionem fecimus, sub *Andr. Wiss.* Sen.

56. *Ad deliberationem, sub tit.* EQVITIS ECCLESIAE CHRISTIANAE, *fratribus propositam, responsio.* MSC. *polon.*

57. *Admonitio de vulgari Trinitatis et absolutae praedestinationis Dei opinione: in qua demonstratur, Christianis vnum tantum summum Deum colendum, atque vitam secundum ipsius praecepta instituendam esse.* MSC. *polon.*

58. *Epistolae ad varios.* MSSCC.

59. *Alia varii generis* MSSCC. *Bibliotheca Vffenbachiana* teste huius Catalogo T. III. p. 696. N. 29. MSC. ANDR. WISSOWATII tenuit sub hoc titulo: *Medulla historiae Ecclesiasticae, s. Problema vel tractatus de origine et progressu verae et falsae de Deo Patre et Filio eius I. C. Domino nostro, nec non Spiritu S. doctrinae*, quod XVII. capitibus absoluebatur, eidemque pretium XV. Thaler: statuitur.

60. *Colloquium Charitatiuum de Religione cum Romano-Catholicis habitum in arce* ROZNOW *in aedibus ac praesentia Dn.* IOH. SZAFRANIEC WIELOPOLSKI, *Castellani Voynicensis*, (post *Palat. Cracou.*) *cum consensu Episc. Cracou. A.* 1660. ab 10. ad 16. *Martii* diem, in quo WISSOWATIVS a parte Vnitariorum primarius fuit interlocutor. Impressum est ex autographo, a scribis (inter quos ANDR. LACHOVIVS, commemoratur) calamo excepto, in appendice ad ANDR. WENGERSCII *Slauon. reform.* p. 538. seqq. Vid. sub CHRISTOPH. CRELLIO N. 2 p. 160.

61. *Praefatio* IO. CRELLII *operibus exeget. Tom. III. Biblioth. FF. PP. praemissa. Vid.* ZELTNERVS l. c. p. 298. Not. (b).

62. Quod WISSOWATIVS ABRAH. ROGERII *Gentilismum reseratum*, in linguam Belgicam transtulerit, et sub tit. Oopene Deure tot het verborgen Heidendom, *Lugd.* 1651. 4. praepositis nominis sui initialibus

A.

A. W. in lucem emiserit, IOECHERVS in *Lex. erud.* prodidit.

BENEDICTVS WISSOWATIVS, *Senior.*

ANDREAE senioris frater et ANDREAE iunioris patruus, qui inter primos Athenaei Racouiensis auctores moderatoresque recensetur, ab auctore vitae ANDR. WISSOW. iun. apud SANDIVM l. c. p. 222.

BENEDICTVS WISSOWATIVS, *Iunior.*

ANDREAE iunioris filius, qui post SANDII obitum eiusdem *Bibliothecam Antitrinitariorum* in publicam lucem emisit. A. 1684. in consessu generali *Rutouiae* in *Prussia* habito propter praeclara dona et laudandam dexteritatem ministerio Eccles. initiatus, ipsique cura coetuum Prussicorum commendata est. Vid. *Hist. Socin. Pruss.*

SCRIPTA:

1. In Synodo Selchouiae in Marchia Brandenb. a. 1687. habita, vna cum SAM. ARCISSEVIO concinnandi Catechismum in vsum infantium ipsissimis S. Scripturae verbis, in se suscepit laborem ex consilio Synodi, de quo alio loco, quo omnium operum huius familiae catecheticorum historia tractabitur.
2. SANDII *Bibliothecam Antitrinitariorum*, tanquam opus posthumum, collegit, emendauit, supplementis instruxit, idque typis exscribi curauit, nec non praefationem praemisit, quod praefixae eidem litterae *B. W.* extra dubium ponunt, in qua fusius exponit, quid in opere defuncti auctoris publicando praestiterit.
3. *Notas et explicationes in Catechismum Racou. concinnauit*, quae vna cum illis, quas FLORIAN. CRVSIVS

fecit, editioni eius de a. 1684. 8. *Stauropoli* per EVLOGETVM PHILALETHEM subiunctae sunt, quod titulus indicat. De his alio loco.

4. *Compendium ex* ERASMI OTVINOVII *Heroibus Christianis*, in linguam latinam transtulit, cuius sub ERASMO OTVINOVIO N. 3. p. 580. mentionem fecimus.

IOANNES LVDOVICVS A WOLZOGEN.

Austriacus, *Liber Baro in Tarenfelt* (*), *S. Vlrich etc.* e *Messingdorfiana* gente vel linea ortus, ex qua etiam natales suos repetiit, LVDOVICVS WOLZOGENIVS, *Professor Traiectinus et Ecclesiae Wallonicae Ecclesiastes*, ac denique *Pastor Amstelodamensis* eloquentissimus. Nostri fortassis pater vel auus fuit WOLZOGENIVS ille, cuius DVDITHIVS meminit in epistola ad PETR. MONAVIVM, *Smiglae* d. 21. *Iunii* 1586. scripta, in qua apud STIEFFIVM in vita DVDITHII p. 176. inquit: *Scit vnus omnium optime Dn.* WOLZOGEN *noster*, *quanta fide et sudoribus domui Austriacae ab ineunte adolescentia seruierim*, *et quanta cum dignitate operam Dom.* MAXIMIL. *nauauerim in Poloniae Regno.*

Natus circiter 1599. primum Reformatorum sacris imbutus, magnis diuitiis lautisque praediis pollebat, ipsique *Caesari* ob litterarum, imprimis Philosophiae ac Matheseos, nec non facundiae ornamenta commendatissimus erat, qui ipsi quoque spem munerum amplissimorum fecit, sub conditione suscipiendae antea religionis Romanae, quod auctor (sub litteris G. T. delitescens) praefationis, praefixae operi WOLZOGENII, cui titulus est:

Christ-

(*) Teste SANDIO p. 137. quod in BAVMGARTENII recensione *Biblioth. Hal.* T. VI. p. 169. scribitur: *Fahrenfeld.* In scriptis latinis simpliciter appellatur *Baro Austriacus*; in germanicis: *Baro de Neuhaeusel in Austria.*

Christliche Unterweisung ꝛc. enarrat, insimulque eum his verbis praedicat: "Er war ein Mann, so viel er uns in höchster Vertraulichkeit mit uns biß an sein seeliges Ende bekannt, von recht christlichem Eiffer und Wandel, der seine einige Lust am Gesetze des Herrn habend Tag und Nacht ihm nachgedacht, liebreich, sanftmüthig, mit der Demuth bekleidet gewesen. Denn ob er wohl auch im Fleische vertrauen konnte, als der von Geburt und Stande ein Freyherr von Neuhäusel in Oesterreich, von nicht geringem Vermögen und Landgütern, in Kayserl. Majestät Gnaden, wegen angebothener Beförderung unter gewöhnlicher Condition im Babstthum, von ungemeiner Erudition beym Herren Stande, von sehr angenehmen Qualitäten und Eigenschaften, von holdseeligen Lippen, daß nicht nur die Großen im Königreich Polen seine Conversation hoch beliebet; sondern er auch in Königlichen und Fürstlichen Heyrathsgesandschafften gebrauchet worden; so hat doch die Liebe zur Wahrheit Gottes, und zur Erkänntniß Jesu Christi seines Sohnes, sein Herz so gar eingenommen, daß er in Wahrheit um Christum zu gewinnen und in ihm erfunden zu werden, allen diesen zeitlichen Gewinn, gegen der Vortreflichkeit dieser Erkenntniß vor Außkehricht und Schaden geachtet. Und ob er auch in denen Philosophischen Schriften, vornemlich in Mathematicis hoch kommen war; so hat er doch die Ruhe und Ergötzung seines Gemüths nicht darinn, sondern allein in der Theologie und Erforschung der Wahrheit, und Erkänntniß der Lehre, die nach der Gottseligkeit ist, gesuchet und gefunden; und ist die H. Schrifft sein Auffenthalt, Freud und Leben, ja sein alles in allem gewesen, wie seine Arbeit in Christo, und viel Schrifften außweisen, derer er selber bey seinem Leben in Druck heraußgegeben, andere unter eigener Hand hinterlaßen, worüber er mich

ben seinem seeligen Abschiede zum Vollmächtigen Curator gesetzt." Cum religioni Pontificiae nomen suum dare nollet, vel vltro Austriae valedixit*, vel Pontificiorum persecutionibus patria exactus est. Hinc in Poloniam concessit, ibidemque et lectione librorum F. SOCINI, et conuersatione cum asseclis eius, Antitrinitariorum placitis imbutus, horum religionem amplexus est. Duabus eum vicibus ab epistolis fuisse Legatis, primo quidem cum a. 1625. *Sereniss. Elect. Brandenb.* GEORGIVS GVILIELMVS, sororem suam CATHARINAM, *Transyluaniae Principi* BETHLENIO GABORI sponsam ablegaret, et a. 1638. cum WLADISL. *Rex Polon.* legationem Lutetias mitteret, ad excipiendam sponsam suam LVDOVICAM MARIAM, LAVTERBACHIVS l. c. p. 346. commemorat. Post haec tempora variis in locis, in Polonia, ad terminos Marchiae et Silesiae, nec non *Gedani* commoratus est. A. 1644. d. 9. *Febr.* ita ABRAH. OPALINIVS, in epist. ad RVARVM *Gedanum* scripta, in epp. RVARI l. c. p. 673. inquit: "Generosum Dominum VOLZOGEN vel fuisse vel esse *Dantisci* autumo. Si sit, rogo, summam necessitatem videndi eius et vna conferendi me habere, innuat etc. In Polonia Principibus et Magnatibus carus ac gratus fuit, qui eius sodalitio, eruditione et consiliis vsi, ipsi aliquando sua, imo grauia quaedam negotia commiserunt perficienda. Sororem eius in matrimonio habuisse *Florianum Crusium*, sub hoc p. 211. notauimus. Quod praecipuis *Schwenckfeldii* opinionibus calculum suum adiecerit, in *contin. collect.* 1744. p. 813. euictum legitur. Specialiora de eodem in *Actis Synod. MSSCC.* occurrunt, in quibus nomen eius frequenter celebratur. Anno 1647. ex tenore decreti consessus Dazviensis RVARVS WOLZOGENIO persuasit, vt ad promouenda coetus incrementa in exte-

ras

ras prouincias iter ingredi velit. Ex statuto confessus Raszcouiensis a. 1649. RVARVS eum admonuit, ne absque fratrum censura scriptum aliquod theologicum in publicam lucem emitteret. Cum Io. HENR. HOTTINGERVS, Tiguro Heidelbergam vocatus, Basileae pro summo in Theologia gradu, de Scriptura S. et gratuita peccatoris per Christum iustificatione a. 1655. publice disputaret, WOLZOGENIVS in hoc conflictu academico, opponentis sparta functus est. Vid. Io. HENR. HEIDEGGERI *Historia vitae et obitus* HOTTINGERI, quae praefixa est huius *hist. Eccl. N. T. Vol. IX.* pl. c. p. 16. Vltimos vitae suae annos *Schlichtinghemii*, quod oppidulum haereditarium familiae *Schlichtingianae* fuit, haud procul *Fraustadio* transegit, quo loco IEREMIAS GERLACHIVS, p. t. *Senior* eum ab erroribus in viam veritatis reuocare studuit; sed irrito successu, siquidem WOLZOGENIVS morti proximus, accersito ad se GERLACHIO testatus est, quod in suscepta disciplina ad vltimum vitae terminum immotus persistere velit. Narrat quidem SANDIVS p. 138. eum circa annum 1658. in *Silesia* prope *Wratislauiam* obiisse; sed REINHARTO l. c. §. 14. *fol.* C. 2. fides habenda, qui eum a. 1661. d. 16. *Septemb.* SCHLICHTINGHEMII obiisse testatur, et quidem anno vitae 62. quod in effigie ipsius aeri incisa et operibus praefixa notatur, quam hac inscriptione ornatam deprehendimus:

Quem pia simplicitas, fides, facundia coelo
Infractusque malis mens animusque piis,
Commendat, pictor facie, nouisse docebit.
Muta tamen facies, gaudia nulla parit.
At calamo post fata loquens, oracla reclusit,
Heu, quod non potuit pandere cuncta volens.

Narrauit aliquando Vir quidam celeberrimus amico cui-

cuidam ante aliquot annos, certam ſe accepiſſe famam, quod WOLZOGENIVS morti proximus Theologum Lutheranum in mathematicis haud vulgariter verſatum ad ſe accerſerit, ac cum eodem de argumento ad Matheſin ſpectante colloquutus fuerit. Huic vero moribundum diſceſſus ex hac vita et aeternae ſalutis animae admonenti, WOLZOGENIVM dixiſſe, quod deliberato conſilio colloquium mathematicum hoc praeciſe tempore inſtituerit, vt demonſtraret, optime adhuc ſe ſui eſſe conſcium. In hoc mentis optime ſibi conſciae ſtatu ſemet teſtari, quod nequaquam poeniteat ſcriptorum ſuorum, imo potius omnia iisdem contenta a ſe in hoc mortis articulo iudicari vera. Quo enunciato, eundem a Theologo miſericordiae diuinae eſſe commendatum.

SCRIPTA:

1. Erklerung der beyden unterſchiedlichen Meinungen von der Natur und Weſen des einigen allerhöchſten Gottes: nemblich von dem einigen Gott dem Vater, und von dem einigen Gott in einem Weſen und dreyen Perſonen. Im Jahr Chriſti 1646. (*) 4. pagg. 106. Locus et nomen auctoris, non quidem expreſſa ſunt, conſtitit tamen SANDIO l. c. WOLZOGENII eſſe foetum. Io. FABRICIVS in *Hiſt. Biblioth.* P. V. p. 55. editum eſſe *Amſtelodami* perhibet; prodiiſſe vero *Thorunii*, REINHARTVS l. c. non absque ratione tradit. Inſertum eſt quoque WOLZOGENII operibus in Bibliotheca FF. PP. in linguam latinam translatum, a IOACH. STEGMANNO, *iun.* qui plura WOLZOGENII ſcripta in hoc idioma tranſtulit, ſub tit. *Declaratio duarum contrariarum ſententia-*

(*) In DAN. SALTHENII *Bibliotheca libb. rariorr.* p 259. N. 1254. proditur lucem vidiſſe a. 1641. An antiquior haec fuerit editio, an per errorem typographicum annus iſte allegatus ſit, a nobis determinari nequit. Poſterius probabile videtur.

tiarum: de vno Deo Patre, et de vno Deo in essentia et tribus personis.

In eo versatur scriptor, vt doctrinam coetus sui secundum Symbolum Apostolicum, cum orthodoxa Euangelicorum secundum Symbolum Athanasianum comparare, et in hac comparatione 19. absurda in articulo de Deo orthodoxis imputanda esse iactitet. In *praefatione*, se non parui momenti res proponere ait, quippe quae agant de natura et essentia vnius summi Dei, in cuius notitia ipse Christus posuerit vitam aeternam. Omnia igitur haec esse probanda ac ponderanda; vtra autem cui placeat sententia, eam tenendam ac conseruandam esse in pace et caritate, sine odio, sine acerbitate, sine contemtu aliorum, qui alteram, fortasse simpliciorem, sibique veri similiorem, amplectuntur. Cap. XIII. non absque horrore haec legitur propositio: Facilius est, vt homo sit asinus, quam Deus sit homo. Iam obseruauit illam SCHERZERVS in *System. Theol. Loc.* VIII. §. 9. p. 185. et in *Colleg. Anti-Socin. Disp.* XLV.

2. Christliche Unterweisung, wie diejenigen Oerter H. Schrifft alten und neuen Bundes, welche die heutige Christen insgemein zu Behaubtung der drey Persöhnlichkeit des einigen und allein wahren Gottes mißbrauchen, schrifftmäßig zu verstehen seyn. Allen, die den Herrn Jesum in Unverweßlichkeit lieb haben zur Erbauung gegeben, durch Joh. Ludwig von Wolzogen, Freyherrn von Newhäusel in Oesterreich. Im Jahr 1684. 4. *pagg.* 276. *praef.* 28. *indic.* 8. Exstat quoque in WOLZOGENII Operibus in latinam linguam translatum a IEREM. FELBINGERO, sub tit. *Explicatio locorum S. Scripturae, tam V. quam N. T. quae ad probandum dog-*

dogma Trinitatis afferri folent. Edidit illud germanice fcriptum poft mortem auctoris ex MSpto anonymus quidam G. T. quod teftatur alloquutio ad lectorem in fine. In longiori hoc praefamine auctor argumentum ab Vnitariis faepius tractatum repetit, nimirum de Reformatione ecclefiae, quam ab Vnitariis omnium optime fufceptam effe venditat; fecundum illud diftichon:

"Alta ruit *Babylon*, deftruxit tecta *Lutherus*,
"Muros *Caluinus*, fed fundamenta *Socinus*."

Ipfum opus duabus abfoluitur partibus. In *prima*, S. Scripturae dicta expenduntur, ex quibus orthodoxa de SS. Trinitatis Myfterio doctrina demonftratur; habetque capita XIV. In *fecunda* tractantur dicta, ex quibus orthodoxi Chriftum fummum atque aeternum effe Deum, patrique confubftantialem euincunt; habetque capita XXXIV.

A *Vogtio* l. c. p. 729. hoc opus numeratur inter omnium rariffima grauiffimaque fubtiliffimorum Socinianorum fcripta. Vid. MICH. LILIENTHALII *Biblioth. exeget.* p. 1117. WOLZOGENII et ZWICKERI tela contra Spiritus S. perfonalitatem et Chrifti diuinitatem vibrata folidiori certamine profligauit Io. CONR. DVRRIVS in *Chriftianifmi per hypothefes et dogmata Socinianorum euerfione*, Differtationibus XIV. cum quatuor adpendicibus ac differtatione de Chriftianis et Chriftianifmo. *Altorff.* 1673. 4.

3. Die triumphirende Kirche unfers Herrn hier auf Erden.
4. *Breues, in meditationes Metaphyficas* REN. *des* CARTES *annotationes. Amftel. ap.* IO. HENRICI a. 1657. 4. In linguam belgicam translatae per M. K. *Amftel.* apud FRID. KLINCKHAMERVM. 4. Latine infertae funt operibus WOLZOGENII.

5. *Epi-*

5. *Epistola* ad Io. AMOS. COMENIVM germanice ſcripta, pro defendendo MELCH. SCHAEFFERO aduerſus COMENIVM, inſerta huius libro in linguam latinam translato et euulgato *Amſtel.* apud IANSSONIVM, 1659. 8. Vid. ſub MELCH. SCHAEFFERO N. 1. p. 760. Scripſit quoque WOLZOGENIVS librum germanicum, quamvis typis non euulgatum, pro SCHAEFFERO aduerſus COMENIVM, cuius mentio fit in Actis Conſeſſus, Cruciburgi in Sileſia a. 1663. inſtituti, qui fortaſſis, cum aliis auctoris ſcriptis periit.

6. *Epiſtolae* ad DAN. BREENIVM et alios MSC.

7. *Commentarii in IV. Euangeliſtas, germanice*, in latinum translati a IOACH. STEGMANNO *Iun.* l. c. inſerti.

8. *Commentarii in Epiſtolas Paulinas* itidem germanice. Autographum a quibusdam, qui proprium potius, quam publicum quaerebant commodum, flammis abolitum eſſe, SANDIVS refert l. c. p. 138. Alii narrant, caſu periiſſe incendio. Io. FABRICIVS l. c. P. II. p. 75. iudicat, editorem *Bibliothecae FF. PP.* hos WOLZOGENII commentarios igni tradidiſſe, ne lucro ex Bibliotheca hac captanda officerent. Vid. SCHELHORNII *Amoenit. litter.* T. VII. p. 128. Exſtat tamen ex illis *vita S. Pauli*, latine reddita et *operibus* WOLZOGENII inſerta.

9. *Conciones Sacrae XXII.* lingua germ. MSC. fol. et in belgicam translatae per ANTON VAN HOECK etc. Vid. SANDIVS l. c. p. 139.

10. *Germanicam verſionem libri* Io. CRELLII *de vno Deo Patre* adornauit, quae a. 1645. 4. prodiit. *Vid.* ſub *Io. Crellio*, N. 3. p. 132.

11. Unterweiſung zu nützlicher Leſung der H. Schrift ꝛc.

Latine redditum et insertum est l. c. sub tit. *Praeparatio ad vtilem sacrarum litterarum lectionem.* In huius *Parte I.* de natura et qualitate Regni Christi et religionis christianae disseritur; in *altera* vero doctrina de tribus in vna Deitate personis ex mente auctoris expenditur. Belgice prodiit, vna cum tribus sermonibus in *Io.* XVII. 3. et cum non nullis additamentis *D.* PETRI LANGEDVLT a. 1676. 8. Vid. SANDIVS p. 140.

12. *Compendium religionis Christianae*, l. c. insertum. Mentio eius iam a. 1628. facta in epistola, quam FLORIAN. CRVSIVS, IOACHIMO PEVSCHELIO scripsit, apud ZELTNERVM l. c. p. 806.

13. *Conciones III.* super *Io.* XVII. 3. Insertae *Operibus* auctoris. Belgica versio prodiit 1673. 12. adtexta quoque scripto N. 11. allegato.

14. *Annotationes ad quaestiones* IONAE SCHLICHTINGII *a Bukowiec de Magistratu, bello, et priuata defensione.* Insertae l. c.

15. *Responsio ad* ION. SCHLICHTINGII *annotationes, in annotationes de bello, Magistratu et priuata defensione.* Ibidem occurrunt. In his duobus scriptis, controuersia inter Socinianos a F. SOCINI temporibus agitata, de Magistratu, bello et suppliciis capitalibus iterum tractatur.

16. Scripsisse WOLZOGENIVM librum germanicum sub titulo: ANATOMIA LICINII, ex actis Synod. MSSCC. a. 1636. colligimus.

17. Des Baron von Wolzogen Abhandlung von den Ursachen des Todes Christi, MSC. 4. pl. $4\frac{1}{2}$. Libelli huius SANDIVS nullam fecit mentionem, qui nitide (vt videtur, ab ipso auctore) descriptus ad nostras peruenit manus. Tres in eodem auctor mortis Christi adfert

adfert rationes; nimirum 1) Vt certam indubitatamque ſpem remiſſionis peccatorum, h. e. liberationis a morte aeterna conſequeremur; 2) Vt per hanc remiſſionis peccatorum ſpem corroborati ac viribus inſtructi, a peccatis deſiſtamus, Deoque in ſanctiſſima obedientia vitaque innocente ſeruiamus; 3) Vt Chriſtus per hanc mortem ſuſceptam miſericors Pontifex fieret, ſummamque poteſtatem obtineret, ad vindicandam nobis re ipſa peccatorum remiſſionem. An ſcriptum vmquam prelo exemtum fuerit, nec ne, prorſus nos latet. Ex numeris ac ſignis, ſingulis MSCti paginis, a typographo, vt veriſimile videtur, adiectis, colligimus, prelo illud aliquando fuiſſe deſtinatum, niſi forte illa paginas exemplaris typis iam exſcripti ſignificent. *Io. Crellium* idem tractaſſe argumentum, ſub hoc N. 1. p. 130. notauimus.

PHILIPPVS ZBOZY ZAKRZEWIVS.

Socinianus ſine omni dubio, quod ſcripta eius euincuut. De eius perſona ac vitae fatis, nihil adhuc nobis innotuit, praeter quod fratrem habuerit LVCAM ZAKRZEWSKIVM, qui in Ieſuitarum ordinem Romae ſuſceptus, ex hoc loco admonitionem ad fratrem *Philippum* ſcripſit.

SCRIPTA:

1. Odpowiedz na Aſſercye nowego Collegium Poznanskiego o troiſtym a iedynym Bogu; kwoli Panu nieoznaimionemu. Przez *Filipa Zbozego Zakrzewskiego.* Do Efeſkich w. 4. Mow kazdy prawde blizniemu ſwemu. i. e. *Reſponſio ad Apologiam ſeu aſſertiones noui Collegii Poſnanienſis de Deo trinuno et vno, in gratiam Domini anonymi per* PHILIPP: ADAVCTVM ZAKRZEWSKI *Eph.* IV. *Loquamini veritatem, quisque*

cum vitae ſuae ſocio 4. *pl.* 10½. absque temporis et loci, quo impreſſus eſt, commemoratione. Dedicatio ſcripta *Dno.* RAPHAELI de LESZNO, *Caſtellano Srzemſcenſi*, data *Zakrzeuiae* d. 20. *Decemb.* 1581. complectitur fere 2. plagulas, exhibetque ſuccinctam refutationem ſcripti, quod VALENT. NEOTHEBELIVS aduerſus Socinianos diuulgauerat, eidemque Caſtellano dicauerat. Occupata eſt dedicatio circa dicta quaedam Socinianis oppoſita *Baruch.* III. 37. *Ieſ.* IX. 6. XL. 10. 11. etc. ad quae paucis reſpondetur, ſimulque SIMON BVDNAEVS, cuius opinioni de Chriſto auctor omnino aſſenſum praebet, aduerſus criminationes Collegii Poſnanienſis defenditur. *Vid.* EPHR. OLOFF. *Hiſt. cantion. polon.* p. 203. In eadem dedicatione incidenter narrat, VALENT. NEOTHEBELIVM prodromum hiſtoriae IOANNIS BASILIDIS, magni Moſcouiae Ducis in publicam lucem emiſiſſe, quocirca admonetur, vt huius generis ſcriptis elaborandis in poſterum ſtudeat, libris vero theologicis concinnandis abſtineat prorſus. Innuit his verbis ſine dubio carmen ipſius polonicum, ſub tit. Acroſtichis wlaſnego Wyobrazenia kniaża Wielkiego Moſkiewſkiego etc. i. e. *Acroſtichis propriae delineationis Magni Moſcouiae Principis* etc. 1581. 4. *pl.* 4. publicatum, quod Satyricam Principis huius deſcriptionem exhibet. Acroſtichon iſtud nomen ac titulum auctoris manifeſtat, nimirum: VALENTINVS NEOTHEBEL *Lipſenſis*, *Mynyſter* ſłowa Bożego w Modlibożycach na Kuiawach; i. e. VAL. NEOTHEBEL, *Lipſienſis. Miniſter verbi diuini Modlibozyciae in Cuiauia.*

In fine dedicationis ZAKRZEWIVS occaſionem et ſcopum libelli huius exponit; aſſertiones nimirum *Col-*

legii

legii S. I. Posnaniensis ab incognito quodam sibi esse exhibitas, quas in praesente opusculo refutare constituerit. Has ipsas *assertiones theologicas de trino et vno Deo aduersus nouos Samosatenicos, ex praelectionibus Collegii Posnan. excerptas etc.* FAVSTVS quoque SOCINVS, quamuis post ZAKRZEVII responsum oppugnauit. In hoc auctor primum in genere non nulla aduersus Assertiones monet, postea autem eas p. 6-31. sigillatim sub examen reuocat. Cum prima assertio aduersus SIM. BVDNAEVM eiusque asseclas statuta sit, hunc auctor defendit, negatque Christum ante MARIAM exstitisse, Spiritumque S. esse personam, p. 6. 13. Doctrinam de mysterio SS. Trinitatis tempore IVSTINI MART. obstetricante Philosophia gentili esse inuentam prodit. Dictum *Prou.* VIII. per Prosopopoeiam p. 11. explicat. Ad *Io.* VIII. 58. hanc inconuenientem profert instantiam p. 12. sequi scilicet inde, quod etiam homines ante mundum conditum fuissent, quia ante iacta mundi fundamenta electi sunt. Circa quartam *Assertionem Posnan.* callidissime prouocat p. 15. ad STAN. HOSII verba in *Confess. Petricou.* (*) *de fide* cap. XXVII. *Tres personas, vnum Deum, nulla nobis expresse tradit Scriptura, atque adeo ne reperitur quidem personae nomen de Deo dictum etc.* In verbis institutionis baptismalis *Matth.* XXVIII. ex opinione auctoris p 18. nulla pro S. Trinitate demonstratio continetur; sed beneficiorum recordatio, quae vnicus

 Deus

(*) STAN. HOSII, *Cardin. et Episc. Varmiens. Confessionis Christianae catholicae fidei Petricouiensis Synodi nomine conscriptae, sed nunc ab eodem plurimis accessionibus sic locupletatae, vt nouum fere opus videri possit. Tomi II.* Colon. ap. MATERN. CHOLINVM 1573. 8. *Romae* ap. PAVL. MANVTIVM 1569 fol. *Cracou.* 1553. 4. ap. *haered.* MARC. SCARFFENBERG. *Diling.* 1557. 4. De hoc opere HOSII alio loco plura. Vid. HOFFMANNVS *de typogr. polon.* p. 11.

Deus hominibus per Christum exhibuit, et per donum Spiritus sui obsignauit, quorum conuictionem et viuam sensationem habere debent omnes, qui baptismum in commodum ac salutem suam susceperunt. Per *principium Io.* I. 1. intelligit p. 20. seqq. vel rerum creatarum principium, quo Iesus eo respectu verbum fuit, quod Deus de illo tanquam semine mulieris, primum verbum ac promissum protulerit, quod verbum deinde caro factum; vel principium N. T. quo Deus vltimo locutus est per Filium suum *Ebr.* I. Verba *Psalmi* II. *Tu es Filius meus etc.* p. 26. de DAVIDE, tanquam Christi typo et per gignere, potentiam ac triumphos DAVIDIS de hostibus suis reportatos intelligit etc. In genere parum vel nihil soliditatis animaduertitur in hoc opusculo, cui quinque adtexta sunt additamenta, inuersa tituli pagina allegata, nimirum:

2. Kopie Listow do *Lukasza* Brata. Krwiom rodzonego, Iezuity w Rzymie bendoncego, tegoż *Filipa Zbozego Zakrzewskiego;* h. e. *Copia litterarum eiusdem* PHILIPPI ADAVCTI ZAKRZEVII, fratri suo germano LVCAE, Iesuitae Romae viuenti datarum. P. 33-48. *Altera* epistolarum scripta 1581. *M. April.* responsoria est ad fratris epistolam, *Roma* d. 1. Nou. 1580. scriptam, qua is fratri et consanguineis suis propositum adsciscendi ordinem significauit, quod PHILIPPVS male fert fratremque praecipitantiae accusat, ac simul aduersam ordinis rationem pessimosque mores describit. In *altera*, data *Zakrzewiae* 27. *Octob.* 1581. conqueritur, quod nullam a fratre suo acceperit responsionem litterasque suas esse interceptas arbitratur; praeterea ab eodem, cui fratris titulum in posterum se denegaturum testatur, petit, vt aliquando significet, quis eidem

eidem ad ſuſcipiendum votum et ordinem auctor fuerit, et tandem veram ordinis conditionem exponit.

3. Lament tegoż *Filipa* Zakrzewskiego na ſmiertelny upadek Brata iego krwiom urodzonego *Lukaſza Zakrzewskiego* z namowy etc. i. e. *Querela eiusdem* Phil. Zakrzevii, *de exitiali lapſu germani fratris ſui* Lvcae Zakrzevii, *ad perſuaſiones illorum etc.* p. 49-52. Eſt elegia ſapphica rhytmis polon. ſtrophisque XXVIII. concinnata, de Apoſtaſia et ſeductione fratris ſui, qua perſtringuntur eiusdem ſeductores.

4. Modlitwa i. e. *Oratio* p. 52-59. continet praeter gratiarum actionem et peccatorum confeſſionem, precationem donorum ſpiritualium, pacisque temporalis et proſperae ſalutis, pro omnibus hominum ordinibus conſequendae.

5. *Epitaphium* abo napis na grob trzech Synow moich, *Simeona*, *Adama*, *Pawla*, prentko po ſobie zmarlych, y tu pochowanich i. e. *Epitaphium trium meorum filiorum*, Simeonis, Adami et Pavli, *breui tempore defunctorum et hoc loco ſepultorum.* p. 60. 61. Eſt oda trochaica ſtrophis XIII. quadrilineis concinnata, in qua defuncti introducuntur colloquentes, et conquerentes de ſepulturae ſuae loco in vulgari campo, denegatoque pregrinae religioni addictis ordinario tumulo in templo. Carmen elegantiarum et venuſtatis plenum eſt, ſic iudicantibus poeſeos polon. gnaris.

6. Iutrzenka zloſci ludzkie obiavia y do wlasnego powolania każdego budźi etc. i. e. *Stella matutina male hominum opera manifeſta reddit, ac vnumquemque ad curandum officium ſuum prouocat etc.* p. 62-64. Cantilena trochaica XXIII. Strophas quadrilineas complectens

ctens, flagitia ac peſſimos aetatis ſuae mores, et manuductionem ad virtutem commonſtrans.

ZARNOVIVS.

Accenſendus omnino illis eſt, qui in Polonia circa negatam Chriſti praeexiſtentiam in ARII caſtris pugnarunt, et in articulo de Spiritu S. paria cum SOCINO ſenſerunt. Sententia eiusdem expreſſa eſt in opere quodam polonico ab eodem in lucem emiſſo. *Vid.* SANDII *Hiſt. Eccl. enucl.* p. 431. Non commutandus eſt cum GREGORIO ZARNOVECIO, qui aliquando ZARNOVIVS audit, Miniſtro Vloſczeuienſi, qui in Synodo generali Thorunienſi a. 1595. adfuit, eiusque ſtatuta ſubſcripſit, quibus *Conſenſus Sendomirienſis* eſt confirmatus, qui quoque a. 1597. *Poſtillam Polonicam fol.* in lucem emiſit.

ZGLOBICIVS.

Legitur nomen hoc, caeterum, quantum recordamur incognitum, aliquoties in epiſtola tertia F. SOCINI ad MATTH. RADECIVM data, in *Epp.* SOCINI p. 155. *ſeqq.* Quis vero fuerit, et qualem ſuſtinuerit perſonam, exinde colligi nequit, praeter quod cum MATTH. RADECIO diſceptationem epiſtolicam de adoratione et inuocatione Chriſti illum habuiſſe liqueat.

NICOLAVS ZITNIVS, *vel Zitinſcius.*

In colloquio Skrynienſi 1567. de quo plura aliquando ex *Act.* MSSCC. ex Arianorum partibus inter colloquentes ſtetit. Idem in Synodo Lublinenſi a. 1589. aduerſus *Socini explicationem Cap.* VII. *ad Rom.* acriter in initio diſputauit; ſed inter diſputandum, cum idem caput ali ratione explicare niteretur, ad *Socini* ſen-

ſententiam tranſiit, de quo *Przypcouius* in vita *F. Socini.*

CHRISTOPHORVS ZWIARTOVIVS.

Inter primaria familiae Socinianae circa euerſam in Polonia fortunam, fulcra referendus, cum ipſi pariter ac SAM. PRZYPCOVIO a. 1641. in Synodo Piaſcenſi commendatum fuerit, vt in cauſſa religionis ſolidam, argumentisque ex quocunque iure petitis ſtabilitam defenſionem concinnarent. Inter ipſa interim aduerſa coetus huius fata, anceps haeſiſſe videtur, ad quas ſe conferret partes; hinc epiſtola illa, cuius ſub IAC. RYNIEVICIO N. 5. p. 740. mentionem fecimus, ad eum ſcripta.

DANIEL ZWICKERVS.

Dantiſcanus Boruſſus, cui pater extitit *Fridericus Zwickerus, ſenior*, ad templum Bartholomaeo ſacrum, quod *Gedani* eſt Eccleſiaſtes; natus in hac vrbe a. 1612. Male igitur aliam ZWICKERI prodit patriam, ſimulque maximae in re geographica ignorantiae documentum exhibet *Gaet. Mar. Trauaſa, in Storia Critica della vita di Arrio*, in praefixo huic libro indice ſcriptorum, quibus in conficienda vita Arii vſus eſt, ſcribens: *Daniello Zwickero nato in Drent luogo della Germania inferiore, nella Veſtfalia.* Iuuenili aetate ſtudio medico in *Academia Regiomontana* ſemet dicauit, quam teſtante albo ciuium a. 1629. d. 8. *Iunii* acceſſit, et Rectore Academiae *D. Chriſt. Ohmio* absque ſollemni iuramento, quod demum 1630. d. 30. Iulii, Rectore Academiae *Reimero* praeſtitit, in numerum academicorum receptus eſt (*). In litte-

(*) Duo praeterea *Danielis* fratres natu maiores, *Fridericus*, qui

litteris tantos hoc tempore fecit progressus, quantos in religione deinceps errores ac singulares prorsus conceptus adsciuit. Publicam quoque in hac Academia habuit disputationem anatomicam a. 1634. d. 27. Octob. sub praesidio *Dan. Bckheri*, *Licent. et Prof. Med. de natura et constitutione spagyr. partis generantis.*

Eundem a *Floriano Crusio* Antitrinitariorum placitis esse infectum, extra omne dubium positum est, id quoque confirmante *Hartknochio*, l. c. L. III. C. XI. p. 849. qui pariter significat, fratrem eius, cui idem cum patre praenomen erat, et qui huic quoque in munere Ecclesiastico successit, in cuius domo *Daniel* hospitium habuit suum, omnem adhibuisse curam, germanum suum a veritatis tramite abberrantem ad ecclesiam reducendi. Hoc igitur curante, *D. Bottsaccus* aliique celeberrimi huius Emporii Theologi cum eodem Colloquium instituerunt, quod tamen effectu omni caruit. *Zwickerus* igitur, qui colloquiis suis et scriptis diuulgatis varias excitauerat turbas, per Magistratus mandatum vrbe egredi coactus est. Inde in Poloniam concessit, vbi in conuentu Siedliscensi a.

1643.

qui Patri in munere ecclesiastico successit, et *Salomon*, a. 1619. albo Studiosorum Acad. Regiom. inserti sunt. *Fridericus*, in hac ipsa Academia beneficiis subleuatus, a *Rectore Magnifico Dan. Halbachio, a Porta*, schedulam obtinuit pro loco in communi conuictorio, testante *Diario Rectorali MSC. Salomon* deinceps Rector Scholae d. *Catharinae* dicatae *Dantisci* extitit, de quo *Praetorius* in *Athen. Gedanensi*, p. 183. Praeter hos a. 1626. *Samuel* et a. 1630. *Balthasar*, *Zwickeri*, Dantiscani in ciuium Acad. Regiom. numerum suscepti. *Samuel* in hac ipsa Academia a. 1632. publice orationem solemnem politici argumenti habuit, quae tractat *Delineationem iustarum belli suscipiendi causarum tempestate hac maxime infuscatarum succinctam*, quae quoque prelo exemta, Regiomonti, 4. pl. 4. Inclaruit quoque *Christoph. Zwickerus*, ciuis Gedanensis, qui Senatui Gedanensi a. 1647. d. 18. Octob. per epistolam librum suum adscripsit, cui titulus: *Compendium Horologico-Sciotericum* et Geometricum, oder kurzer Begriff von Abtheilung allerhand Sonnen-Uhren rc. cuius editio secunda prodiit *Norimb.* 1675. 4.

1643. vna cum *Hesichio* quodam (de quo *vid.* p. 416.) comparuit. Deinde *Straßinii* prope *Gedanum* aliquod tempus perstitit. Postea in Morauiam concessit, et quid negotii inter fratres Morauos egerit, ipse in epistola ad *M. Ruarum* scripta, in huius *Epp. Cent.* I. *ep.* 70. enarrauit. Cum fratribus istis Morauis bonorum quoque communionem propugnauit, eamque toti Christianorum coetui commendauit.' E Morauia 1654. redux iterum *Straßinii* ad tempus commorabatur. A. 1657. in *Belgium* se contulit; anno enim 1664. iam septennium in Belgio insumserat, colligente id *D. Maukischio* in *Anti-Zwickero*, p. 106. ex *Comenii* Admonitione tertia. Diu hinc inde vagatus, tandem obiit *Amstelodami* a. 1678. d. 10. Nou. aetatis anno 67. Plures ipsi fuere liberi, qui patre iam grandaeuo et sexagesimum quintum agente annum teneri adhuc extiterunt, quod ipse *Mart. Ruaro* refert, in huius *Epp.* Cent. I. ep. 74. Dicauit *Zwickero Comenius* 1661. d. 3. *Febr.* nouam editionem Theologiae naturalis, siue libri creaturarum a *Raymundo de Sabundo* Hispano, olim conscripti et *Venetiis* 1581. editi, eumque *Zwickero* maxime commendauit. De eodem *Io. Fabricius* iudicat, quod fuerit vir pius et integer, nec talis, qui malo erraret animo. Ipse octennio ante obitum suum narrauit *Fabricio*, se miram Dei prouidentiam semel atque iterum expertum esse: Nam die quodam, quo ne obolum quidem haberet vnum ad vitam tolerandam, et coniux ipsius plane desperaret, sese Dei opem ardentissimis inuocasse precibus, idemque vt ipsa faceret, vxorem hortatum esse, nec preces istas fuisse irritas; aduenisse enim ante solis occasum nuntium, qui ab anonymo sibi adferret sacculum cum 1000 florenis hollandicis. Vocatum etiam se aliquot fuisse vicibus ad Magistratum, iussum-

ſumque religionis cauſſa ex vrbe excedere, ſed ſemper fuiſſe aliquem in numero Senatorum, qui intuitu ſenectutis ſuae, et quod ſibi viueret, néc contra officium boni ciuis peccaſſet, patrocinium ſibi praeſtaret, triſtique ſententiae intercederet.

Zwickerus, recte ſentiente ZELTNERO in notis ad *Epp.* RVARI p. 250. fuit homo ambiguae, vt vitae ſedisque ac fortunae, ita quoque religionis, verique nominis indifferentiae in religionis negotio patronus, quod eius ſcripta condocefaciunt. Ipſe certe Socinianus, quorum tamen primarios in doctrina errores tuebatur, videri dicique nolebat, ſed peculiari libello, a priſtina illa ſocietate ſe diſceſſiſſe profeſſus eſt. Io. AD. OSIANDER in *Theol. poſit. acroam.* allegante verba ANDR. CAROLI in *Memorab. Eccl.* Saec. XVII. T. I. p. 795. ita de eodem ſcribit: "Quaerere lubet, quale animal ſit DAN. ZWICKERVS, et cuius religionis? Profitetur enim ſe, nec Lutheranum, neque Caluinianum, nec Remonſtrantem, nec Socinianum, nec Mennonitam, nec vllum alium ex hodiernis ſectis eſſe hominem, ſed cum nulla prorſus communicare. — — — Vt in regno naturae dantur monſtra, quae a corporibus naturalibus abludunt; ita in regno gratiae ſingularis erit, irregularis et mirabile monſtrum." Ipſius ſcripta enumerauit *Andr. Charitius*, *de viris eruditis Gedani ortis.* p. 136. *Sandius* l. c. p. 151. ſeq. *Walchius*, in Bibl. theol. T. I. p. 920.

SCRIPTA:

1. Frage: Ob ein Chriſt noch allezeit etwas anzuhören und zu unterſuchen ſchuldig ſey? Editum 1649. 4. *Decembr.* De hoc ſcripto a nobis nondum viſo, ita *Io. Fabricius* l. c. P. V. p. 56. "Non hic ſermo eſt de clariſſima cognitione, vt Deum eſſe, eumque ſolum colendum, ſed

ſed de re inter Chriſtianos controuerſa, quam quis nondum vt fas eſt, examinauit, et contra aduerſarium euicit: hoc caſu hominem Chriſtianum cogitare debere, ſententiam ſuam non adeo eſſe certam et infallibilem: atque ideo fieri poſſe, vt ab aduerſario, qui ſe offert ad ſufficienter comprobandam aſſertionem ſuam, ſibi quid melius, quam adhuc viderit, oſtendatur, ac demonſtretur. Atque haec quaeſtio ab auctore affirmatur, probaturque 1) Exemplis Concilii Iudaici tempore GAMALIELIS. *Act.* V. 35. ac BEROENSIVM; *Act.* XVII. 11. 12. 2) Iudicio et confeſſione variarum ſectarum; 3) Periculo damnationis aeternae."

2. Kurze und richtige Anleitung in welchen Fällen und Oertern die Schrift eigentlich oder figürlich müße ausgeleget und verſtanden werden. 1650. 4. Belgice quoque prodiit a. 1678. Auctor ſemet amatorem veritatis et pacis adpellat, quem *Zwickerum* eſſe, nullum dubium eſt. Vid. SANDIVS p. 151. Docet in eodem, numquam, niſi ſumma poſtulet neceſſitas, a ſenſu litterali eſſe recedendum; tunc autem poſtulare, ſi de re quadam duo enuncientur, quorum alterum cum altero pugnat.

3. Regeln und Bekenntniß der eyffrigen Chriſten. 1650. 8. d. 26. Iul.

4. Hiſtoriſche Erzehlung des Abtritts *D. D. Z.* von ſeiner erſten Meinung. 1651. Omnino inficiatur ſe eſſe SOCINI ſectatorem, et occaſionem ſibi ad hoc ſcriptum diuulgandum datam eſſe ait, a MOCHINGERO pro ſuggeſtu contra Socinianos acriter diſputante. Hinc enim factum, vt ipſe eorum ſcripta euoluerit, cum S. Scriptura contulerit; nec tamen confeſtim animum mutaſſe, ſed poſt diuturnum examen multamque

luctam,

luctam, et varias, cum viris eruditis, BOTSACCO, CALOVIO, MOCHINGERO aliisque collationes, a priori ſua opinione de tribus in vna diuina eſſentia perſonis diſceſſiſſe.

5. Ante annum 1654. prodiit eiusdem ſcriptum *de admodum periculoſo et minime chriſtiano Sectariorum omnium ſtatu;* cuius ipſe meminit in epiſtola ad RVARVM, in huius *Epp. Cent. I.* N. 70.

6. *Reuelatio Catholicismi veri;* das iſt: gründliches Urtheil von der friedſamſten und gewißeſten Lehre der Chriſten, worinnen die Schwachheit des Wiederparts der Monarchianer entdeckt wird. 1655. 10. *Febr.* absque auctoris nomine, temporis locique quo impreſſum commemoratione. *Vid.* ſub ANDR. WISSOW. *iun.* N. 26. et PLACCII *Anon.* N. 1699. (αα) p. 420. Belgice quoque translatum prodiit ſub tit. Openbaaringe van het waare algemeen Geloof, dat is, een grondig Oordeel van de vreedſamſte en ſekerſte Leere der Chriſtenen. Huic adiunctum eſt: Een aanwyzinge van de rechte Manier van Diſputeeren. Item noch 21 Grondregeln, naa welcke de geheele Schriftuur moet uytgeleegt en verſtaan worden, (v. ſupra N. 2. et infra N. 30.) met een Voorreeden van ADRIAN SWARTEPAARD. *Amſtel.* 1678. 4. M. *Maio.* Reuelatur in hoc ſcripto, quod auctor ſuo ingenio perſuadet, debilitas eorum, qui *Monarchianis*, ſiue *Vnitariis* aduerſantur. Doctrinam enim de vno Deo, tam ſecundum perſonam, quam ſecundum eſſentiam, ait omnium eſſe maxime pacificam et certiſſimam, aduerſarios autem ſuos ſubinde peccare petitionibus principii, atque ita lapſos eſſe ALB. GRAWERVM, FACVLTATEM THEOL. WITTEBERG. BALTHAS. MEISNERVM, IO. GERHARDVM, IO. BOTSACCVM,

SACCVM, IO. HENR. BISTERFELDIVM, ABRAH. CALOVIVM, DIONYS. PETAVIVM, IOS. PLACEVM et HOORNBEECKIVM. Peccari etiam contra legitimum diſputandi modum, quando 1) reſpondenti, libertatem dicendi, locum hunc aliter poſſe intelligi, ademtum eas; 2) ſi ex theſi diſtinguas; 3) ſi confugias ad myſterium, aut ex reſpondentibus facias opponentes.

De argumento operis huius D. IO. MAVKISCHIVS *in Anti-Zwickeri Sciagraphia* prooemiali ita iudicat: "Dn. D. IO. BOTSACCVM, quod multa millia petitionum principii, Regula de Tri e foliis computanda, in ANTI-CRELLIO commiſerit, mendaciter arguit, ac maioribus plane infirmis formatis, omnes Patres, Theologos et Doctores celeberrimos, Lutheranos, Pontificios ac Caluinianos, Philoſophosque clariſſimos petitionum principii accuſauit, ſubſannauit, et cum primis diſtinctionem ex theſi deſumtam, de diuina et humana natura Chriſti falſitatis damnauit etc." Varias quoque ex hoc opere particulas MAVKISCHIVS ſuo inſeruit *Anti-Zwickero*.

Praeter ea, quae MAVKISCHIVS, huic ac proxime ſequenti ZWICKERI libro oppoſuit, illum toto ambitu refutandum ſuſcepit PAVL. FELGENHAVERVS in *Refutatione Paralogismorum Socinianorum etc. Amſtel.* 1656. 12. *pl.* 8. *Vid. Relat. innoc.* 1712. p. 961. et MAVKISCHIVS l. c. p. 174. ſeqq. FELGENHAVERVS tamen, homo fanaticus in alterum prolapſus eſt extremum, humanam Chriſti naturam negans, teſte MAVKISCHIO l. c. et im probirten Verſtands und Gedenkbuch, *Gedani* 1665. 12. p. 810. ſeqq. Vtrique parti pugnanti oppoſuit IO. AM. COMENIVS *Luctam cum Marcioniticis deliriis a dextris et ſiniſtris. Amſtel.* 1662.

1662. 8. Huc quoque pertinent MART. SCHOOCKII *Sophistica Zwickero-Sociniana. Groning.* 1664. 8. et IO. GVIL. BAIERI *diss. praes.* SEB. NIEMANNO, *qua Concilii Nicaeni auctoritas atque integritas a criminationibus* DAN. ZWICKERI *Monarchiani* et CHRISTOPH. SANDII *Ariani* defenditur, *Ien.* 1671. 4.

7. *Illustria aliquot specimina infelicis pugnae* ABRAH: CALOVII, *SS, Theol. D. susceptae in Theologia Naturali et Reuelata contra* IOH. CRELLII *Franci librum de vno Deo, Patre:* (sub nomine SS. Literarum studiosi) *Amstelodamo* 1650. 4. M. *Iunio.* Ex hac temporis commemoratione patet, librum hunc quinque annos ante proxime notatum prodiisse SANDIVS enim l. c. p. 151. seqq. temporis ordinem minus obseruauit. Ponit auctor verba vtriusque, ipse autem ostendit, aut iactitat ostendere infelicitatem pugnae. Addit etiam appendicem, quae ANDR. KESLERVM carpit, quod scripserit: "rectissime et sufficienter ex thesi per distinctionem diuinae et humanae naturae in Christo illis responderi, qui, vt diuinam naturam in Christo negent, ipsius Christi testimonium adducunt, Patrem se maiorem esse dicentis." Vid. IO. FABRICIVS l. c. Librum hunc *Zwickeri* ne Socinianis quidem arrisisse, *acta MSSCC.* comprobant. In Synodo enim Raszcoviensi a. 1650. auctorem per *Wissowatium* monuerunt, ne quid theologici argumenti absque fratrum censura futuro tempore publicaret.

D. IO. MAVRISCHIVS et hunc librum, et eiusdem auctoris *Reuelationem Catholicismi veri*, N: 6. sub examen vocare coepit, illo hoc narrante in *Anti-Zwickeri sciagraphia prooemiali.* Prodiit igitur libellus sub titulo: *Disputationum triga de insignibus inscitiae*

ſcitiae ſpeciminibus. Gedani 1656. 4. *Prima* harum diſputationum, habita 1655. 13. *Maii* hunc prae ſe fert indicem: *De petitione principii, ſ. eorum, quae in principio poſita ſunt; pl.* 4. *altera* eodem anno d. 8. *Iulii* ventilata: *De diſtinctione ex theſi, et ineptis argumentationibus* ANONYMI, P. I. *Reuelat. Cathol. allatis; pl.* 5. *tertia* 1656. 17. *Febr* habita, *de VI. vitioſis Anonymi maioribus propoſitionibus*, quibus *Revelat. Catholic. veri etc. innititur, et munere Reſpondentis, ſi reſponſionem ſuam datam e Scripturis confirmare velit, quomodo ei onus recte ſolideque probandi, iure iniungatur. pl.* 4. Cum ZWICKERVS, octo annis praeterlapſis a. 1664. *Notas breues etc.* (de quibus infra N. 14.) aduerſus diſputationes MAVKISCHII concinnatas, in MSC. fratri ſuo FRID. ZWICKERO, *Paſtori ad D. Barthol. Gedanum* ſub dato 1. *Aug.* transmiſiſſet; MAVKISCHIVS tribus iſtis diſſertationibus, nouem praeterea addidit, in quarum *prima* (vel ſecundum ordinem cum tribus prioribus quarta) notas illas ZWICKERI, in *reliquis* vero argumenta eiusdem ſpecialia in vtroque opere aduerſus CALOVIVM et BOTSACCVM prolata reprobauit. Omnes illae diſputationes continentur in D. IOH. MAVKISCHII *Anti-Zwickero*, ſeu *Refutatione* Dn. DAN. ZWICKERI, *M. D. etc. qui a Lutherana religione ad Socinianismum deficiendo, ſub nomine Studioſi Theologiae illuſtria aliquot ſpecimina infelicis pugnae D.* ABR. CALOVII *contra* CRELLIVM *ſparſit, et in Reuelatione Catholicismi veri D.* IOH. BOTSACCVM *petitionum principii inique accuſauit, et in Notis aduerſus inſignia Inſcitiae ſuae ſpecimina in ſuperioribus ſcriptis remonſtrata, conſignatis deprehenſus ac XII. Diſpp. reprehenſus fuit. (Gedani)* 1668. 4.

Alph. 2. *pl.* $3\frac{1}{2}$. Exſtat quoque libellus germanicus MAVKISCHII ſub titulo: Verſtand- und Gedenkbuch die Jugend zu unterrichten, und *D.* Dreiern und *D.* Zwickern gründlich zu überführen, *Gedani*, 1664. 12.

8. *Irenicum Irenicorum, ſeu Reconciliatoris Chriſtianorum hodiernorum norma triplex: Sana omnium hominum ratio, Scriptura S. et Traditiones, exemplo peculiari theologico, eoque illuſtriſſimo, et inde ab Apoſtolorum aeuo varie huc vsque agitato, ita ob oculos poſita, vt ſi ſecundum eius fundamentalem, infallibilesque deciſiones procedatur, controuerſiae omnes, etiamſi grauiſſimae, feliciter, breuiter, et ſine tumultu, conciliorumque conuocatione vlla decidi, amiſſa et ignorata hactenus veritas recuperari, aduerſarii quilibet, vel pertinaciſſimi, iuxtim cum Conciliis haereticis iudicari, conuinci et confundi queant. Omnia ad hodiernorum nonnullorum, veritatis et pacis vniuerſalis amantium virorum votum et ſententiam. Qui vario rerum vſu adducti, in Irenicis ſuis recte monuerunt, nullam Chriſtianorum ſectam, niſi accedente aut interueniente aliarum omnium ope et auxilio peregrino, conſummari aut perfici in veritate poſſe. Math.* V. 9. *Rom.* XII. 18. XIV. 19. II. 8. *Iac.* III. 14-16. 1658. 8. *pagg.* 143. absque auctoris et loci quo impreſſum eſt commemoratione; typis tamen exſcriptum *Amſtelodami*, quo loco ZWICKERVS iſto tempore iam vixit. Dicatus eſt libellus *omnibus Magiſtratibus, Pontifici Romano et reliquis Patriarchis, Purpuratis, Epiſcopis, cunctisque quibus dirigendae Eccleſiae Romanae ac Graecae cura commiſſa erat. Hinc Lutheranae, Reformatae, Remonſtranticae, Monarchianae* (Socinianae) *Mennoniticaeque Eccleſiae Antiſtitibus, tum Prin-*

cipi-

cipibus et Magistratibus Christianis, *horumque subditis in varias sectas diuisis.* Id maxime auctor in hoc libro, quem *Curcellaeus*, irrefutabilem iudicat, agit, vt, demonstret: quod sana omnium hominum *ratio* per Scripturam S. illuminata, et secundum aequissimas, aeternasque suas disputandi regulas, procedens, solum Patrem Domini nostri I. C. summum Deum esse, stabiliat; quod *Scriptura S.* rationabiliter et secundum veras, receptasque interpretandi regulas, vsurpata, solum Patrem Domini nostri I. C. summum Deum esse euincat; quod *traditiones* veterum nonnullorum de Christi cum Patre aequalitate falso ab apostolicis profectae reputentur, et quod historia ecclesiastica ac genuinae traditiones contrarium testentur; quod paulo post apostolorum obitum, apostolica de Christo doctrina, mutata quidem fuerit, sed neutiquam vsque ad aequalitatem Christi cum Patre haec doctrinae mutatio inter Christianos veros processerit, quinimo omnes adhuc ecclesiae Doctores intra ducentos a Christo nato annos, soli Patri summam Deitatem tribuerint, quod auctor libri, cui titulus, *Pastor Hermae*, maiorem, antiquiorem et potentiorem eum declarauerit, nec non *Clemens Romanus*, *Ignatius*, *Polycarpus*, *Iustinus*, *Athenagoras*, *Theophilus Antiochenus*, *Tatianus*, *Irenaeus* et *Tertullianus*, quod haec non priuata nonnullorum, sed catholica et publica omnium illius temporis christianorum sententia et confessio fuerit; quod traditiones tam pro Filii diuinitate, quam pro eius cum Patre aequalitate allatae, non tantum verarum apostolicarum traditionum antiquitatem et certitudinem minime attingant, sed et prorsus efictae sint etc. Quia igitur *ratio*, *Scriptura*

et *traditiones* pro ſua opinione, vnanimi conſenſu ſummam Chriſti deitatem impugnant, hinc omnibus Chriſti ciuibus incumbere, vt pacem inter ſe mutuo in hoc articulo ineant. In corollario, his quae narravimus p. 79. adpoſito, ſtatuit: omnes in ciuitate chriſtiana ſectas vnum coetum conſtituere, nec vllam eſſe chriſtianae gentis ciuitatem, ex qua commodi ac ſalutaris aliquid capi nequeat. *Lutheranis fratribusque Morauis* deberi repurgatae eccleſiae incunabula, *Reformatis* rationis vſum in rebus ad religionem ſpectantibus, iis, qui *Remonſtrantium* titulo inſigniuntur perfectam Chriſtianae libertatis reſtitutionem, Chriſtianis in *Graecia* vigentibus, antiquam veritatem, diuinorumque oraculorum et veterum Patrum ſcripta; *Pontificios* eo, quod bonorum operum neceſſitatem ſtatuerint, Latinosque patres ſeruauerint, de religione Chriſtiana optime eſſe meritos; imo ipſos *Socinianos*, quibus acumen in iudicando et, *Mennonitas*, quibus morum ac vitae integritas deberetur, meritis ſuis eſſe inſtructos: hinc omnibus ſuum teſtatur fauorem, conſiliaque ſubminiſtrat, qua ratione omnes iſtae familiae ad vnum coetum ſint coniungendae. De libri huius dedicatione ita MAVKISCHIVS in *Anti-Zwickeri Sciagraphia prooemiali* ſcribit: quae hominis fuerat dementia, ipſi Papae Romano cum reliquis Patriarchis, Cardinalibus et Epiſcopis etc. non ſine imperio inſcripſerat. *Vid.* FRID. KETTNERI *Diſput. de Vnitariis Lipſ.* 1694. §. 24. PLACCII *Theatr. anon.* N. 769. p. 129. Primas Operis huius lineas ZELTNERVS iam invenit in ZWICKERI epiſtola RVARO ſcripta 1654. 18. *Iul.* in huius *epp. Cent. I. ep.* 70. l. c. p. 251. *Not.*(c)

Zwickero oppoſuit IO. AMOS COMENIVS *Irenicum*

Ireni-

Irenicorum, *hoc est*, *de conditionibus pacis a* SOCINI *secta reliquo Christiano orbi oblatis*, *ad omnes Christianos facta admonitio. Amstel.* 1660. 8. *Vid.* CONR. RIEGERI *Hist. fratrum Bohemor. adpend.* ad P. XXIV. p. 730. Quod *Zwickerus* regessit, N. 11. recensebitur; et quod PRZYPCOVIVS opposuit, sub hoc N. 20. p. 686. indicauimus. Nonnulla quoque aduersus ZWICKERVM monuit D. Io. MAVKISCHIVS im probirten Verstand- und Gedenkbuch, §. 241-282. p. 657-785. nec non GEORG. BVLLVS in Tr. *Primitiua et Apostolica traditio dogmatis in Ecclesia Catholica recepti, de I. C. Seruatoris nostri diuinitate*, *asserta atque euidenter demonstrata*, *contra* DANIELEM ZWICKERVM, *Borussum eiusque nuperos in Anglia sectatores;* quod scriptum vna cum adnotationibus Io. ERN. GRABII insertum est BVLLI *operibus*, Lond. 1703. fol. et in Tr. *Iudicium Eccles. Cathol. III. primor. secul. de necessitate credendi*, *quod Dn. N. I. C. sit verus Deus*, *assertum contra* SIM. EPISCOPIVM *aliosque*, *Amstel.* 1697. 8. *Cap. V.* p. 88-118. Aduersus primam *Irenici Zwickeriani* sectionem inprimis in lucem emisit Io. PAVLIN. FELWINGERVS *concussionem primae normae religionis Photiniano-Zwickerianae.*

9. Iudicium de D. SAM. MARESII *Ioanna Papissa restituta:* STEPH. CVRCELLAEO A. 1658. 11. *Decemb.* traditum, et ab eo, *Quaternioni suo Dissertation. theologicar.* contra *Maresium* adiunctum. CVRCELLAEI *Quaternio* prodiit *Amstelod.* 1659. 8. cui ZWICKERI opus in fine adtextum est, sub tit. *Iudicium viri docti Anonymi etc.* MARESII opus hunc prae se fert indicem: *Ioanna Papissa restituta: seu Animaduersiones et Annotationes historicae ad* DAVID. BLONDELLI *Cata-*

 lau-

launens: librum posthumum, anno superiori editum Amstelaedami sub hoc titulo: De IOANNA *Papissa seu famosae quaestionis, an foemina vlla inter* LEONEM IV. *et* BENEDICTVM III. *RR. PP. media sederit, Anacrisis. His additur breuis refutatio praefationis apologeticae, quam* ANACRISI *praefixit* STEPHANVS CVRCELLAEVS *illius editor, et Appendicis loco Dissertatio theologica pro SS. Trinitate, eidem* CVRCELLAEO *Antitrinitario opposita. Groningae* 1658. 4.

10. De noch staande en triompheerende sichtbaare Kercke Christi tegens de Poorten der Helle, nessens de Doolingen en geduurige mislagen of het bedrooft Voorval der teegen spreckers, namelyk D. GALENVS ABRAHAMSS en DAVID SPRUYT, t'welck sy geopenbaart hebben in Schrifften tegens haare Mede-Dienaaren. Amsterd. 1660. 4. *Vid. Io. Fabricius,* l. c. p. 57.

11. *Irenico-Mastyx perpetuo conuictus et constrictus, seu noua confirmatio infallibilitatis* IRENICI IRENICORVM, *per ostensam futilitatem criminosae Comenianae refutationis. Cum indice duplici, altero locorum scripturae explicatorum, altero vero rerum copiosissimo.. Edente Irenici auctore, Amsterodami.* Anno MDCLXI. 8. *pagg.* 572. In ipsa tituli pagina haec praeterea vncis inclusa leguntur: *Accessere hic praeter additas nouas ex prima antiquitate delicias, breues aliquot tractatus et historiae, quae Irenico non fuere insertae, vt, tractatus de carminibus sibyllinis, de Concilio Nicaeno et Arianensi, de Symbolo Apostolico, et vtrum antiquiores Christiani in Spiritum S. iam crediderint? tum an sententia de vnica Christi natura post* CONSTANTINI *aut* THEODOSII *tempora ad multa saecula prorsus defierit, nec ne? denique, de vera et certa ratio-*

ratione aduerſarium conuincendi eique os obturandi. Quae omnia, et ſi quae ſunt alia, curioſis veritatemque amantibus ingeniis haud ingrata accident. Primarius auctori ſcopus fuit, vt Irenicum ſuum aduerſus COMENII admonitionem defenderet. In quibusdam *Socini* ſententiam improbat, e. g. p. 21. 22. eius tamen defenſores, quos diſputando vinci non poſſe iudicat, ad pacis negotium inuitandos eſſe cenſet. Horum doctrinam de Chriſto, ad tolerantiam mutuam promouendam omnium aptiſſimam et reliquis certiorem, non tamen fundamentalem eſſe fidei articulum. Trinitatis dogma in Vet. Teſt. incognitum, imo *Tertulliani* tempore adhuc nouum fuiſſe, qui eminentiam Patris prae Filio adhuc crediderit.

Praeter ea, quae MAVKISCHIVS im Verſtand- und Gedenkbuch §. 283. p. 785. ſeqq. notauit, operi huic ZWICKERI oppoſuit IO. AMOS. COMENIVS: *De iterato Sociniano Irenico iteratam ad Chriſtianos admonitionem. Amſtel.* 1661. 8. Quae ZWICKERVS ad hanc regeſſit, N. 13. allegabimus. Antequam vero COMENIVS iteratam hanc admonitionem publicae luci committeret, ZWICKERO d. 3. *Febr.* a. 1661. nouam editionem *libri creaturarum* a RAYMVNDO DE SABVNDO, *Hiſpano olim conſcripti* dicauit eidemque lectionem eius, quam maxime commendauit quod ſupra iam narrauimus. Ipſe COMENIVS mentionem eius fecit in *praefatione* iteratae admonitioni praefixa p. 13. ſcopusque *Comenio* fuit ZWICKERVM legitimi vſus principii rationis admonere. *Vid.* MAVKISCHII *Anti-Zwickerus* p. 107. Huc quoque pertinet I. A. COMENII *Socinianiſmi ſpeculum, vno intuitu, quidquid ibi creditur, aut non creditur exhibens. Amſtel.* 1661. 8.

12. Vereenings-Schrift der Christenen etc. a. 1661. 4. Versio scripti huius in belgica lingua primum editi, latina, hunc in fronte habet titulum: *Henoticum Christianorum, seu Disputationis* MINI CELSI *Senensis: Quatenus in haereticis coercendis progredi liceat? lemmata potissima. Quibus non tantum nullos putatos haereticos, seu dissentientes vltimo supplicio affici debere aperte ab auctore demonstratur; sed secundum eiusdem posita fundamenta, nemo quoque eorum ne excommunicandus quidem, aut incarcerandus, aut vlla ignominia alia afficiendus esse probatur: adeoque tolerantia mutua Christianorum postliminio reducitur, inque integrum restituitur. Recensita a D. Z. Accessit praeterea ad tolerantiam eo felicius promouendam, vera ratio veritatem, multis hactenus incognitam, inueniendi, certoque cognoscendi, et vanas omnium eristicarum sectarum de eius possessione persuasiones solide conuincendi. Amsterodami* 1662. 8. *pagg.* 48. *Indic.* 6. et *addit.* 10. ZWICKERVS ex MINI CELSI *sen.* disp. de qua alio loco, themata vel titulos et summulas secundum ordinem paginarum digessit; ac breue prooemium praemisit, in quo rationes libelli huius edendi facile praevidendas exponit. Pro conclusione vltima post indicem addita sunt sequentia: 1) *Rationes* BELLARMINI a CALVINO *quoque, in libro contra* SERVETVM *edito (si primam tantum excipias) vsurpatae; quibus probare conantur, haereticum occidi licere: Quae eo fine hic demum additae sunt, vt quiuis videre possit, vtrum vel vnica inter omnes istas reperiatur, qua crudelis horum hominum sententia probari queat? et annon omnes in vniuersum (excepta forte prima, quae hoc se tempore, quo nullus Pontifex cum Vrim et Tummim, aut cum simili*

ſimili aliqua a Deo data poteſtate et autoritate amplius reperitur, locum ibidem non habet) in hoc libro abunde refutatae infirmataeque ſint? 2) Exempla quaedam incertarum doctrinarum inter Chriſtianos hodiernos ſupra p. 32. et 34. *omiſſa;* (e. g. *de peccato originali, de Baptiſmo, de vtraque Chriſti natura etc.) vna cum aliis adhuc exemplis, quibus tum vtilitas, tum vſus dictorum vniuerſalium principiorum oſtenditur et monſtratur.*

13. *Irenico-Maſtyx iterato victus et conſtrictus, imo obmuteſcens. Seu nouum et memorabile exemplum infeliciſſimae pugnae Dn.* Io. Amos. Comenii *contra Irenici Irenicorum autorem. Ad detrahendum glaucoma obductum, ac ſi victoria aduerſarii eſſet; docendumque, conflictum inter aduerſarium et autorem de re maximi momenti, intra bienni fere ſpatium habitum, nunc tandem optatum ſuum finem aſſecutum eſſe, adverſario ad tacendum adacto. Id oſtendente Irenici Irenicorum auctore. Amſterodami,*a. MDCLXII. 8. *pagg.* 16. Eſt haec breuis reſponſio ad *iteratam* Comenii *admonitionem* a. 1661. diuulgatam, qua Zwickervs lectoribus perſuadere nititur, nihil, quod ad rem faciat, reſpondiſſe Comenivm, adeoque ſemet ipſum victum iudicaſſe, ſecundum illud, quod in dorſo tituli poſuit: "Quisquis diſputatorum in primariis tandem obmuteſcit, victus eſſe merito iudicatur."

Huic ſcripto iterum Comenivs oppoſuit *admonitionem tertiam aduerſus* Zwickervm etc. *Amſtel.* 1662. 8. qua edita, ex parte Zwickeri ſequebatur:

14. *Irenico-Maſtygis pars ſpecialis, ſeu confutatio finalis* Comenii, Hoornbeckii, Maresii *et aliorum: adiecta eſt additio recens contra* D. Ioh. Mavki-

SCHIVM 1662. 8. In titulo tamen proditur annus 1667. Vid. MAVKISCHII *Anti-Zwickeri Sciagraphia prooemialis.*

Huic scripto reposuit MAVKISCHIVS: *Perspicilia* ZWICKERO *necessaria* 1667. 4. vid. eiusd. *Anti-Zwick.* p. 279. et EPHR. PRAETORII *Athen. Gedan.* p. 104. Fortassis quoque ad ZWICKERI scriptum tendit, FRID. SYLVII libellus, quem ille refutandum suscepit in opere N. 51. allegando. Exstat quoque MARTINI SCHOOKII opusculum, cui titulus: *Sophistica Zwickero-Sociniana. Groningae* 1664. 8.

15. *Notae breues ad binas* D. MAVKISCHII, *Prof. Gedan. Disputationes, tum contra* ILLVSTRIA SPECIMINA INFELICIS PVGNAE D. CALOVII ADVERSVS CRELLIVM *de vno vero Deo, tum contra* REVELATIONEM CATHOLICISMI VERI, *habitas; eo fine editae, vt quam vere Aduersarius cum omnibus suis ὁμοψήφοις frequentissimarum petitionum principii reus sit et maneat, quamque vane distinctio ex thesi desumta probetur, nunc denuo ad oculum pateat, adeoque dicta* ILLVSTRIA SPECIMINA CONTRA D. CALOVIVM ET REVELATIONEM CATHOLICISMI VERI, *immote perstare, neque vlla ratione ab Aduersariis labefactari posse, magis magisque appareat etc. dat. Amstel.* 1664. 1. *Aug.* Hasce notas supra iam commemoratas, fratri suo FRIDERICO Gedanum transmissas, ab hoc MAVKISCHIVS in MSCto accepit, additis precibus, vt illas refutaret. Auctor thrasonice perhibet, BOTSACCVM, CALOVIVM et MOCHINGERVM esse deuictos, et de horum silentio obseruato gloriatur.

Quod MAVKISCHIVS notis hisce disputationes IX. opposuerit, insertas *Anti-Zwickero* p. 105. seqq. supra

pra iam notauimus. In his particulae quaedam notarum exscriptae reperiuntur.

16. *Compelle intrare, seu de contradictione Ecclesiis ostensa easque reformatura* 1666. 4.

17. *Contra* IOACH. STEGMANNVM, *iun. de Magistratu, bello etc.* huic recensioni SANDIVS l. c. p. 153. addit: Qua contentionis serra aliquoties per MSC. redintegrata, tandem ZWICKERVS talem contra STEGMANNI XIII. Collectiones edidit librum:

18. *Ecclesia antiqua inermis, post tot sequiora secula, iure tandem iterum asserta: seu Responsio vltima Annotatoris Anonymi, ad Collectoris itidem Anonymi, Collectiones XIII. de Magistratu, vi coactiua, suppliciis capitalibus et bellis Christianis licitis* 1666. 4. Absque auctoris, loci et temporis, quo impressum commemoratione. Belgica versio prodiit sub tit: De Weerlose oude Kerck etc. 1668. 4.

19. Oopenhertige Vertooning, dat het XIV. Capitel aan de Corinthiers tot hier toe van de Vryspreeckers heel qualyck uytgelegt is. Amstel. ap. DAVID. RVAKVM 1668. et 1680. 4.

20. Vryheyd van kerckelycke Vergadderingen, uyt de Schriftuur en wonderbaare Exempelen van de Goddelycke Bestiering in deese laatste 300. Jaaren krachtig beweesen 1668. 4.

21. De verdwynende on Apostolische Vryspreeckers. 1669. 4. Vid. Catal. Biblioth. *B. E. Iablonski, Francof. ad Viad.* p. 79.

22. De Nieuw-Testamentsche *Iosias.* 1670. 4. Eodem anno latina versio sub tit: *Noui Foederis Iosias*, 4. prodiit, teste SANDIO p. 154. Videtur refutationem huius scripti continere, libellus apud PLACCIVM *theatr. anon.*

anon. N. 769. p. 129. allegatus, ſub tit: *Tractatus tractatuum de contradictionibus noui Foederis* IOSIAE. 1670. 4.

23. *Argumentum contra animarum praeexiſtentiam antemundanam:* a CHRISTOPH. SANDIO, *Iun.* tractatui ſuo *de origine animae*, cum reſponſione ſua inſertum. 1670. 8. Vid. ſub CHRISTOPH. SANDIO, *Iun.* N. 6. p. 749.

24. *Refutatio reſponſionis* CHRITOPH. SANDII *ad memoratum argumentum.* MSC.

25. *Reuelatio daemonolatriae inter Chriſtianos, ſeu Victoria Proteſtantium.* 1672. 4. et belgice ſub tit. Revelatie des Duyveldienſtes onder de Chriſtenen. Vid. N. 27. et 50.

26. *Reuelatio hoſtium crucis Chriſti*, of Acta des Geſpreecks etc. i. e. *Acta colloquii cum quatuor amicis de Magiſtratu, an nimirum poſſit crucem Chriſti geſtare* 1672. 4.

27. Het tweede Deel van de Revelatie des Duyveldienſtes onder de Chriſtenen: of en Sendbrief an CORNEL. HAEZART, *Iezuyt.* 1675. 4. Latine translatum, ſub tit. *Altera pars reuelationis Daemonolatriae inter* CHRISTIANOS, *ſiue Epiſtola ad* CORNEL. HAZARTVM, *Ieſuitam Antuerpiens.* 1675. 4.

28. *Epiſtola ad* MART. RVARVM *de Fratribus Morauis, deque cum iis concordia, et quid illi deſiderent. Gedani* 1654. 18. *Iul.* Inſerta eſt epiſtola, poſt ZWICKERI ad Morauos fratres profectionem ſcripta, RVARI *epp. Cent.* I. N. 70. dignaque lectu narratio, qua inter fratres Morauos verſatus et ab his in fraternitatem ſuſceptus fuerit auctor.

29. *Epiſtola ad eundem de aulae appellatione, de Fratribus*

bus Morauis de communione bonorum et de paupertate Christiana. Gedani, 1654. 20. *Aug.* Occurrit in Epp. RVARI *Cent.* 1. N. 73.

30. Drie Brieven: de eerste van *D. Zwicker* gesonden aan *Ioh. van Kuyck;* te tweede, *Ioh. van Kuyck* antwoord op deselve Brief; de derde, Replyk van D. ZWICKER, die onbeantwort blyft: handelende van de Reede uyt *Ioh.* XVII. 3. teegen de opperste Godheydt I. C. met een Voorreede van ADR. SWARTEPAARD. *Amstelod.* 1678. 4.

31. XXI. Grond-reegeln na welcke de heele Schriftuur moet uytgeleegt en verstaan worden. 1678. 4. Adtextum est scriptum belgicae versioni tractatus, *de reuelatione veri Christianismi.* Vid. *N.* 6. Videtur cum scripto supra N. 2. recensito conuenire, nisi fortassis omni ex parte idem sit.

32. Eine Antwort wieder die Wittenberger, da sie den Rakauischen Catechismum wiederleget. MSC.

33. *Annotationes breues, sufficientes tamen, ad Examen breuis disquisitionis* M. IO. PAVL. FELWINGERI, *Prof. Altorff.* 1637. *Noribergae* editum. MSC.

34. Spiegel der Christen und Unchristen; oder gründliche Antwort auf die Frage, welche seelig werden, und welche verdammt werden sollen? Worauß erhellet, daß unter 1000 Menschen auch nicht einer wird die Seeligkeit erlangen. MSC.

35. Von der Natur des Sohnes Gottes. MSC.

36. *Mysterium Trinitatis explicatum et ob oculos positum, seu sententiae de Trinitate ortus et progressus.* Germ. et Lat. MSC. Idem sine dubio scriptum est, cuius a ZWICKERO concinnati in actis MSC. Consessus Czarcouiensis a. 1652. habiti, mentio fit, sub hoc indice:

Histo-

Historia opinionum de Trinitate. Ex conclufo huius Synodi, RVARVS hiftoriam iftam IONAE SCHLICHTINGIO, is vero WOLZOGENIO, reuifionis et cenfurae inftituendae cauffa transmittere debebat.

37. *De veritate religionis chriftianae MSC.*

38. *Paupertas chriftiana rediuiua. Germ.* Adiunctus eft eadem lingua, *Confenfus ea in re Doctorum primaeuae Ecclefiae chriftianae, qui Patres vocantur, nimirum quod non liceat chriftianis opes poffidere.* MSC. Habuit hoc de argumento controuerfiam cum ZWICKERO fententiarum fuarum pertinaciffimo defenfore RVARVS; de qua vid. huius *epift. Cent.* I. N. 74. ex *edit.* ZELTN. p. 301.

39. De laetfte Bafuyn, of Waarfchouwing aan alle de Secten, te weeten Catolycken, Griecken, Lutheranen, Gereformeerden, Remonftranten, Collegianten, Queckers, Doopsgefinden, Monarchianen of Poolfe Broeders, dat fy haar Leer en Leven verbeeteren, in dien fy faligh willen zyn. MSC.

40. *Epiftola fratri fuo* M. FRID. ZWICKERO *Gedanum fcripta* d. 20. *Aug.* 1659. qua huic *Irenicum Irenicorum* transmifit, de quo ita in epiftola inquit: "Weil ich nun endlich hiezu eine Occafion und Gelegenheit durch eine neu außgegangene Schrifft, welche vielleicht vielen Chriften in dem heutigen verwirreten Babel wird dienen und nutzen können, bekommen habe; so habe ichs nicht unterlaffen können, dir, lieber Bruder, alß der du auch gerne was neues haft, und liefeft, ein Exemplar davon zu überfenden und zu fchicken. Ich zweiffle nicht, es werde dir, wegen feiner Neuigkeit und fonderlichen Materien, die darinnen tractiret werden, nicht unangenehm feyn, zu lefen. Frater in refponfione fua, fcripta d. 27.

Iunii

Iunii 1662. fratrem reprehendit, eumque admonuit meliora meditandi et ſectandi. *Vid.* MAVKISCHIVS in *Anti-Zwickero*, p. 140. Ad fratris ſui reſponſorias ſequebatur.

41. *Epiſtola alia ad fratrem, data Amſtelodamo* 1662. 22. *Iul.* in qua tenaciſſimum erroris animum ſatis manifeſtat. Ita vero inter alia ſcribit: "Daß ich noch dieſes hinzu thue, ſo bekenne ich dir, mein lieber Bruder, daß eben die Furcht Gottes mich abhält, mich mit einigen Secten oder Kirchen, welche die Verfolgung anderer Chriſten zuſtehen und treiben, alß Lutheriſchen, Reformirten und Catholiſchen zu verbinden: ſo, daß ich euch vielmehr mit Recht eine Ungottsfürchtigkeit zuſchreiben möchte, alß daß ſie mir ſollte können zugeſchrieben werden; alldieweil die Verfolger in dem ganzen Neuen Teſtament nimmer gelobt; ſondern allezeit entweder Satanskinder, oder Kinder des Fleiſches, und die den Geiſt Chriſti nicht haben, genennet werden. Warumb es mich auch nicht wenig Wunder nimmt, daß du mich, der ich endlich, auß großer Gnade und Erbarmung Gottes, auß einem Kinde des Fleiſches und des Zornes Gottes, (denn ich auch vor dem ein Verfolger anderer Menſchen geweſen bin) zu einem Kinde des Geiſtes wiedergebohren bin, wiederumb zu dem Lutheriſchen Glauben nöthigeſt, und alſo wiederumb zu einem Kinde des Fleiſches machen wilt. Iſt es denn nicht genug, lieber Bruder, daß viel böſer Menſchen in der Welt gefunden werden, welche andere verfolgen? und ſelbſt in eurer Stadt, da man neulich nebſt andern ſtillen und friedfertigen Menſchen, auch meinen Schwiegervater, (fortaſſe is fuit WERNERVS BÜTTELIVS, *Chirurgus*, cuius etiam HARTKNOCH. l. c. p. 825. mentionem fecit, de

de quo *in Hist. Socin. Pruss.*) einen so alten und abgelebten Mann, auß- und ins Exilium getrieben hat? Soll ich denn auch noch solcher ungöttlichen Menschen Zahl vermehren helffen? Das sey ferne." Vid. MAVKISCHIVS l. c. p. 193. seqq.

42. *Collatio septem hodiernarum praecipuarum sectarum inter Christianos, in quibusnam fidei articulis inter se consentiant atque dissentiant.* belgice MSC.

43. De eenvoudige, oude, Apostolische Belydenisse van de Soone Godes. MSC.

44. *Res notatu dignae a condito mundo.* MSC.

45. *Annotationes in* STEPH. CVRCELLAEI *tractatum de esu sanguinis.* MSC. Opusculum CVRCELLAEI, sub tit. *Diatriba de esu sanguinis inter Christianos, prodiit Amsterod.* a. 1659. Scriptum gallicum, a SANDIO l. c. p. 179. inter anonyma relatum, cui titulus: Traite de la defense du sang etc. gallica, *Zwickeriani* tractatus versio esse videtur; vel saltem ad eiusdem, vel CVRCELLAEI opusculum respicit.

46. *Refutatio Tractatus* VAL. SMALCII, *quem scripsit aduersus Hutterianos, s. Morauienses Communistas,* germ. MSC. Vid. sub VAL. SMALCIO N. 8. p. 847.

47. *Obiectiones contra* SAM. PRZYPCOVIVM *de Magistratu et annexis.* MSC. Vid. sub SAM. PRZYPC. N. 12. Ad obiectiones *Zwickeri*, *vindicias* PRZYPCOVIVS scripsit, quas allegauimus sub hoc N. 14. p. 684.

48. *Contra* ANDR. WISSOWATIVM *de Dei circa futura contingentia praescientia.* MSC. Scriptum, cui ZWICKERI labor oppositus est, sub ANDR. WISSOWATIO *iun.* N. 41. p. 1026. et quae WISSOWATIVS illi reposuit, sub eodem, l. c. N. 42. allegauimus.

49. *Animaduersiones in* CHRISTOPH. SANDII *Hist. Eccles. Arianorum.* MSC.

50.

50. *Reuelationis daemonolatriae continuatio* MSC. Respicit haec ad ſcripta N. 25. et 27. allegata.

51. *Reſponſio ad* FRID. SYLVII *ſcriptum, cui titulus: Diſſertatio epiſtolaris ad Cl. V.* DAN. ZWICKERVM, *Socinianae de perſona Chriſti ſententiae hodie promachum, qua epicriſis ſubiicitur ſuper certamine eius cum celeberrimis viris,* DD. IO. AM. COMENIO, ac IO. HOORNBEECKIO, ac *pugna inſtauratur.* MSC. *Vid.* ad N. 14.

52. *Contra eundem* FRID. SYLVIVM *de Eccleſiae hodiernae autoritate.* MSC.


53. *Contra* IOH. SYLVIVM *de Trinitate* MSC.

54. *Epiſtola ad* I. L. WOLZOGENIVM *ſcripta.* MSC.

55. *Aliae ad alios epiſtolae* MSSCC. vt et *alia diuerſi generis* MSSCC. e. g. Epiſtolae ad *Io. a Cuyck*, ex *Io.* XVII. 3. contra ſummam I. C. diuinitatem etc.

56. Vertooninghe van de algemeene Vryheid van Spreeken in de Gemeende. *Amſterod.* 1680. 4. Hoc, et quod N. 21. allegauimus ſcriptum, olim tenuit Bibliotheca P. E. IABLONSKII, vid. eiusdem Catal. p. 79.

57. *Tractatus tractatuum.* Allegat eundem ex VAL. VELTHEMII *inſtitutionibus Metaph.* p. 140. ANDR. CAROLI l. c. T. II. p. 287. quo teſte vnico quaternione abſoluitur, auctorque fol. 2. nugatur: Sibi animum eſſe probare, Romanam, Graecam, Lutheranam, Reformatam et ſimiles Eccleſias in re capitali, grauiſſimique momenti, nimirum, ſententia de Trinitate, adeo ſe contradictionis reos feciſſe, vt, niſi protinus maculam hanc eluant, ipſe non videat, quomodo Deum ſibi habere poſſint propitium fauentemque.







SVPPLEMENTA.

Antitrinitarii suo loco inserendi.

MATTH. ALBINVS.

In Synodo Scrinicensi a. 1567. cum aliis pluribus *Laelii Socini* disciplinam aduersus eos, qui cum *Ario* rem communem fecerunt, propugnauit.

TOBIAS ARCISSEVIVS.

Huius stemmatis plures p. 41. et 42. nominati sunt, quibus *Tobias*, minister coetus Vnitariorum inserendus, qui expulsos e Polonia Socinianos in *Borussiam*, et quidem *Ioannisburgum* comitatus est, hisque ministerio suo praesto fuit, quo loco etiam a. 1676. d. 20. Aprilis obiit.

DANIEL BIELINSCIVS.

In Colloquio Scrinicensi, 1567. Socinianismum adversus eos, qui *Arii* errorem amplectebantur, defendit.

GEORGIVS COMPLATIVS.

Ab *Alberto Grauero*, in diss. *de nouo* ac horrendo errore circa doctrinam de satisfactione Christi p. 6. *Serveto*, *Val. Gentili*, *Campano*, *Matth. Gribaldo*, *Ge. Blandratae*, *Alciato*, *Bern. Ochino* et *Francisco Dauidis* adiungitur, et a SANDIO in adpend. ad *Nucl.* H. E. p. 90. illis accensetur, qui dispulsis circa a. 1546. Collegiis Vicentinis, Italia excesserunt. Nullam tamen eius vnquam recordor factam esse a scriptoribus hist. liter. mentionem,

nec

nec ſcriptorum eius quidquam in numeroſiſſimis Bibliothecis, quarum indices in conſilium vocauimus, occurrit.

IAC. KALINOVIVS.

Inter primos ſub *Laelii Socini* vexillis in Polonia pugnauit, praecipue in Synodo Scrinicenſi 1567. aduerſus Arianismi defenſores.

LAVRENTIVS KRISCOVIVS.

In Synodo Scrinienſi 1567. Notarii vel Scribae munere functus eſt, ex eorum parte, qui Arii errorem tuebantur.

ANDREAS DE *Raciborsko* MORSTIN.

Dapifer Sendomirienſis a Rege Poloniae 1656. *Francofurthum ad Moenum* in publicis negotiis legatus. *Vid.* RVDAWSKI *Annal. Pol.* p. 288. Suo non minus in coetum Socinianum adfectu, in hiſtoria huius ciuitatis, quam etiam ſcripto quodam in re litteraria regni Poloniae, nomen tulit. Aliquot enim ludos ſcenicos ex Gallica in Polonicam linguam transtulit, cuius operis IAC. WOIT *de incrementis ſtudiorum per Polonos ac Pruſſos. Lipſ.* 1723. p. 78. mentionem fecit. *Vid. Biblioth.* haec *Antitrin.* P. I. p. 511.

TOBIAS MORSTIN.

Regis Poloniae Camerae Praefectus, ad *Regem Daniae* in negotiis publicis ablegatus a. 1657. narrante id *Rudawſcio* in *Annal. Polon.* p. 371. quod mirandum ſane videtur, cum iſto tempore Sociniani totius regni odium in ſe conuerterint; niſi forte ſuſpicioni locum facere velimus, *Morſtinium* vel Confeſſionem Socinianam diſſi-

diſſimulaſſe, vel aliam animo amplexum eſſe, vt hac ratione in triſti fato familiae huius publico munere ornatus manſerit.

Pag. 12. *N.* 3. Auctor libri videtur vel *Valent. Radecius*, *Iunior*, vel *Benedictus Arcoſi*, in hac ipſa Bibliotheca obuii. Vterque enim circa id tempus Claudiopoli vixit, et conficiendis eiusmodi ſcriptis operam nauauit. Quod ſub *Arcoſio* allegauimus ſcriptum, cum hoc anonymo conuenire videtur. *Vid. Schmeizelii Diſſ. epiſt. de ſtatu Eccl. Luth. in Tranſ.* C. II. p. 52. Not. 117. apud *Zeltnerum* p. 359. Not. b.

P. 18. *N.* 2. Scripto huic oppoſitum eſt: Io. HARTIGVELD Schriftverlycke Waarderinge van het heedendaaghſe predicken en kerckgaan, tegens 't Tafelpraatjen, *Roterod.* 1672. 4. V. *Sandius*, p. 161.

P. 35. *lin.* 6. a fine, *leg.* eadem pro *idem.*

P. 40. *Scriptorum anonymorum quoddam ſupplementum:*

15. *Antitheſis doctrinae Chriſti et Antichriſti, de vno vero Deo*, Anno ſalutis 1585. Auctor huius ſcripti confeſſione Arianus, neque ſuum expoſuit nomen, neque effinxit alienum; *Hieron.* tamen *Zanchio*, qui illud ad examen reuocauit, non ignotus fuit, qui illius famae pepercit, nomenque occultauit.

16. *Examen, qui ſint abnegatores Ieſu Domini.* Aduerſus libellum hunc Anonymi *Wolffg. Franzius*, P. II. Theſ. de poenitentia calamum ſtrinxit. Conſcriptum eum eſſe a Sociniano quodam, *Val. Smalcius in Refut. Theſ. Franzii*, p. 357. non diffitetur; negat vero auctorem eius eſſe, vel *Eraſmum Ioannis*, vel *Matth. Radecium*, alterutrum enim *Franzius* ſuſpicatus erat. Idem in theſi 119. obſeruauit, auctorem in opuſcu-

opusculo statuisse: Peccatum petulanter et data opera commissum, nullo sacrificio expiari, quas etiam partes *Smalcius* l. c. tueri conatur.

17. *Epitome Sacrae Scripturae*, d. i. Außzug und kurtzer Begrif der Heil. Göttl. Schrifft A. und N. Testaments, darin der gnädige und gute Wille Gottes, was er von allen Menschen erheischet und fordert: dagegen auch der schädliche böse Wille des leidigen Satans, was er an allen Menschen suchet und begehret: und also das Gute und Böse, Licht und Finsterniß rc. wieder einander gesetzt, gar kürtzlich, jedoch klar und deutlich verfasset zu befinden, — — durch einen Liebhaber Göttlichen Worts. Deut. XI. 26. Ier. XXI. 8. Gedruckt im Jahr Christi 1647. 8. pl. 7. In fine auctor litteris H. L. I. H. nomen suum occultauit. Videtur liber in Polonia maiore typis impressus, et fortassis ex Polonico MSC. translatus, cui titulus. *Synopsis totius Rel. Christ.* ex S. litt. breuiter collecta. *Vid.* SANDIVS l. c. p. 178. N. 9.

18. *Philosophia Scripturae interpres. Exercitatio paradoxa. Eleutheropoli* 1666. 4. et 1669. 4. Auctore vel SPINOZA, vel LVD. MEYERO, Medico Amstel. *Vid.* PLACCII Anon. N. 830. p. 150. Oppositum est, Iudicium de exercitationis paradoxae, cui titulus: Philosophia Scripturae interpres - refutatione, Auctore PET. SERRARIO, anno sequenti Amstel. 4. publicata. Auctor iudicii, COMENIVS. *Vid.* PLACCIVS l. c. N. 780. (*a*) LXI. p. 130. Edidit quoque LVDOV. WOLZOGENIVS (Theologus Vltraiectinus) Libb. II. *De Interprete S. Scripturae, contra exercitationem paradoxam. Vltrai.* 1668. 12.

19. Varklaaring over de Brieffen der Apostelen door V. F. en I. H. 1679. 4. Foetum hunc, qui oculis

nostris nondum se obtulit, esse Socinianum, in anonymi Catalogo librorum rariorum proditur.

20. Dissertation Theologique et Critique, dans laquelle on touche de prouver, que l'ame de I. C. etoit dans le Ciel vne Intelligence pure et glorieuse, avant que d'etre unie a un Corps humain, a Londres 1739. 8. pl. 9.

21. *Quaestiones Theologicae de S. S. Trinitate et Sacramentis, a. 1713. mense Octobr. Haga Regiomontum, missae, quas quidam vir, personas in diuina essentia negans, et sacramenta, prouti haec Theologi adhuc explicarunt, non credens, Hagae Comitum Theologis Lutheranis, Reformatis et Romano-Catholicis exhibuit, qui vero omnes responsionem ad illas dare sufficientem impares fuerunt. MSC. 4. pl. 1.* Nihil noui et singularis in recessu habet auctoris anonymi scriptum thrasonico isto et grandiloquo titulo fumum pro igne venditans, sed vulgaria milliesque repetita dubia, circa mysterium S. S. Trinitatis, sub quaestionum vulgarium forma iterum recocta et apposita. *Sacramenta* sensu proprio dari negat, quia nomine hoc ius iurandum militare ethnicum notetur. Data vero Christi ciuibus esse, testante et loquente ita Spiritu S. *Testamenta, Testimonia* siue *sigilla* et *signa indicantia* noui Foederis. Esse proinde Panem et Vinum in S. Coena Testimonium, s. Signum indicans praesentiam corporis et sanguinis Christi, quemadmodum fasciculi et praesepe *Luc.* II. 12. signa indicantia, siue testimonia pastoribus bethlehemiticis fuerunt nati Messiae.

P. 55. *Io. Bidellus* haereseos accusatus *fidei suae confessionem* Magistratui exhibuit scriptam, a. 1644. d. 2. Maii, quae typis impressa *Londini*, a. 1648. iterumque in-

inserta Collectioni Scriptorum Socinianorum Anglicanae, quae successiue quinque voluminibus, sub tit. *Vnitarian Tracts* etc. *Lond.* 1691. 4. lucem adspexit. In eodem opere comparent: *XII. Argumenta aduersus doctrinam de Trinitate;* praefationem *Bidellus* subscripsit d. 1. *April.* a. 1647. *Vid. Iac. Ge. Chaufepie, Diction. Hist. et Crit.* Lit. B. p. 290. Idem quoque *Bidellus* emisit: *Tentamen explicationis libri Apocalypseos, seu notas eruditas in quaedam Apocalypseos capita.* Confessionem NICOL. ESTWICK peculiari scripto 1656. 4. refutauit, qui etiam XII. argumenta ad examen reuocauit. Aduersus opus *Bidelli* catecheticum praeter allegatos auctores calamum quoque strinxerunt 1) *Io. Owenus* in libro, cui titulus: *Vindiciae Euangelicae, vel defensio mysterii euangelici, et examen Socinianismi, qui continetur in Catechismo scripturario* IO. BIDELLII *et in Catechismo* VAL. SMALCII, *qui vulgo Racouiensis adpellatur. Oxonii* 1655. 4. et 2) *Matth. Polus in Blasphematore exterminato per gladium Sp. S. seu defensione diuinitatis Sp. S. contra Sophismata* IO. BIDDLE, *Lond.* 1644. 12. *lingua angl.* V. FREYTAGII *Analecta litteraria*, p. 124. Ad hoc argumentum quoque symbolam contulit IO. FR. MAYERVS *de vita* IO. BIDELLII *eiusque sententia, Spiritum S. esse praecipuum Angelum*, *Hamb.* 1700. 4.

P. 56. *lin.* 10. leg. *Corcyrensi.*

P. 59. *N.* 15. In hac disputatione BLANDRATA obiiciebat, *Primo* verba illa 1 *Io. V.* 7. a nullo auctore legi, excepto *Hieronymo*, (in Prologo in epistolas canonicas) qui parum pudens fuerit. *Secundo*, non secus dici de Spiritu, aqua et sanguine, vnum sunt; ac proinde, sicut non sunt vnum numero, imo nec specie, ita nec Patrem, Verbum et Spiritum esse vnum numero aut

ſpecie, ſed ſola conſenſione voluntatis. *Vid. Bellarmini Tract. de Chriſto.* L. I. C. VI. *Alb. Grawerus* in praefatione apologetica, libro, cui titulus: *Abſurda, abſurdorum abſurdiſſima, etc.* praemiſſa, p. b. 4. ex *diſp. 2. Albana*, in Actis ſecundi diei haec verba *Blandratae* allegat: Si *D. Petro Melio* licebit, vnum, pro vna eſſentia interpretari, (1 Io. V.) liceat et nobis Ioannis verba, mox eadem phraſi ſubſequentia pari modo interpretari, dicereque Spiritum, Aquam et Sanguinem vnum eſſe, id eſt vnam eſſentiam. Idem GRAWERVS l. c. p. C. 3. haec habet: FRANCISCVS DAVIDIS in Colloquio Tranſylvanico in Actis diei ſecundi liter. D. 4. fac. b. et liter. E. fac. a. ſic inquit: "In defenſione ouium ſuarum dicit ſe eſſe vnum cum Patre, accepta auctoritate a Patre. Deinde VNVM eſſe conſenſu et voluntate: quemadmodum et omnes eruditiores interpretes interpretantur: et Scripturae phraſis Vnum eſſe declarat, neutro genere. Non dicit, *Vnus* ſumus. Quod denique hoc verum ſit, ſimiles phraſes explicant. Nam *Io.* XVII. Chriſtus optat, vt vnum ſimus in illo, ſicut ipſe in Patre vnum eſt. Hic locus nullo modo ad vnitatem eſſentiae, ſed conſenſus et concordiae cum Patre refertur. D. GEORGIVS BLANDRATA in eodem Colloquio liter. E. 2. ſic inquit: Secundus locus erat ex *Io.* X. *Ego et Pater vnum ſumus.* Hic vero cum a praeſtantibus Doctoribus ſaepe confutatus ſit, ſilentio praetermittemus. Interim auditores relegamus ad vnicum *Caluinum*, qui veteres ſcriptores palam carpit, qui hunc locum ad vnitatem eſſentiae detorſerunt."

P. 68. *N.* 1. De hoc *Cellarii* libro, WOLFG. FABRICIVS CAPITO in epiſtola ad Baſileenſes, ſcripta Argentinae menſe Septemb. 1527. ita ſcribit: Variis vndique libellis piorum ſimplicitas modo ſollicitatur, vt omnino opus

opus putem cautiore ſententia, quae eſt, vt ſpiritus, num ex Deo ſint probemus: in qua et mirifice ancillabitur libellus *Martini Borrhai*, cui titulus eſt, *de operibus Dei*, quem oro vt accurate et deuote perlegatis, id ex eo lecto amplexuri, quod Spiritus calculo ſuo in animis veſtris comprobat.

P. 71. *Hieronymi* cuiusdam *Bouii Paul. Sacratus* in *Epp.* ſaepius mentionem fecit, quem in epiſtola *Auguſtino Maranio*, *Ferraram* ſcripta, 1580. in *Epp.* p. 429. optimum atque doctiſſimum virum nominauit, et ad eundem epiſtolam dedit p. 447. ſeqq. inſertam.

P. 72. *Petrum* quendam *Cornelium Brederodum* *Theod. Beza* per epiſtolam Geneuae d. 25. *Ian.* 1580. ſcriptam *Adriano a Mylen*, Praeſidi in aula Batauiae de meliori commendauit. V. *Illuſtr. et Clar. Virorum Epp.* p. 975. Circa ſpecialia *Lancelotti Brederodi* de iuſtificatione et Chriſti obedientia placita *Iac. Arminius* quaedam monuit in epiſtola ad *Io. Uytenbogardum*, a. 1604. 3. Cal. Aug. ſcripta et iisdem *Epp. Remonſtrantium edit. Amſtel.* 1660. 8. p. 167. ſeqq. inſerta. Ita inter alia *Uytenbogardus*: *non citra riſum intellexi*, *quam ferventer ſe Brederodius* immiſceat negotio, ſibi non intellecto.

P. 74. *N.* 3. Vid. *Sim. Epiſcopii* epiſtola in *Praeſt.* et *Erud. Vir. Epp. Eccl.* et Theol. p. 637.

P. 79. Philippvs Bvccella et Blandrata delecti ſunt arbitri, cum *Squarcialupus Simonium*, inter quos perpetuae incaluerunt ſimultates, ad diſputandum de nonnullis quaeſtionibus medicis prouocaret, et ab horum iudicum ſententia vtraque diſputantium pars pendere ſtatuit. V. *Godofr. Schwarzius*, *de vita et ſcriptis Dudithii*, p. 82. *Danielem* quendam *Buccellae* Doctoris ne-

ceſſarium, *Io. Mich. Brutus* Regis Pol. Hiſtoricus, in epp. *ſelect. Cracou.* 1585. 8. p. 207. commemorat.

P. 92. Forſitan *Io. Caper* filius vel agnatus *Ioannis Capri*, Typographi, qui circa medium Sec. XVI. *Pragae*, vna cum *Thoma Miti* quosdam libros, et inter hos *Viri incomparabilis ac D. D.* BOHVSLAI HASSENSTEYNII lucubrationes oratorias etc. *Pragae* 1563. 8. e typographeo ſuo produxit.

P. 96. Ad ſcriptum *Cazanouii* N. 1. allegatum ſequens ſpectat libellus pro veritate orthodoxa apologeticus: O iedności Boſiey nierozdzielney przećiw wieku dziſieyſzego błędom y bluznirſtwom, Ariańſkim nowo wſkrzeſzonym, nauka y obrona z ſzczyrego ſłowo Bożego. Przedmowa do I. M. Pana Woiewody Krak. o tey ſprawie napiſana, y wſzem ku pociesze, tych czaſow barzo potrzebna. Summariuſz albo krotkie znieſienie oboiey ſtrony. Odpowiedz kośćioła Ienewſkiego na ządakie I. M. Pana Woiewody Wileńſkiego o ſcripćie Iana Kazanowſkiego, y innych. W Krakowie 1566. i. e. *De inſeparabilis Dei vnitate, aduerſus hodiernos Neo-Arianorum errores blaſphemantes, doctrina atque exhortatio ex verbo Dei depromta; Praefatio Palatino Cracouienſi adſcripta, in multorum hoc tempore ſolatium. Reſponſio ecclesiae Geneuenſis, deſiderante hanc Vilnenſi Palatino, de Scripto* IOANNIS KASANOVII, *aliorumque Cracouiae* 1566.

Auctor ſcripti huius *Chriſtoph. Threcius* eſt, quod praefatio teſtatur, in qua iſte tempora ſua, quibus varii in Deitatem et Maieſtatem Chriſti iniurii patriam turbent, deplorat et aduerſus hos doctrinam orthodoxam tenentes munire hoc libro ſtatuit, ne a fidei fundamento dimoveantur. Auctori inſigni feruore et zelo veritatem tuenti ſoliditas in hoc tractando argumento omnino non defuit. Neo-

Neo-Arianos Turcis esse peiores exinde probat, quod acerbiores calumnientur Christum, omnemque ipsi honorem ac gloriam male animati detrahant. Additae sunt huic libro appendicis loco litterae *Geneuensium* ad Principem NICOLAVM RADZIVILIVM *Palatinum Vilnensem*, quibus subtexta est Confessio *Valentini Gentilis*, quam Geneuae 1558. die 29. Augusti propria manu consignauerat, ac iureiurando firmauerat; qua ipsa cum Ecclesia Geneuensi in omnibus, in primis in articulo de Mysterio SS. Trinitatis ad tempus reconciliabatur. De quo alio loco plura.

P. 97. CETTISIVS frequenter absque nomine gentilitio, solo praenomine *Ioannis Baptistae* compellatur, quod tamen *Bouius* quoque tulit. In *Synodo Scrinicensi* ex Socinianis partibus *Cettisius* stetit, aduersus eos, qui *Arium* sectandum duxerunt. *Io. Mich. Brutus* in epistola *Ioanni Cratoni a Crastheim* scripta, illius epistolis *Cracou.* 1583. 8. p. 112. intexta *Cettisium* designare videtur his verbis: *Ioannem Baptistam*, bellissimum puerum et venustissimum, te meo nomine deosculari volo. Eiusdem quoque meminit, p. 128.

P. 103. *Claudium* hunc fortassis innuunt *Ioach. Camerarii* verba in epistola *Iac. Scheggio* Philosopho et Medico *Lips.* d. 25. Maii, sine anni mentione scripta, in illius *epp. Libbr. V. posterioribus* etc. *Francof.* 1595. 8. p. 438. Conuenit me his diebus CLAVDIVS quidam gentis gallicae, qui te istic familiariter nouisse, deque rebus ac studiis tuis multa nobis narrauit.

P. 106. PETRVM GONESCIVM, *(Conyzam) Polonum* inter docentes in Gymnasio Patauino, et quidem inter explicatores Sophisticae a. 1554. enumerauit, *Antonius Riccoboni*, in *Commentariis de Gymnasio Patauino*, edit.

Pata-

Patauii 1598. 4. *Gotardus Arthusius Dantiscanus; Mercurii Gallobelgici Sleidano Succenturiati etc. Tom. I. ad annum* 1556. p. 25. narrat: *Petrum Conizam* Lithuanum, a Duce *Radziuilo ad Phil. Melanthonem* et reliquos Academiae istius Professores Theologos, hoc fine ablegatum, vt ab ipsis audiretur, et nouae suae, quam proposuerat et prolixo scripto complexus fuerat, doctrinae rationem redderet. Versatos tunc temporis in Academia Wittebergensi Polonos non paucos, quorum aliquis ad *Selneccerum* eum deduxerit rogans, vt ad *Philippum* ipsi pararet aditum, quo de iis, quae in mandatis haberet, conferre cum ipso posset. *Philippum*, vt ad eum peruentum est, literis perlegendis occupatum, ipsi interea SELNECCERO librum percurrendum tradidisse, vt, quidnam materiarum contineret, ipsius iudicio cognosceret. Deprehensum autem statim initio fuit, CONIZAM illum Arianorum vel Antitrinitariorum haeresi infectum esse, et in isto libro omnem idiomatum in Christo communicationem negare atque irridere, et Seruatorem pro nudo homine vel saltem pro creato Deo habere. *Philippum* igitur his cum indignatione cognitis, illico hominem blasphemum e suo conspectu remouisse, neque ad colloquium admisisse; immo de illo ex Academia relegando cogitasse, nisi sua sponte illinc digressus, *Francofurtum ad Oderam* concessit; sed neque hoc loco, cum error eius cognitus fuerit, diu commorari potuit. Videtur *Gonesius* breui tempore et eodem hoc anno 1556. *quo Wittebergam* accessit, inde abiisse. Mentio eius facta est, in *Propositionibus*, de quibus disputauit Magister *Conradus Becker, Brunsuicensis* etc. *Wittebergae* a. 1556. die vltimo Octobr. quae intextae sunt *Propositionibus theologicis Lutheri et Melanthonis* etc. *Witteb.* 1558. 8. editis, fol. S. 5. b.

his

his verbis: *Impossibile est esse membra Ecclesiae Dei alios similiter (ac Mahumedanos) contumeliosos aduersus Filium Dei, quales multi sunt et erunt, vt* Servetvs et Petrvs Conyza, *Lituanus*, quia scriptum est: Qui non honorat Filium, non honorat Patrem. Et in eadem disputatione fol. S. 8. a. furiae diabolicae *Mahometi, Samosateni, Serueti et Conyzae* allegantur. Quin tempore publicae huius disputationis *Gonesius Wittebergae* iam valedixerit, vix dubitandum.

P. 116. Vixit a. 1600. in Argentinensi Academia Io. Frid. Coqvvs, *Saraepontanus*, ibidemque litteris operam nauans cum aliis studiosis exercitium oratorium instituit, quod *Melch. Iunius Parti* VIII. *Orationum Argentinensi in Academia habitarum etc.* p. 1. seqq. inseruit. Vtrum vero is idem fuerit, qui deinceps ad *Arianos* et ab his ad *Socinianos* accesserit, nec ne, certo statuere non audemus.

P. 143. Intermissam ad *Crellii* librum animaduersionem suam Grotivs in epistola *Ger. Vossio* a. 1638. scripta his verbis excusat: Crellio *quod non operose respondi, in eo fecisse me prudenter existimo. Quid enim opus bene et satis liberaliter dicta repeti? Si non possit ipse probare, iniustum esse, vt volens aliquis pro altero poenas ferat, quod nunquam probabit et contrarium omnium gentium Sapientibus placuisse, tum in ipso libro de satisfactione ostendi; tum post* Crellii *librum editum in meis de iure belli ac pacis, titulo, de poenarum communione §. XI. ampliusque docebo ex multis admodum hebraeorum testimoniis ad Matth. XX. 28. cuius particulae exemplum dedi nuper* D. Goffio, *Theologo Anglo*, — — *sequitur omnino nullam fuisse causam aut* Socino, *aut* Crellio, *cur a verborum* λυτρȣ *(pretii redemptionis)* pla-

placaminis, *expiationis*, *redemptionis proprietate discederet*, *manifestissimumque piae antiquitatis consensum desereret. etc.* Vid. *Epp. Remonstrantium* editae Amstel. 1660. p. 749. et in Epp. Eccles. et theol. N. 548. p. 796. edit. Amstel. 1704.

P. 144. Iis, qui *Crellium* aduersus *Grotium* disputantem refutarunt, accensendus est: 6) GVILIELMVS OVTRAMVS, *de Sacrificiis libri duo etc. Londini* 1677. 4. de quo alibi.

P. 145. *N.* 5. Libri titulus ita corrigendus: I. CIRELLI *Germani Ethica Aristotelica, ad Sacrarum Literarum normam emendata. Eiusdem Ethica Christiana, seu Explicatio virtutum et vitiorum, quorum in sacris literis fit mentio. Cum triplici etc.*

P. 192. *N.* 13. Locus impressionis in *Crellii* Opusculo non notatur. Ita autem p. A. 2. §. 2. inquit: Es ist zwischen den Vnitariis und Trinitariis nicht die Frage: Ob, was Gott geoffenbaret, anzunehmen und zu glauben sey? Denn dieses bekennen jene sowohl als diese, und auß gleichen Vernunffts- und Schrifft-Grund, weil nemlich Gott weder betrogen werden, noch selbst betriegen kan: Sondern dies ist die Frage: Ob Gott die Lehre der Trinität, so wie sie selbige bekennen und vertheidigen, in der Schrifft alten und neuen Testaments geoffenbaret habe. §. 3. Hier ist nun an und für sich selbst Sonnenklar, und die Trinitarii müßen, so ungern sie es auch thun, bekennen, daß besagte ihre Lehre gantz nicht klar und deutlich mit so viel Worten in der Schrifft geoffenbaret sey. Dieses aber ist ihre Ausflucht: daß, ob schon diese Lehre nicht klar und deutlich mit so viel Worten in der Schrifft geoffenbaret sey; dennoch gnugsame Sprüche sich finden, welche nicht anders könnten verstanden und erklähret werden, als daß man

man darauß schließen müste, es seyen im göttlichen Wesen drey Personen: und wiederum andere Sprüche, darauß man schließen müste, diese drey Personen seyen eines Wesens, einer Ewigkeit, in Summa, einander durchauß gleich. §. 4. Hier wieder sagen die Vnitarii daß es falsch sey, daß solche Sprüche nicht anders, alß die Trinitarii wollten, könnten verstanden und erklähret werden; sondern sie könnten, ja müsten 1) Krafft des Contextes, 2) Krafft klährerer Sprüche, 3) Krafft gesunder Vernunfft, in einem gantz andern Sinn angenommen werden: Wären also der Trinitarier Erklährungen Mißverstand und eigensinnige Verkehrungen der Schrifft: Und da sie solche noch dazu 1) Mit weltlichen Gesetzen und Gewalt fest setzten; 2) denen Gewissen bey Verlust des Christen-Nahmens und der Seeligkeit zu glauben und zu bekennen auflegten; 3) die sich des weigernde unterdrückten, plagten und verjagten; so begingen sie mit allem diesen unverantwortliche Anti-Christische Greuel und Händel; Und zwar die Protestirende um so vielmehr, je mehr sie dergleichen an der Römischen Parthey selbst hart bestrafften. §. 5. Jederman siehet, daß denn die gantze Sache zwischen Vnitariis und Trinitariis aufs recht- oder unrechtverstehen und erklähren einiger Schrifftörter; Und dann aufs rechtmäßige oder unrechtmäßige Verfahren in Religions-Sachen ankomme. Der letzte Punct ist in iure und facto außgemacht, nemlich, daß alle bisher von den Trinitariis gegen die Vnitarios gebrauchte Proceduren nach der Vernunft höchst unrechtmäßig, und nach der Schrifft Anti-Christisch seyn. Der erstere Punct aber wird wohl publice mit keinem decisiven Machtspruch können außgemacht werden, biß wieder ein Priester stehet mit dem göttlichen Licht und Recht. Esra II. 63. oder ein Prophet kommt, der im Nahmen Gottes durch den H. Geist die Entscheidung geben kan,

kan, 1 Macc. IV. 46. Indessen und bis dahin können beyde Parthetyen mit Beweißgründen ihr Bestes thun, und damit die Wahrheit ihrer Lehrer recommendiren an das Gewissen der Menschen, 2 Cor. IV. 2. Denen es auch anheim gegeben und frey gelassen werden muß, diejenige Meynung und Parthey, die sie vor die gewißeste und sicherste erachten, zu erwehlen und ihr beyzupflichten.

P. 193. *N.* 14. Quodnam praecipue momentum in hoc catechismo mutato habitu protulerit, SAM. CRELLIVS ipse his verbis apud *Strodtmannam* l. c. significauit. Ich habe etwas darinn verändert, und insonderheit das eingerücket, worinn ich und andre Unitarii schon längst von **Fausto Socino** dissentiren; nehmlich in der Lehre **von der so genannten Gnugthuung Christi**, worinn ich und andre Unitarii itzo es mit den **Remonstranten** halten. Dergleichen Unitarii, die es mit dem **Socino** in allen Stücken halten, verschwinden und verlieren sich je länger je mehr. Complectitur allegatum IAENICHII opus Catechismo *Crellii* oppositum *XI. Specimina Stricturarum ad libellum catecheticum de Christiana Religione, iuxta doctrinam Vnitariorum*, ab anno 1717. separatam edita.

P. 194. *N.* 16. Veriora nos docuit EL. SIGISM. REINHARTVS l. c. qui scriptum hoc PETRO potius STEGMANNO, tribuendum esse prodidit. Vid. sub hoc N. 2.

P. 203. *N.* 28. Scriptum SAM. CRELLII, in quo *Rationes exponuntur propter quas Reformati atque Lutherani Vnitarios, seque inuicem ad Coenam Domini admittere possint ac debeant*, nomine Vnitariorum Koenigswaldae in Neomarchia coetum formantium propositae, vna cum libello supplice et apologetico *Regi Borussiae* FRID. WILHELMO a. 1718. exhibito, additis obseruationibus inseruit *Ven.* IO. SAL. SEMLERVS, denen Hallischen

Samm=

Sammlungen zur Beförderung Theologischer Gelehrsamkeit, P. I. p. 117-138. Idem *MSC.* in Bibliotheca Ven. *Iablonskii* a. 1742. *Berolini* vendita exſtitit, teſte eiusdem *Catalogo*, p. 377. Ex hac ad *Ven. Baumgartenium* et tandem ad V. S. R. *Noeſſeltium* peruenit.

De eodem argumento *Sam. Crellius* iam a. 1699. *Amſtel.* libellum in lucem emiſit, cuius ipſe in *opere MSC.* a nobis recenſito mentionem fecit. *Vid. Bibliotheca haec.* p. 200. et p. 202. N. 27. Hanc tractationem eamque auctiorem operi iſti adpendicis loco adiunxit *Diſſ.* XV. cuius *conſpectum et contenta*, ipſius CRELLII verbis ex *MSCto* commemorato, eoque autographo, hoc loco adponimus:

§. I. *Coena eucharistica a Domino inſtituta eſt, vt mortem eius celebremus ac commemoremus, non vt vnum nos eſſe corpus, teſtemur.*

§. II. *Quale* CORPVS *ſimus et conſtituamus, quando vno pane euchariſtico comedimus.*

§. III. VNVM CORPVS *eſſe, ſeu in vno corpore eſſe, et familiaritatem colere, vel* COMMISCERI *cum aliquo, longe ſunt diuerſiſſima.*

§. IV. *Vnius corporis eccleſiaſtici membra ſibi inuicem coniuncta, deuincta ſeu obligata ſunt, ſed non, vt arctam cum inuicem familiaritatem colant, ſeu commiſceantur.* Ipſa VITATIO FRATRIS INORDINATE AMBVLANTIS, *probat eum eſſe et manere in eodem corpore eccleſiae. Num euchariſtica coena ſit* SYMBOLVM PACIS ex inſtitutione Chriſti?

§. V. *Etiam* DISSENTIENTES *opinionibus variis inter ſe Chriſtiani ſunt in* EODEM CORPORE *eccleſiae, adeoque et euchariſticam coenam cum inuicem vſurpare poſſunt et debent.*

§. VI. *Eucharistica coena non in eum instituta est finem, vt ea testemur, nos Scripturam S. perfecte intelligere, veritatem in omnibus articulis cognoscere et possidere, aut sanctos et irreprehensibiles esse.*

§. VII. *Non vita pia et honesta per se facit nos membra ecclesiae Christianae in terris, sed professio religionis Christianae.*

§. VIII. *Sensus verborum Pauli:* QVIA VNVS PANIS VNVM CORPVS MVLTI SVMVS; NAM OMNES VNIVS PANIS PARTICIPES SVMVS, *non est, nos multos vnum esse panem.*

§. IX. *Vnitas panis eucharistici qua in re consistat? Nimirum non in compactione vnius massae panaceae in vnam formam; sed in consecratione panis istius ad vnam rem celebrandam vel designandam.*

§. X. *Eucharistica coena perinde atque baptismus, non est nota characteristica particularis, sed vniuersalis.*

§. XI. *Cur Apostolus, si noluit indicare,* NOS ESSE VNVM PANEM, *non addit post voces:* QVIA VNVS PANIS, *voculam* EST? SIMONIS EPISCOPII *concio allegatur.*

§. XII. *Sensus et paraphrasis verborum Apostoli.* 1 *Cor. X.* 16. 17. 18.

§. XIII. XIV. *Ex dictis elucescit absurditas et* CAVTIO *prorsus superuacanea eorum, qui eucharistiam cum diuersa sentientibus celebrantes, protestari et declarare volunt, sese nullam commixtionem cum iis aut communionem cum eorum opinionibus habere.*

§. XV. XVI. ARCERE *quosdam Christianos propter opinionum diuersitatem a sacra mensa, perinde absurdum est,* AC SI PHARISAEI SADDVCAEOS *et vice versa ab esu paschatis arcuissent.*

§. XVII. *An etiam* PONTIFICII *nobiscum ad eandem mensam Domini accedere possent?*

§. XVIII.

§. XVIII. *Num nobis liceat* CVM OMNIBVS *ab ecclesia Romana* PROTESTANTIBVS *ad mensam Domini accedere?*

§. XIX. *Num ex nostra sententia sequatur, etiam flagitiosis hominibus mensam Domini patere?*

§. XX. XXI. *Si coena eucharistica non est commixtio ab Apostolo cum fratribus inordinate ambulantibus prohibita, nullum inde nobis crearetur periculum, etiamsi homo impius ad eamdem nobiscum mensam Domini accesserit, et ipse sibi partem de sacro pane et calice sumpserit.*

§. XXII. *Qui a mensa Domini arcentur, etiam a sacris concionibus, precibus et verbi diuini lectione arceri deberent.*

§. XXIII. *Occasione exclusionis inordinate ambulantium a coena Domini, excludi antiquitus coeperunt etiam pii homines, sub impiarum sententiarum praetextu.*

§. XXIV. *Reunio diuisorum Christianorum, ante omnia in recta de coena Domini sententia a nobis proposita videtur esse quaerenda.* Ita autem hac de materia breuissimis sese expediuit:

Cum per vnicum illum de coena Domini articulum pessime explicatum, crassa ista Schismata in Ecclesiam Christianam primitus intrauerint, videntur etiam ista Schismata per rectum huius articuli sensum, si non in totum, at maiori saltem ex parte, tolli posse et debere. QVANDO TANDEM!

P. 203. PAVLVM CRELLIVM IO. CHODOWIECKI, *Scholae Petro-Paulinae apud Gedanenses Rector*, in epistola ad *Ven. Mich. Lilienthalium* a. 1715. Gedano scripta, cuius exhibitor ipse CRELLIVS fuit, ita commendat: *Quin huic litterarum ad te mearum perlatori, qui ex longa peregrinatione Gedanum haud pridem adpulit et Regiomon-*

tum petiit, inde matrem et cognatos ex nobili BIBERSTEINIORVM *familia in Prussia reuisurus, facilem te sis praebiturus, humanitas tua, quam scripta tua vbique spirant, dubitare non sinit: Et sane, quem* ANGLIA *tam tenere fouit, vt iura indigenae ciuis eidem conferre non dubitaret; dignus omnino videtur, qui in natali solo neminem, qui se non amet, reperiat.* Vid. Gelehrtes Preußen. T. II. p. 118. 119.

P. 205. STAN. ORICHOVIVS in *Annal.* edit. *Dobromili* 1611. 8. p. 86. de *Mart. Crouicio* narrat: quod multis annis procurator bonorum *Petri Kmithae*, Palatini Cracouiensis fuerit, quibus addit: "Hic sacerdos, cum in Dioecesi Praemisliensi *Ecclesiam Visnensem* administraret, in *Zurouicio* rure apud *Stanislaum Orichouium* hoc ipso tempore (nimirum cum res *Nicolai Olesnicii*, Pinczouiae Domini, qui ad *Stancari* consilia coetum Pinczoviensem reformauerat, Cracouiae inquirerentur) dum haec Cracouiae agebantur, vxorem duxerat *Magdalenam Stanislai Pobiedzynski* filiam, ob quam rem pulsus a *Ioanne Dzładuski* Episcopo, Pinczouiam profugerat, et vagus ac exul cum esset, repudiata relligione, quam *Visnae* oppido Russiae colebat, *Zwinglianas partes* sequutus, Sacramentariam sectam *Pinczouii*, *Stancari* instituto docebat."

P. 269. *Laur. Mizlerus*, in notis ad *Laur. Io. Rudawski* Annales Polon. p. 111. crimina et fata *Sam. Zborouii* diuersis ab iis, quas significauimus circumstantiis, enarrat. Nimirum iste *Ioannem de Tenczyn* Castellanum Voinicensem ad pugnam priuatam euocans, letaliter vulnerauit *Andream Wapowski*, Castellanum Przemisliensem, paucis diebus post mortuum, qui praesens certamen singulare impedire voluerat. Ad iudicium Regis deinde

deinde citatus *Zborouius* non comparuit, quo facto infamia notatus, in Transyluaniam, ad *Stephanum*, Poloniae deinde Regem abiit, quocum iterum in Poloniam reuersus, litteris securitatis a *Stephano* Rege munitus, in integrum restitui petebat. Cum autem seditiosus *Zborouius* tandem et in Regem conspirasset, vna cum fratribus *Andrea* et *Christophoro*, Regis iussu, moderante *Ioanne Zamoyscio*, regni Cancellario et Gubernatore Cracouiensi, supplicio affectus fuit, Cracouiae, die 26. Maii a. 1584.

P. 316. *N.* 19. *Celeb. Io. Dan. Ianoscius*, in den Kritischen Brieffen an vertraute Freunde p. 12. mentionem facit XXXIII. *Dudithii* epistolarum, inter quas 5. ad *Rosenbergium*, 8. ad *Bernsteinium*, 12. ad *Languetum*, 2. ad Camerarium, et 6. ad *Piekarscium*, (vid. p. 631.) scriptae. Omnes, illo teste, lectu dignae, quae haud pauca ad statum Poloniae ecclesiasticum et politicum circa finem sec. XVI. spectantia continent. Inprimis epistolae ad *Piekarscium* datae, *Dudithii* fauorem in Socinianos declarant.

P. 347. lin. 1. adde: auß dem lateinischen übersetzet ins Hochdeutsche. Mit dem Herzen gläubet man zur Gerechtigkeit, mit dem Munde aber bekennet man zur Seeligkeit. Röm. X. 10. Im Jahr MDCLIII. 8. pl. 9. pagg. 136.

P. 349. *lin.* 7. *edita*, adde: *cum breui disquisitione inter duas de S. Trinitate disputantium partes*, 1657. 8.

Oppositum quoque scripto huic est: PAVLI P. IASZBERENYI *Examen doctrinae Ariano-Socinianae a quodam Anonymo sub hoc titulo euulgatae: Doctrina de Deo etc. Londin.* 1662. 8. Vid. *Biblioth. Baumgarteniana* P. I. p. 522. et 530.

P. 364. *N.* 6. *Gorscius* in *epistolá*, seu *praefatione paraenetica* operi suo praefixa, Regem *Stephanum*, vt catholicam religionem defendat, adhortatur, et Polonis seuere exprobrat, quod *Frankium*, quem nec *Gallia*, nec *Germania* tulisset, receperint, ac propterea eos, vt se pro virili his malis opponant, libere prouocat.

P. 367. In *Epp. Eccl. et theol. praest. ac erud. vir. p.* 572. *edit. Amstel.* 1704. *ad sessionem* 137. *syn. dordrac.* haec occurrunt: "Leguntur blasphemae opiniones duorum fratrum *Thomae* (Ioannis) et *Petri Gesteranorum*, qui Remonstrantes erant, et ab Ordinibus Hollandiae et West-Frisiae suspensi a ministeriis, dum synodus possit de ipsorum opinionibus cognoscere."

P. 368. *Sam Naeranus* in epistola ad *Conr. Vorstium* data, in *Epp. eccl. et theol.* N. 380. p. 644. *Io. Geysterani libellum MSCtum de Colloquio Goudano* allegauit.

P. 372. *Alb. Grauerus* in praefatione, *examini praecipuarum Sophisticationum praefixa*, *Mich. Gittichium Polonum* patria, et in praefatione praemissa tractatui *de nouo ac horrendo errore circa doctrinam de satisfactione Christi*, natione *Venetum*, officio vero *Polonum* fuisse scribit. Vtrumque a vero non alienum, si alterum de *filio*, alterum de *Patre* intelligatur.

P. 416. Ab HESYCHIO quodam *Plutarchi* librum graecum *de puerorum educatione*, recognitum *Lipsiae* 1705. prodiisse, *Heumannus* in epistola ad *Gesnerum* in *Thesauro epist. Gesner.* Vol. I. p. 12. meminit. Quis vero iste *Hesychius* fuerit, sibi incognitum esse testatur. Fueritne opus hoc HESYCHII Sociniani posthumum, vel ne, pro certo definire non audemus.

P. 423. Eiusdem *Erasmi Ioannis* foetus est; qui hoc titulo prodiit: *Manuale hominis Christiani e sacrae*

Scri-

Scripturae insignioribus sententiis confectum et in 52. *sectiones distinctum. Haec si sciueritis, beati eritis, si feceritis. Antwerp. ap. Aegid. Radaeum,* 1583. 16. *pl.* 3. *Vid. Dau. Clement Biblioth. hist. et crit.*

P. 438. *N.* 3. *Poloneutichia*, quam SANDIVS l. c. p. 89. ANDREAE LVBIENIECIO tribuit, a BENED. WISSOWATIO in *MSC. narrationis compendiosae* etc. quod ad manus meas peruenit, disertis verbis STANISLAO LVBIENIECIO, *Seni* vindicatur, qui quoque sine omni dubio illius auctor est. Vid. SANDIVS l. c. p. 167.

P. 596. *N.* 23. Tenet quoque Bibliotheca publica ab *Illustr. Zalusciis* fratribus Warsauiae instructa *Ioach. Pastorii, Diarium Pacificationis Oliuensis*, in quo omnia a Legatis dicta factaque in loco Tractatuum cum cura annotata, magnam partem manu sua conscriptum, quod 1771. mense *Aug.* Rex Poloniae *Stanislaus Augustus* Bibliothecam hanc accedens, curiosius inspexit, et cum BOEHMII *Actor. Pacis Oliu.* editione, cui Diarium istud insertum est, contulit. Vid. *Celeb. Ianozii Musarum Sarmaticarum Specimina noua, Vol.* I. p. 37. et 110. Eiusdem auctoris *Diarium Legationis, a Comite de Lesno in Sueciam* a. 1655. *susceptae*, cui Legato *Pastorius* comes adhaesit, ipsique in tractandis et expediendis negotiis operam praestitit, in eadem Bibliotheca inter *MSC.* N. 2026. seruatur, teste *Celeb. Ianozio*, l. c.

P. 597. *Add. N.* 26. *Ioach. Pastorii Miscellanea Politica MSSCC.* quae etiam quandoque hoc titulo: *Chronicon Prussiae*, a. 1679. allegantur. Tenuit olim *Bibliotheca* publica Ampliss. *Senatus Regiomontani* hoc opus manu auctoris descriptum, quod etiam a *Celeberrimo Bayero*, Bibliothecae huius quondam Praefecto inter cimelia thesauri huius litterarii allegatur et in antiquiore

Bibliothecae huius Catalogo notatum eſt. Sed neſcio, quo fato hoc *MSC.* diſparuerit, quod iam a. 1736. cum Bibliotheca in alium locum transportaretur, deſiderabatur.

P. 630. Circa vſum terminorum in articulo de Myſterio SS. Trinitates Theologi Wittebergenſes faciles ſe ac cedentes declararunt, in eadem epiſtola ad AVGVST. A PEYN, l. c. p. 764. b. ita ſcribentes: Mann kann es aber allezeit geſchehen laßen, daß man ſich dieſer Phraſis und vocabulorum Eſſentiae, Perſonae, Trinit. etc. (da ſie eben das Ergernis verurſachen ſollten) ſo viel müglich, entshielte, und allein ſpreche, der Vater, der Sohn, und der H. Geiſt ſeynd der wahre einige Gott, oder auch andere bequemere, an ſtatt der bisher gewöhnlichen gebrauchte, ja wohl der Sachen ſelber ohne Abbruch.

P. 730. An *Chriſtianus Rudnicius* medicinae Practicus Gedanenſis, qui circa et poſt medium ſaeculi praeterlapſi floruit, filius vel cognatus *Chriſtophori* miniſtri Sociniani fuerit, nec ne, in medio relinquimus.

P. 764. Ad *Ioannem* hunc *Schlichtingium* de *Bukowicz*, Patronum fratrum confeſſionis Bohemicae, litterae extant in puncto cum Auguſtanae confeſſioni inuariatae addictis coniunctionis, ſcriptae a *Facult. theol. Witteberg.* occaſione *colloquii charitat. Thorun.* a. 1645. d. 22. May. quae typis exſcriptae leguntur, in *Conſiliis Theol. Witteberg.* P. I. p. 528. ſeqq.



PERSO-

PERSONARVM ET RERVM MEMORABILIVM

INDEX.

A.

C.

D.

Dicti

L.

N.

Rosti-

Spangen-

